

FUNDACIÓ NOGUERA

Diplomataris, 49

Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona, de Ramon Berenguer II a Ramon Berenguer IV

Volum II

Estudi i edició a cura de

IGNASI J. BAIGES, GASPÀ FELIU I JOSEP M. SALRACH (dirs.)
PERE BENITO, RAFAEL CONDE, VÍCTOR FARIÁS, PERE GALCERAN,
MARGOT PONS, NÚRIA SADURNÍ, ALBERTO TORRA



BARCELONA, 2010

textos  medievals
catalans

www.tmcat.net

© Ignasi J. Baiges, Gaspar Feliu, Josep M. Salrach, Pere Benito, Rafael Conde, Víctor Farías, Pere Galceran, Margot Pons, Núria Sadurní i Alberto Torra


Edita: Pagès Editors, SL
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
editorial@pageseditors.cat
www.pageseditors.cat

Primera edició: maig de 2010
ISBN obra completa: 978-84-9779-958-4
ISBN volum II: 978-84-9779-960-7
Dipòsit legal: L-537-2010
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, SL
Enquadernació: Fontanet



SUMARI

	<u>Pàgina</u>
Gratulatòria	9
Aspectes paleogràfics i diplomàtics, per Ignasi J. Baiges	11
Estudi històric i documental, per Josep M. Salrach	67
Documents.	101
Normes de transcripció i edició	103
Abreviatures	107
Bibliografia.	109
Taula d'equivalències	123
Transcripció dels documents	159
Índex d'antropònims i topònims, per Gaspar Feliu	1821



1092, desembre, 7

Venda. *Guilla Jofre, Ramon Jofre, Arnau Jofre i Maiassenda venen a Bernat Guillem de Palau un alou a Romanyà de la Selva pel preu de dotze sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 1, 140 × 210 mm.
Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 49.

In Christi nomine. Ego Chisla Ioscfre e[t]¹ Ramun Ioscfre et Arnat Ioscfre² et Maiansens venditores sumus tibi Bernardo Wilielmo Palacii. Per anc scripturam vindicionis vindimus nos predicti Cisla e Ramun et Arnad et Maiasens tibi Bernardo predicto sic vindimus ipsum nostrum allaudem quod nos abemus in chomitatu Ierundensi, [s]cilicet³ in parohcia⁴ Sancti Martini Romano. Et est predictus alodius quod nos abemus vel abere debemus de ipsam tenedunem quod tenuit Iocsfret⁵ vel tenere debuit, cultos vel ermos, arboribus fructuosis vel infructuosis ex multarum proienie, ipsos⁶ rectos quod nos abemus vel tenere debemus in ipsam tenedonem quod tenuit et expletavit et expletare de[be]⁷ predictus Iocsfret, sic vindimus no[s]⁸ predicti Chisla e Ramun et Arnal e Maiansendis tibi predictus Bernardus totos⁹ ab integros cum exitibus pariter vel regresibus, et est precium XII solidos plate ad pensum. Et afrontat¹⁰ predictus alodius de parte orient in villam Tarades, de mediodie in parroeciam Filafamis, de occiduo in Allaned, de vero circi in chollo de Baneols. Sicut concluditur et continetur vel termini ambiunt sic tradimus in vestra potestate ad fasciendi omnia quod volueritis.¹¹ Quod si nos venditores a[u]d¹² nullus omo vel femina iruperit vel irupere tentaverit hec omnia superius scripta in duplo componat. Et hec scripta sit firma omni tempore.

Factum est scriptum vindicionis VII idus decembris, anno XXXIII regni Filipi regis.

Sig+num Chisla, Sig+num Ramun, Sig+num Maiansens, Sig+num Arnat, nos qui istum scriptum fieri iussimus et firmavimus et firmare rogavimus.

Sig+num Arnat Senut. Sig+num Marti baiulo. Sig+num Wilielmus Arnat.

+ W[i]lielmus¹³ sacer, qui istum scriptum rogatus scripsit.

1. Manca. Aquesta omissió es repeteix diverses vegades en el text; no s'indiquen en nota. 2. o afegida a la interlínia. 3. Manca. 4. En lloc de parrochia o parroechia; o corregeix a. 5. Segueix att, sense cancel·lar. 6. ipsos al text.

7. Manca. 8. Manca. 9. La segona o corregeix una u que porta un signe d'abreviació sense cancel·lar. 10. Segueix ad, raspat. 11. o afegida a la interlínia.
12. Manca. 13. Manca.

243

1093, desembre. Montsó

Confirmació. *Pere Sanç, fill del rei Sanç Ramires d'Aragó, confirma al seu reboster Cebrià l'alou que va adquirir d'Hotman a la vila d'Arestolas.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 13 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 340), 290 × 490 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta, de l'enfosquiment del pergami pels marges i de les marques de l'antic plegat del pergami.

a UBIETO, *Colección*, doc. 12.

b CANELLAS, *Colección*, doc. 12.

(*Crismó*) In Dei nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Petrus Sangiz, gratias Deo altissimo in¹ Monteson. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate facio hanc cartam ad te Cipriane, meo repostero, de illa alode quod comparaste de Hotmen, qui donavit Arestolas ad christianos. Et de quantum ibi abebas die quod ista carta fuit facta, ego illud tibi dono et adfirmo illud tibi ut abeas illud et possideas ad tuam propriam ereditatem, sicut abes illud firmatum et scriptum in alia tua carta quod te fecit Mir Gontval, ut habeas illud ingenuum et liberum et franqum tu et omnis tua posteritas per secula cuncta.

رسم بيطره ابن شانجه * 2

Facta carta era M^a C^a XXX^a I^a, in mense decembris, in kastro Monteson, regnante rege Sancio, patre meo, in Aragonie vel in Pampilona, ego autem in Super Arvi vel Ripa Curcia et gratias Deo altissimo in Montesson. Episcopus Raimundus Dalmacius in sede Rota. Senior don Petro in Boltania. Senior Sancio Acenariz in Petra Rueba. Senior Sancio Garcez et senior Fortunio Acenariz et senior Garcia Eximinones et senior Eximino Galindez in Alkezar. Don Kalbet in Civitate. Senior Remon Galindo in Stata vel Statella. Don Mir Gontvalle in supra scripta Arestolas. Senior Eximino Garcez. Senior Enneco Sangiz in Monteson. Senior Fortunio Sangiz in Quelga.

Ego autem Galindo sub iussione domni mei infantis Petri Sangiz, regis filius, hanc cartam scripsi et de manum mea hoc signum (*senyal*) feci.

1. i *corregeix* [d]. 2. rasam Bitruh ibn Xanjuh, *equivalent a Signe de Pere*, fill de Sanç. És la subscripció de l'infant Pere, futur Pere I d'Aragó. Agraïm la lectura, transcripció i traducció d'aquest antropònim al senyor Theodor Loinaz i a la senyora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Semítica de la Universitat de Barcelona.

244

[1066-1092]

Jurament de fidelitat. *El comte Ermengol IV d'Urgell, fill d'Adelaida, jura fidelitat al comte Bernat Guillem II de Besalú, fill d'Estefania.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 41 (*olim* arm. 16 Urgell, sac A, núm. 70), 95 × 150 mm. Carta partida per una divisa il·legible pel marge superior. Bon estat de conservació.

Datem per l'any de l'inici del regiment del comte Bernat II de Besalú i el de la mort del comte Ermengol IV d'Urgell.

De ista hora in antea iuro ego Ermengaudus comes, filius qui fui Adalaidis femine, tibi Bernardo comite, filius qui fuisti Stephanie femine, no te dezebre de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent; neque de tua honore vel honores quas hodie habes et tenes et in antea cum meo consilio adquisieris; no t'ò tolrei ne no te'n tolrei, nec ego nec homo nec homines, femina vel feminas, per meum consilium neque per ullum meum ingenium. Et [si]¹ est homo aut homines, femina² vel feminas, qui tibi tollere vulerint aut tulerint de hec omnia suprascripta, adiutor te'n seré per directam fidem, sine tuo enganno, contra cunctos homines vel feminas. Et per³ quantas vices tu me comoniras per te ipsum vel per tuos missos vel missum e de comonir no-m desvedaré et ipsos adiutorios vel adiutorium, sine tuo enganno, faciam tibi et adtendam. Sicut superius scriptum est, si t'ò tenrei e t'ò atendrei, me sciente, sine tuo enganno. Per Deum et hec sancta sanctorum.

1. Manca. 2. *Segueix f, sense cancel·lar.* 3. *Segueix [meum] per, raspat.*

245

1093, gener, 13

Testament. *Bernat Joan, senyor d'Ogassa i de la Clusa, atorga testament. Fa llegats a institucions religioses i a diversos particulars, entre els quals els nebots.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 2, 505 × 460 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami, l'esvaniment de la tinta i de la manca d'un petit tros a l'angle inferior esquerre.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 308-314.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 260, 347. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 49-50.
— CAULA, *Nuestros aborígenes*, p. 453. — JUNYENT, *El monestir*, p. 44. — BON-
NASSIE, *Catalunya*, II, pp. 388, 402 i 407.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest, idcirco ego, Bernardus Iohannes, iacens in ipsa mea domo de Aguaca detentus magna egritudine et cogitans de die mortis meę, in mea plena memoria ac loquela eligo mihi elemosinarios et manumisores, scilicet Petrum Rigualldi Ville Bertrandi et Bernardum Gifredi, caput scole, necnon et Arnallum Iohannis et Arnallum Gaucefredi de Palera et Bertrandum Poncii de Melan ac Guillelmum Raimundi de Espasen et Raimundum Guillelmi, clericum, fratrem eius, quibus deprecans tribuo plenissimam potestatem post obitum meum distribuendi omnium facultates rerum mearum immobilium atque mobilium, sicut in hoc testamento meo invenerint scriptum. Primitus debito corpus meum ad sepeliendum Beato Iohanni Bapstiste Rivipollentis cenobio. De donationibus vero quas Domino et sanctis eius pro remissione peccatorum meorum dimitto, primum remaneat Sancte Marie Rivipollentis ipsum meum alodium de Sennarucio et de Vitabona et Tarnadela, cum omnibus que pertinent, ad usum et servicium ominus, et ipsum mansum de Fullosa, ubi quidam Arnallus Iohannis habitat, cum omnibus sibi apendentibus, simul cum ipso boscho de Cumo, sicut scriptum est in ipsa karta donationis quam ego fieri iussi et firmavi ei. Et dimitto sibi omnes alodios suos quos teneo in pingnora aut per fevum sive per escamiationes aut pro qualicumque modo, simul cum ipsis mansionibus quas ego teneo prope ecclesiam Sancti Eudaldi,¹ sine ullo retentu. Et Sancte Marie Villebertrandi ipsum meum alodium quod ego habeo infra terminos parrochie Sancti Martini de Aquacia, in locis qui nominantur Kastellare et Torre Lepraria,² scilicet mansos et kabannerias cum ipso manso de Rocheta et ipso boscho de Arto, quantum ibi habeo et habere debeo, et ipsas kalms usque in paratam luporum et ad Curbariam et usque ad Kanalilas et usque ad condaminam et usque ad collem de Fullosa et usque in parrochiam predicti Sancti Iohannis, cum omnibus ad usum et servicium predictorum mansorum pertinentibus, videlicet terras laboratas et ermas et tractas et vineas seu prata atque defensas necnon et pasturas sive usaticos et servicia, que ego habeo de iamdicto alodio, remaneant ei sine ullo retentu. Et predicto Sancto Iohanni dimitto ecclesiam Sancti Martini Aquacie cum universis decimis et primiciis parrochie suae et cum

omnibus oblationibus et cimiteriis et donationibus predictae ecclesie pertinentibus, sine ulla retencione, excepto ipsum tercium iamdicte ecclesie Sancti Martini, quem teneat Guillelmus Remundi dum vivit, et post obitum suum revertatur in potestatem Sancti Iohannis; et dimitto predicto Guillelmo ipsum mansum quem tenet Iohannes Alarici per eum, et post obitum eius revertatur in potestatem Sancti Iohannis; et ipsas meas casas de Aguaca cum ipsis ortis teneat Guillelmus Remundi per Sanctum Iohannem et per clericos eius et in illorum servicio dum vivit, et post obitum eius revertantur Beato Iohanne. Item, Bertrando Poncii ipsum mansum quem tenet per me in Aguaca ut habeat eum per Guillelmum Remundi ad fevum, et post obitum Bertrandi remaneat Guillelmo Remundi, et post obitum amborum transmutetur in potestatem Sancti Iohannis. Item, ipsum mansum de Connamina quem pater meus dedit Sancto Iohanni dimitto Olive Adalberti ut teneat eum per Sanctum Iohannem et clericos dum vivit, et post obitum eius revertatur Sancto Iohanni. Iterum dimitto predicto Sancto Iohanni aliud cunctum meum alodium quod ego habeo infra iamdictam parrochiam Sancti Martini, scilicet mansos cum terris vel laborationibus hominum habitantium in ipsis, simul cum eremis et boscis, calmibus et pasturis et tractis et ipsum puium in quo kastrum Penne est constructum, cum ipso monte Irato et ipso monte de Taga et colle de Iove, sine ulla reservatione; et insuper dimitto predicto Sancto Iohanni omne meum alodium de Iesso cum omnibus ad eundem alodium pertinentibus, qui mihi advenit de parentibus meis. Et aliud alodium quod ego teneo in iamdicto Iesso et in Ennegonibus per pignoram de centum mancusis ceptinis aut iafarinis, quos mihi debebat condam Bernardus de Belaucel, dimitto predicto Sancto Iohanni tali tenore ut si aliquis ex eius propinquis cui legaliter successerit redimere voluerit donet iamdictos mancosos Sancto Iohanni et clericis eius et recuperet prefatum alodium. Et ex iamdictis mansis de prefato pignore dimitto unum quem Guillelmus Radulfi tenet Guillelmo Remundi, nepoti meo, in vita sua. et post obitum eius solide et libere transmutetur in proprietatem Sancti Iohannis. Item, dimitto predicto Sancto Iohanni omnia sua alodia et ecclesias et pignoras quas ego teneo per qualicumque modo sine diminucione aliqua. Et Sancte Marie Paniceuris dimitto ipsum meum alodium quod habeo in parrochia Sancti Felicis de Bruguera et Sancti Vincencii de Planedoles et parrochia de Nevano et duas partes ecclesie Sancte Marie de Eschales, cum decimis et primiciis suis

et oblacionibus sibi pertinentibus et omne alodium quod habeo in parrochia iamdicte ecclesie de Eschalis sine ulla reservatione. Et ad kannonicam Sancte Marie sedis Ierunde dimitto ipsum meum alodium cum omnibus suis pertinenciis quod habeo in parrochia Sancti Andree de Ioterricio aut homines tenent per me, et teneant illud predicti fratres Raimundus Guillelmi, clericus, et Guillemus Raimundi dum vixerint, et post obitum illorum revertat iamdictum alodium in ius et dominatum prefate kannonice sine ullo retentu. Et ipsum alodium quod mihi dimisit vivolario iure Berengarius Gaucefredi de Sedernes cum ipso esplet dimitto iamdicte channonice sedis Iherunde. Et Sancte Marie katri Bisuldini dimitto ipsos suos alodios quos teneo nominatim channoni[ci]s³ eiusdem ecclesie fideliter comorantibus sine ulla retencione. Et ipsum mansum de Goginess et de Prato, quos teneo de Sancto Laurencio, dimitto sibi fideliter sine ulla reservatione. Et Sancte Marie Letonis dimitto ipsum meum mansum de Aguaca quem tenet Arnallus Mironis de Pugmal. Et ipsum mansum de Noger quem Amalricus tenet dimitto Petro Guillelmi, nepoti meo, dum vivit, et post obitum eius revertatur in potestatem Sancti Iohannis. Et ipsum alodium Poncii Bernardi quod ego teneo in pignora eidem Poncio fideliter relinquo cum uno kavallo que mando ut redimat de Arnallo Tallant. Et ipsum alodium quod habeo in Kalleges dimitto Arnallo Arnalli, nepoti meo. Et ipsas meas domos Gerunde quas emi de Gualtario et de Bonifilio Donnucii dimitto Petro Guillelmi, clerico, nepoti meo. Et alias mansiones que fuerunt Mironis Guaschet, simul cum ipsis baiuliis⁴ quas habeo in Lambellis, dimitto Raimundo Guillelmi, clerico, nepoti meo, et cum ipso kavallo quem habeo cum Petro Bernardi de Vinea. Et ipsas baiolias et servicia que pater meus habuit et ego habeo in meo honore et pro meo habere debeo, videlicet in Iesso et in Cuvil Secho, et in Champo et in Saltorro, et in Mosellols et in Solamal, et Trunils et in Brugera et in Fagunnela, dimitto Guillelmo Raimundi, nepoti meo, tali tenore ut ipse Guillelmus bene defendat iamdicta alodia que ego dimitto predictis sanctis Dei pro remedio anime mee, et idem Guillelmus nichil mali faciat in iamdictis alodiis sanctorum. Et omnes meas voces et dretadges que habeo in valle de Posada de alodio que mihi adveniunt de parentibus meis dimitto Sancte Marie de Panicars. Similiter omnes fevos et baiulias que habeo in Pausata, et que ibi mihi adveniunt de parentibus meis, dimitto Guillelmo, filio Arnalli Guillelmi de Todela. Et ipsum honorem de Clusa cum ipso kastro habeat Berengarius

Arnalli et acordet inde cum Arnallo Guillelmi et filio suo tali tenore ut idem filius Arnalli Guillelmi habeat⁵ iamdictum honorem de Clusa et kastrum cum medietate de ipso dominico que ego ibi teneo per Berengarium Arnalli, salva sua fidelitate. Et alias omnes meas voces que habeo in iamdicto honore de Clusa et ipsas baiulias de Calmedela habeat Berengarius Arnalli dum vivit, et post obitum eius remaneant predicta omnia Arnallo Guillelmi et filio suo, tali modo ut habeat iamdictum kastrum de Clusa cum ipsa honore per Guillelmum Bernardi de Sancto Christoforo, sicut Berengarius Guillelmi habuit per eum. Et ipsas baiulias quas habeo in villare Kastellano et in Samuga et in Villa Rubea et alodium quod fuit de Gerallo, archidiacono, et quod dimisit Sancto Laurencio et Sancto Petro, dimitto Berengario Arnalli de Sales. Et dimitto Guillelmo Gaucefredi kastrum de Penna cum ipsa kastellania et cum ipso fevo de Aguaca quem Arnallus Tallant tenet per me, et habeat iamdictum kastrum cum ipso fevo per Guillelmum Remundi. Et dimitto [eum]⁶ in sua baiulia. Et ipsa mea mula melior ad opera ecclesie Sancti Iohannis. Et ciphos argenteos cum anulo ad restaurandam crucem Sancti Iohannis. Et ipsos gradals dimitto Sancto Iohanni ut sint [patene ad]⁷ corpus Domini. Et ipsam mulam quam habui de Roselo dimitto Sancte Marie Paniceris. Et meam mulam nigram archiepiscopo Terrachone ita ut donet Bernardo, caput scole, II^{as} libras plate aut accipiat⁸ ab ipsa mea mula baia de Somer cum ipso lecto. Et zabenis et pannis et ipsa cholcedra⁹ et salma cum ipso strumento dimitto Raimundo Guillelmi, clerico. Et ipsam mulam quam habet Poncii Otonis dimitto sibi tali modo ut donet inde unam libram plate episcopo Ierunde, que deprecor ut me absolvat. Et Petrus Bernardi per ipsum mulum quem mihi debet donet aliam libram plate ad ipsum ospital de Ierunda. Et illud censu quod male superposui et adcrevi meis hominibus de Sennarucio et Vita Bona et Turadela penitet me fecisse [et precor]¹⁰ abbatem Rivipollensem ut illi pagenses non faciat aliud censum nisi illum quem cum patre meo dederunt. Et superpellicium meum cum pellicia habeat Petrus Guillelmi, clericus. Et ipsas meas oves quas habeo in Aguaca et in Sorrocha cum quatuor equibus dimitto Sancto Iohanne.

[Actum]¹¹ est hoc testamentum idus ianuarii, anno XXXIII regni Philipi regis.

(*Senyal*) Ego Remundus Guillelmi, clericus, ad vicem iamdicti testatoris hoc testamentum sua iussione firmo.

Bernardus [Iohannis clericus]¹² +, qui hoc testamentum fieri iussi signo puncti firmavi et testibus firmare rogavi.

Sig+num Guillelmus Raimundi. Sig+num Guillelmi Petri. Sig+num Arnall Talant. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Guillelm Gaucefredi. + Petrus Guillelmi*. Sig+num Bernardus, capellano.

[...]¹³ sacer, qui hoc testamentum rogatus scripsi et sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. *Lectura dubtosa a causa de l'esvaniment de la tinta.* 2. *Lectura dubtosa a causa de l'esvaniment de la tinta.* 3. *Manca.* 4. *La darrera i corregeix e.* 5. *t afegida a la interlínia.* 6. *Lectura dubtosa a causa de la mutilació del pergami en la part inferior esquerra.* 7. *Lectura dubtosa a causa de la mutilació del pergami en la part inferior esquerra.* 8. *ia afegit a la interlínia; ita ut donet Bernardo, caput scole, II^{ss} libras plate aut accipiat escrit a sobre d'una raspadura.* 9. *r corregeix a.* 10. *Lectura dubtosa a causa de l'esvaniment de la tinta.* 11. *Interpretem la part que manca a causa de la mutilació del pergami.* 12. *Interpretem la part que manca a causa de la mutilació del pergami.* 13. *Espai de vuit lletres, aproximadament, il·legible a causa de la mutilació del pergami.*

246

1093, gener, 22

Donació. *Bernat Joan, clergue, dona al monestir de Sant Joan de les Abadesses l'església de Sant Martí d'Ogassa amb els delmes i les primícies, el puig on hi ha el castell de Pena, les muntanyes d'Irato, Taga i Coll de Jou i diferents masos.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 4, 470 × 445 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami i d'un petit estrip a l'angle superior dret que afecta el final de la primera línia.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 291-294.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 67. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 25. — CAULLA, *Nuestros aborígenes*, p. 453. — JUNYENT, *El monestir*, p. 44.

Lex enim est data per quam donatio facta fuisse hostenditur. Per hunc modum ego Bernardus Iohannis, in Dei aeterni nomine et salvatoris nostri Iesuchristy, donator sum [domino Deo et Sancto]¹ Iohanni Baptiste quia magnum michi et satis licitum esse videtur domum Dei hedificare ubique et de rebus meis honorare atque concedere. Audiens predicationem et monita sanctorum patrum quia elemosina a morte liberat animam, hidcirco hec me recognoscente peccatorum maculas involutum compunctus corde de superna celorum pietate supplicans Dei misericordiam ut ipse pius et misericors dignetur esse in peccatis meis. Quapropter ego, predictus Bernardus, dono atque trado Deo et Sancto Iohanni

Babstite aecclesiam Sancti Martini quem vocant de Aquacia cum decimis et primiciis et fidelium oblationibus sive cum omnibus suis pertinentiis atque directis, solide et libere, ut habeat et teneat atque possideat. Similiter autem dimitto ipsum mansum quem tenet Iohannis Alarici cum omnibus suis pertinentiis tali modo ut teneat Guillelmus Raimundi dum vivit, et post obitum eius remaneat in potestate Sancti Iohannis. Iterum autem dimitto ipsum mansum quem tenet Bertrandus Poncii per me dimitto Sancto Iohanni similiter post obitum Guillelmi Raimundi et Beltrandi. Item dimitto ipsum mansum de Connamina quem pater meus dedit Sancto Iohanni similiter dimitto. Iterum dimitto predicto Sancto Iohanni aliud cunctum meum alodium quod ego habeo infra iamdictam parroechiam Sancti Martini, scilicet mansos cum terris vel laborationibus hominum habitantium in ipsis, simul cum heremis et boscis, calmibus et pasturis et tractis et ipsum puium in quo castrum Penne est constructum, cum ipso monte Irato et ipso monte de Taga et colle de Iove, sine ulla reservatione vel diminutione. Insuper autem dimitto iamdicto Sancto Iohanni omnem meum alodium de Gesso cum omnibus suis pertinentiis que ad eundem alodium pertinent, qui michi advenit per parentibus meis, et aliud alodium quod ego predictus Bernardus teneo in iamdicto Gesso et in Ennegonibus per pignoram de centum mancusis cetinis aut iafarinis, qui fuit olim de Bernard de Belauzel, dimitto predicto Sancto Iohanni tali tenore ut si aliquis ex eius propinquis cui legaliter successerit redimere voluerit donet iamdictos mancosos Sancto Iohanni et clericis eius. Item vero dimitto supradicto Sancto Iohanni omnia sua alodia et aecclesias et pignora quas ego teneo per qualicumque modo sine ulla diminutione vel reservatione, quod superius scriptum est, totum dono Deo et Sancto Iohanni; et alium mansum de Fuiosa remaneat Petro Guillelmi, nepoti meo, in vita sua, et post obitum eius remaneat Sancti Iohanni ad proprium,² exceptus ipsum alodium quem ego dono Sanctę Marię de Villa Bertrandi et Sancte Marie quem vocant de Lodone. Est autem hoc alodio in comitatu Ausona, in valle Riopullo, infra terminos vel fines que vocant Aquacia, et in valle Sancti³ Iohannis, ipsum alodem prenominatum cum omnibus affrontationibus a parte orientis in rivo de Malathosca, de meridie autem in flumine Ticeri, de occiduo in rivo de Fafilans sive in Frever, et de circi in Taga vel in Portoles. Quantum inter istas quatuor affrontationes includunt sic dono ad domum Sancti Iohannis, qui est fundatus in comitatu Ausona, in valle Riopullo,

iuxta flumem que vocant Teder, totum ab integrum, sicut superius scriptum est, sine ulla retinentia vel reservatione. Quem vero ipsa omnia superius scripta de meo iure in potestate Sancti Iohannis trado in perpetuo habendum.⁴ Et est manifestum. Quod ego donator aut ullusque homo qui contra ista carta donationis venerit⁵ ad inrumpendum, in primis iram Dei incurrat et extraneus sit a corpore et sanguine Domini et cum Iuda Scharioth pars p̄na possideat. Et postea ista carta donationis firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore. Et hęc donatio quod infringere temptaverit in triplo componat.

Que est facta XI kalendas februarii, in XXXIII anno Philippi regis.

Bernardus Iohannis clericus +, qui hanc cartam donationis sua propria manu punctatim firmavi et aliis testibus firmatores rogavit.

Wilielmus prior (*senyal*)*. Bernardus sacer (*senyal*)*. Sig+num Raimundus. Sig+num Bernardus sacer. Sig+num Gerallus. + Bernardus, caput scole et iudex*. + Bernardus, gratia Dei comes*. Sig+num Matellis comitissa*. Sig+num Raimundus levita*. Sig+num Raimundus sacer*. Sig+num Petrus levita*. Sig+num Berenger Pere*. Sig+num Uzalardus vicecomiti*. Berenguarius, gratia Dei Tarrachonensis archiepiscopus +*.⁶

Petrus levita, qui hanc scriptura donationis rogatus scripsit, cum litteris superpositis in XV^a linea, sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. Il·legible a causa de la mutilació del marge superior dret del pergami. 2. et alium mansum ... ad proprium afegit a la interlínia. 3. i corregeix e. 4. Segueix Q, expuntuada. 5. Segueix un traç, expuntuat. 6. Berenguarius, gratia Dei Tarrachonensis archiepiscopus + escrit a sota de la clausura del document.

1093, febrer, 6

Donació. Arnau Miró i Pere Miró, germans, donen a Ramon Miró i a la seva esposa Ermengarda una heretat als termes de Palau-solità i Boada.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 5, 115 × 360 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Arnall Mir et Pere Mir donatores sumus vobis Raimundi Miro et conugus¹ tua Ermengardis. Certum quidem et manifestum est enim quia de prompto² animo bonaque

voluntate sic donamus vobis casas casalibus, ortis ortalibus, terra culta vel erma cum omni genera arborum, vieductibus vel reduc-tibus. Donamus namque vobis in ipso alodio ipsa nostra her[e]-ditate³ que ibi abemus vel abere debemus ad tuum et [ve]strum⁴ alod[i]um⁵ proprium et advenid nobis pro genitores nostros sive per ullasque voces. Et est hec donacione in comitatu Barcinonense, in Vallense, in terminio de Palad Salata sive de Buada. Afrontad autem hec donacione ab orient in rivo Calidas, de meridie in rivo qui discurrit per tempus pluviarum, de occiduo similiter sive in strata, de circi in alod de Guielm Bernard, que vocant Oveia. Quantum inter istas IIII^{or} afrontaciones includunt vel termini ambiunt sic donamus vobis, cum exiis vel regresiis earum, ad tuam plenissimam voluntatem⁶ facere. Quod si nos donatores a[u]d⁷ ullusque homo inquietare voluerit, non hoc valead vindicare, sed componad a[u]d⁸ componamus vobis in duplo. Et in antea ista donacione firma permanead modo vel omnique tempore.

Facta hec donacione⁹ VIII idus freboariis, anno XXXIII regni regis Filipi.

Sig+num Arnall Mir, Sig+num Pere Mir, nos qui ista donacione fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Ramon Bereger. Sig+num Bermon¹⁰ Guielm. Sig+num Bernard Isarn. Sig+num Ramon Oriol. Sig+num Guielm Ramon. Sig+num Ballovi. Sig+num Pere Ramon.

Bernardus levita, qui ista¹² pagine scripsid (*senyal*), cum literas suprapositas in linea VIII, die et anno quod supra.

1. conguguss *al text.* 2. proromto *al text.* 3. Manca. 4. Manca. 5. Manca. 6. voluntaatem *al text.* 7. Manca. 8. Manca. 9. Facta hec donacione *afegit a la interlínia.* 10. Bermon *amb un signe d'abreviació sobre la B sense valor.* 12. que quista *al text.*

1093, març, 20

Venda. *Josep, jueu, fill de Denant, ven a Andreu Bernat i a la seva esposa Eliarda una peça de vinya i una de terra a Marunyà, territori de Barcelona, pel preu de deu unces d'or rovals.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 6 (*olim arm. 2* Barcelona, sac H, núm. 662), 160 × 320 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 697. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 50.

In nomine Domini. Ego Iucep, hebreo, filium de Denant, venditor sum tibi Andreę Bernardus et coniuge tuę Elliardis femineę.¹

Per hanc quippè scripturę vendicionis meę sic vendo vobis petiam unam vineę et aliam petiolam unam terre erema quod abeo in territorio Barchinonensis, in terminio de Marunnano. Advenit michi prescripta omnia per meam comparationem sive per ullaque voces. Affrontant namque a parte orientis in vineas Arbertus Bernardi filiisque suis et in torrente qui discurrit per tempus pluviarum, de meridie et de occiduo in vias publicas, de circii in vineas de vos emptores et in vineas de prephatus Arbertus Bernardi, qui sunt ad caput de iamdicta peciola erema. Quantum istę affrontaciones includunt sic vendo vobis iamdictas petias duabus terra erema et vinea totas ab integre, simul cum ipsa terra in qua est fundata, in propter pretium uncias X auri rovallensis qui hodie currit, quod vos emptores pretium michi dedisti et ego venditor manus meas recepi, et nichil de ipso pretio aput vos emptores non remansit. Est manifestum. Quem vero predicta omnia que vobis vindo de meum iure in vestrum trado dominium et potestatem ad omni integritate ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis, liberam in Dei nomine habeatis plenam potestatem, cum exios vel regressios earum, a vestrum plenissimum proprium. Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc venditione venerit ad inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut ego componam vobis iamdictas pecias duabus terra erema et vinea in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista carta venditio firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc XIII kalendas aprilii, anno XXXIII regni regi Filippi.

יודעים אנו חתומי מטה שאמר לנו מ' יוסף בר נתנאל חזן הוּו עלי עדים וקנו ממני וכתבו וחתמו עלי בכל לשון של זכות ותנו לו לדון אנדריב ברנרד הגוי ולאשתו דונא אליארדש להיות בידם לזכות מחמת שעשיתי להם מכירה מאותן כרמים שיש לי בגבול מדינה זו במקום שקוראין מרוניינו בשבעים זהובים רביעיות ממטבע בלנסיא וכעניין זה כתוב בכתובה שלהם שהיא למעלה ואנו עדים וחתמו בחודש אדר השני בשנת תתנג לצירה ונתנו בידם לראייה ולזכות אליירדש דעל הגרד להיות דביני חטיא אברהם בר בבנישתי נ' יוסף בר ראובן.²

Sig+num Olibanus Reimundi. Sig+num Petrus Reimundi.
Sig+num Arnallus Reimundi Guielmus.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haęc scripsi, cum litteras fusas et emendatas in regulo I et rasas et emendatas in regulo III, die et anno quo supra.

1. *Segueix un espai en blanc de 48 mm aproximadament.* 2. Nosaltres, els sotasignants, reconeixem que *Mar Jucef*, fill de mestre Natanael, *hazzan*, ens ha dit: «Siguiu-me testimonis, realitzeu l'acte simbòlic de transferència de la propietat en nom meu, redacteu-ne el document i signeu-lo per mi, segons totes les regles del dret, i lliureu-lo a Don Andreu Bernard, *goi*, i a la seva muller Eliardis, per tal que els serveixi de document acreditatiu de llur dret, car els he venut les vinyes que tinc en el territori d'aquesta ciutat, en el lloc anomenat Marunyà, per setanta mancusos d'or rovals en moneda de València, com és escrit més amunt en la llengua d'ells.» Nosaltres, testimonis, hem escrit i hem signat el document en la neomènia del mes d'adar segon de l'any [4]453 de la Creació [= dimecres, 2 de març de 1093], i els l'hem lliurat com a document acreditatiu de llur dret. Abraham, fill de mestre Bevenisti. Jucef, fill de mestre Rovèn. *Goi designa algú que no és jueu; en les circumstàncies d'aquest document, un cristià. Adar segon és el nom del mes d'adar en els anys embolismals, que tenen un mes suplementari, anomenat adar primer. Agraïm la lectura, transcripció, traducció i els comentaris al Dr. Eduard Felu (e.p.d.).*

249

1093, març, 20

Venda. *Pere Galí i la seva esposa Ermengarda venen a Bernat Teudebald una peça de terra i una vinya al Pla d'Abrera, pel preu de divuit sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 7, 100 × 430 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns rosecs al marge superior i d'algunes taques d'humitat.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 49.

In nomine Domini. Ego Pere Galin et uxori mea Ermeniars femina venditores [sumus] tibi Bernardus Tetballus, emptore. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis peciam unam terre et vinea separatim positas. et est ipsa terra et ipsa vinea in pago Barchinonense, infra termine de Castrum Rodanes, in locum que vocant Planicie Brede. Advenit nobis, ad me Pere per patrem vel matrem, et ad mulier mea per suum decimum sive per alias quibuslibet voces. Afrontad iamdicta peciam terre de parte vero aquilonis in alaude de Ermengaudus, de meridie similiter,¹ de occiduo in vineas de filios de Gifre Suner;² de circii in estrada pullich.³ Afrontat ipsa vinea de parte vero aquilonis in alaude Ermengaudus, de meridie in alaude de Iouan Geribert,⁴ de occiduo in vinea de nos venditores, de circii in vinea de Pere Guillem. Quantum infra istas hocto afrontaciones includunt sic vindimus vobis iamdicta homnia ab integre, cum exios vel regresios earum, propter precium solidos XVIII de moneta de Barchinona sine engan, quod tu emptore precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus integriter. Et est manifestum. Quem

vero predicta homnia que nos vobis vindimus de nostro iure in tuo tradimus dominio⁵ et potestatem ab omni integritate face-re ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut ullusque homo vel femina qui contra hanc ista vendicione venerit pro inrumpendum aut nos venerimus, non hoc valeat vindichare, set componat ut ad⁶ nos componamus vobis iamdicta homnia in duplo cum omne suam melioracione. Et in antea ista vindicione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc XIII kalendas aprilis, anno XXX^{ta} III regnante Filippo rege.

Sig+m Pere, Sig+m Ermeniars, nos qui ista vindicione fecimus et firmavimus et testes firmarique rogavimus.

Sig+num Bernard Gifre. Sig+num Ramundi Gifre. Sig+num Pere Ponc. Exiit servicium diners II.

Signum+ Remundi levita, qui hoc scripsit die et anno q[u]o⁷ supra.

1. La primera i corregeix [o]. 2. Entre u i n dues lletres raspades. 3. En lloc de publica. 4. Sobre la t un signe d'abreviació sense valor. 5. dominimo al text. 6. En lloc d'aut. 7. Manca.

250

1093, març, 29

Empenyorament. *Pere Guifré i Bonifox empenyoren a Guillem Arnau una peça de vinya al terme de Parietes Flavies, territori de Barcelona, per raó d'un préstec de dues unces d'or i nou somades de vi.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 8, 160 × 245 mm.
Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergamí.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 50.

In nomine Domini. Ego Petrus Guifredus et coniuge mee Bonifox inpignoratores sumus tibi Guielmus Arnallus. Manifestum est quia debitores sumus tibi uncias II auro rovallensis aut in plata fina aut in dinarios recipientes et somades VIII de vindemia recipientes obtimas. Propterea inpignoramus tibi petiam unam vineę simul cum ipsa terra in qua est fundata, quod abemus in territorio Barchinonensis, in terminio de Parietes Flavies. Advenit michi prephatus Petrus Guifredus prescriptam petiam vineę per mea complantacione et ad me prephatam Bonifox per meum decimum sive per ullasque voces. Affrontat namque prephatam petiam vineę a parte orientis in vineas Sancti Petri cenobii, de meridie

in vineas¹ Iohanne Ollemari, de circii in via publica, de occiduo in vineas de prephatus Sancti Petri cenobii Puellarum. Quantum istę affrontaciones includunt sic inpignoramus tibi iamdictam petiam vineę, tota ab integre, cum ipsas voces et directos quod ibi abemus vel abere debemus, simul cum exios vel regressios earum, et de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem et inter tantum teneamus nos per tuum beneficium et tu per tuum pignus et in die quod erit festa sancti Michaelis archangeli ista prima veniente, isto anno revolvente, ista proxima ventura, sic faciamus tibi reddere prescriptum debitum et tu redde nobis ista scriptura in illa hora, et in istas primas vindemias venientes sic persolvamus tibi et faciamus aportare suprascriptas somades VIII de vindemia optimas cum nostros asinos intus domo tua; et si hoc non fecerimus et diem placitui non adimpleverimus, tunc habebas licencia ipsam petiam unam de vinea que tibi inpignoramus apprehendere, tenere, inpignorare, vindere, dare, comutare, asentire et omnia facere quodcumque volueris atque quesieris at tuum plenissimum proprium. Quod si nos inpignorores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc inpignoratione venerit ad intrupendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi prescriptam petiam unam vineę in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista carta inpignoratio firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc IIII kalendas aprilii, anno XXXIII regni regis Philippi.

Sig+num Petrus Guifredus, Sig+num Bonifox, nos qui ista carta inpignoratione fieri iussimus, firmamus et testes firmari eam rogamus.

Sig+num Gerallus Sunnarii. Sig+num Carbonellus. Sig+num Petrus Arnall.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haęc scripsi, cum literas fusas in regulo V, die et anno quo supra.

1. *Segueix sancti, raspat.*

1093, abril, 2

Donació. *Guillem Bernat, fill de Dispòsia, dóna a Magença, filla de Ledgarda, un alou a Navata i Ordís, als llocs de Pols i Pla de Santa Maria.*

A ACA, Cancellaria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 9 (*olim* arm. 4 Girona, sac M, núm. 560), 140 × 360 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 314-315.

In nomine Domini. Ego Guillelmus Bernardi, filius Disposie¹ femine qui sum, donator sum tibi Maiencis femina, filia qui fuisti Ledgardis femine et matris. Per hęc scriptura donacionis dono tibi ipsum meum alodium, totum ab integrum, quod mihi dimisit pater meus Guillelmus Bernardi de Cornelianis in suo testamento, in villa Pudolos et in parroechia Sancti Iuliani de Ordeis. Est prefatum alodium in comitatu Bisullunense² et in parroechia Sancti Petri de Navata et de Sancti Iuliani, quod situm est in villa Ordeis et in locum vocitatum Pudolos et Sancte Marie de Puio, qui michi advenit per parentorum meorum aut per qualesque voces vel auctoritates. Sunt namque prefata alodia cum ecclesia Sancte Marie et cellaria³ eiusdem ecclesie et mansis, mansionibus, casis, casalis, columbariis, curtis, curtalibus, parietibus, structis et destructis, ortis, ortalis, canabaris, linaris, pratis, pascuis, fontaneis et disruptis moncium et declium, cultum et eremum, ruralibus discurrenciis, arboribus fructuosis et infructuosis⁴ de quacumque progenie ibi essent garricis et garrigariis et omnia sibi pertinentibus de iamdicto alodio. Afrontat namque prefatum alodium a parte orientis in parroechia Sancti Andree de Borracano, a meridiana vero parte afronta intus flumen Fluvianii aque, de occiduo namque afronta in parroechia Sancti Martini de Olmeda, de vero circio afronta in parroechia Sancte Marie de Villa Vunnanti. Quorum hęc afrontaciones includitur vel resonatur de meo alodio que ego habere Deo donante debeo, sic dono tibi toto ab integro, cum exios et regressios eiusdem alodii,⁵ ad tuum proprium alodium, sine ulla reservancia aut sine retentu et sine engan. Ita quod si ego donator aud utrius sexus feminarum homo vel femine qui contra hęc scriptura donacionis venero vel venerint ad inrumpendum, non hoc valeo vel valeant vindicare quod requisiero vel requisierint, [sed]⁶ in triplo componam aud componant iamdictum alodium cum sua melioratione. Et postea ista scriptura donacionis firma maneat inconvulsa.

Facta ista scriptura donacionis IIII nonas aprilis, anno XXXIII regni Philipi regis.

Sig+num Guillelmus Bernardi, qui hęc scriptura donacionis fieri iussi, firmavi ac laudavi et testibus firmarique rogavi.

Sig+num Dalmacii Gaucberti. Sig+num Berengarii Gaucberti. Sig+num Bernardi Dalmacii. Sig+num Berengarii⁷ Senfre. Sig+num Berengarii Petri.

Petrus presbiter, qui ista scriptura donacionis scripsi, cum eius melioracionibus ubi sunt, et die et an (*senyal*) no quo supra prefixo.

1. La primera i afegida a la interlínia. 2. Bisuldunense escrit a sobre d'una raspadura. 3. ia afegit a la interlínia. 4. infructuosus al text. 5. La darrera i afegida a la interlínia. 6. Manca. 7. Segueix ga, ratllat.

252

1093, juny, 17

Venda. *Reginelda i els seus fills, Guerau i Guifré, venen als esposos Ricard Guillem i Ermessenda una peça de terra a Gurb, al lloc anomenat Vilar, pel preu d'una mitgera d'ordi, mesura de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 10 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac Sant Pau, núm. 201), 90 × 340 mm. Bon estat de conservació malgrat un petit estrip al marge inferior.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 44.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 72.

In Dei nomine. Ego Reginel femina et filiis meis, id sunt Gerallus et Guifredus, nos simul in unum vinditores sumus vobis Ricardus Guilmus et uxor sua Ermesinda emtores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vendimus nos vobis peciola I de terra complantata franca, qui nobis advenit per comparacione vel qualicumque voces. Et est ipsa homnia iamdicta in Ausone comitatu, in parochia Sancti Andree sive in locum que vocant ad ipso Vilar. Est autem afrontaciones, a parte orientis in terra de vos comparatores, de meridie similiter, a parte vero aquilonarum similiter, de hocciduo similiter. Quantum istas IIII^{or} afrontaciones includunt¹ aut circumeunt, sic vendimus nos vobis ipsa pecia de terra franca tota ab integra cum exiis vel regresiis, in propter precium migera I de ordeu ad mensuram Barhcinonense.² Et est manifestum. De nostro iuramus in vestro tradimus dominio et potestate. Quod si nos vinditores aut nullus homo utriusque sexus qui contra hanc ista scriptura venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat cum sua inmelioracione. Et in [an]tea³ ista scriptura vindicio firma permaneat modo vel homnique tempore.

Actum⁴ VX kalendas iulii, anno XXXIII regis Filipo.

Sig+num Reginel, Sig+num Gerallus et Sig+num Guifre, nos qui ista carta vindicione fecimus et firmamus⁵ et firmare rogavimus.⁶

Sig+num Joan Bovet. Sig+num Guifre Fruilani. Sig+num Elliardis. Sig+num Seniofredi Armentarii. Sig+num Bernar [di ...]-cii.⁷ Sig+num Mironi Guillelmi.⁸

Petrus levita, qui hoc scripsit et sub (*senyal*) in prefato die et anno quo supra.

1. incluzdunt *al text*. 2. *En lloc de Barchinonense. Hem mantingut la forma original al text perquè és força habitual a l'època.* 3. *Manca.* 4. *ahctuum al text.* 5. *firmaremus al text.* 6. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar i Arnallus [Guiliberti], ratllat.* 7. *Espai de cinc lletres aproximadament, il·legible a causa d'un petit estrip.* 8. *Sig+num Elliardis ... Sig+num Mironi Guillelmi escrit en el text a continuació de la clausura del rogatori.*

253

[Abans de 1093, juliol, 20]

Greuges. *Relació dels greuges que té Ramon V, comte de Pallars Jussà, contra el comte Artau II de Pallars Sobirà.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3172, 125 × 250 mm. Bon estat de conservació.

El 20 de juliol de 1093 va tenir lloc la signatura d'una pau entre Ramon V i Artau II (vegeu document núm. 254), per aquesta raó la data d'aquest document ha de ser anterior a aquests fets.

Una part del pergami està escrita en sentit invers. Hi ha senyals d'una escriptura prèvia esborrada, probablement una relació de noms.

Hec sunt querimonias que abet domnus Reimundus comite de domnus Artallus comes, que cavalcaron vestros omnes ad ipsa corr de Rodger Bernard. Rancura de Artall, de freituramentum que fecit de la racura de comite de Urgel. Rancura de Artall, de meos omnes de Torala que occiderunt suos omnes et cavallarios meos que prediderunt et fecit redimere et alium que abet. Rancura de Artall, de XII boves que tollerunt suos omnes ad Eroles. Rancura de Artal, que cavalcavit ad Olb et predebit meos cavallarios et meos cavallos et alia preda et placaron meos omnes. Rancura de Artall, que cavalcavit super Bernard Baron a Tartera et ocidit meos omnes; et non una vice que multas. Rancura de Artall, de Talarn, que·l m'anparà et misit suos omnes per quem ego perdissem. Rancura e de Artall et de suos omnes, que cavalcaron ad Enrres et prederunt ipsa preda. Rancura e de Artall et de suos omnes, qui·m cavalcaron ad Astel in treva Deo et fecerunt ipsas malas quales potuerunt. Rancura e¹ de Artall et de suos omnes, qui cavalcaron ad Castelet in treva Deo et prederunt mea preda. Rancura e de Artall, que fecit mal a Mir Quereta et a Pere² Re-

mon et predebit ipsos castros et ipsa preda. Et alias multas malas super hoc que ego vul estagar deretum. Rancura e de Artall, de I alsbert de Dalmaz Remon de Eroles que abuerunt vestros homines et vos anparastis illum. Racura³ e de Artall, que cavalcaron suos omnes a Mala et a Corucui et prederunt meas predas. Racura de Artall, de la terra del comte de Urgel que laxau in mea baiulia et fuerunt vestros omnes et cavalcaron-i et prederunt ipsas predas et fecerunt alios males et frangerunt mea baiulia. Et Artal,⁴ quando ambulavi ego in oste de illo comite de Urgel,⁵ racura de illo abeo que calvalcavit ad Olb et a Tartera et ad Asua et talavit ipsos blads. Racura de Artall, que calvaron⁶ suos omnes a Clarmont et occiderunt meos cavalleros et preenderunt meos cavallos et fecerunt alias malas. Racura e de Artall, que cavalcaron suos omnes ad Sancta Maria et ad Sancta Arada et talaron meos blads. Et racura de Artall, que cavalcaron suos omnes ad Antist et fecerunt illos males quales potuerunt facere. Racura de Artall, de ipso castro⁷ que fecit a Castello et fecit de mea folia valente de doscentes uncias. Racura de Artald, de Castelner, que predaron suos homines postquam fuit in⁸ ma baglia. Rancura de Artald, de meos kastros que mihi fecit espiai a suos homines.

1. e afegida a la interlínia. 2. P corregeix b. 3. El text a partir d'aquest punt segueix en sentit invers. 4. r corregeix un traç anterior. 5. Segueix laxa, ratllat. 6. En lloc de cavalcaron. 7. castro afegit a la interlínia. 8. Inn al text.

254

1093, juliol, 20

Convinença. *Ramon V, comte de Pallars Jussà, dóna a Artau II, comte de Pallars Sobirà, els castells de Castellet de Llimiana i Claverol i la vall d'Escós, a canvi de la renúncia d'aquest a les reclamacions sobre els béns que havien estat del seu pare. Li encomana, a més, la batllia dels castells de Llimiana i de Mur, pels quals Artau es fa vassall de Ramon i li promet que li'n lliurarà la potestat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 26 (*olim* arm. 3 Lleida, sac B, núm. 119) 305 × 200 mm. Bon estat de conservació malgrat la tinta lleugerament esvanida.

B Còpia de la primera meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3293 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesus, núm. 830), 160 × 162 mm. Bon estat de conservació malgrat que manca més de la meitat inferior del text, a causa del fet que el pergamí ha estat tallat.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 49.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 51.

Cit. Kosto, *Making agreements*, pp. 91, 92, 141, 166.

In Dei nomine. Hec sunt conveninecias qui sunt factas inter Raimundo comite et Artallo comite. Dona Raimundo comite ad Artallo comite¹ ipso kastro de Kastellet et ipso kastro² de Claverol et ipsa valle de Eschos.³ Hoc totum donat ad suum⁴ proprium alaude. Hoc facit per fine et perdonamento⁵ que Artallo comite facit a Raimundo comite⁶ de tota ipsa honore⁷ que abebat ad illo querelata, qui fuit de Artallo, suo patre. Et insupra⁸ commandat Raimundo comite ad Artallo comite ipso kastro⁹ de Liminiana¹⁰ et ipso kastro de Mur per sua mane et per suo fevo in tale conveniencia que siant ipsos seniores qui tenent ipsos kastros iamdictos sui homines¹¹ commendati de Artallo comite, salva sua fidelitate de Raimundo comite et de suo filio.¹² Et donent ad illum potestate de ipsos kastros et serviant ad illo ipso fevo in tale conveninecia que, si de ipsos seniores veniunt in adobertura¹³ ipsos kastros, mittat¹⁴ ibi Raimundo comite alios seniores ad sua volumptate¹⁵ et ad suo mandamento. Et ipsos seniores siant sui homines¹⁶ comendati de Artallo comite et donent ad eum potestate de ipsos kastros¹⁷ similiter quomodo istis¹⁸ qui hodie tenent ipsos kastros.¹⁹ Et donat Raimundo comite ad Artallo comite in ipso kastro de Liminiana XX^{ti} modios de blado, tercia parte de formento et tercia de ordio et tercia parte de avena et decem inter porchos et multones et quinque mestros de vino. Et in Muro donent similiter. Et per ista omnia iamdicta convenit Artallo comite ad Raimundo comite que siat suo homine comendato de Raimundo comite et de suo filio. Et donet²⁰ ad eos potestate de ipsos kastros per omnia vices que illi demandaverint aut requisierint. Et convenit Artallo comite ad Raimundo comite et ad suo filio que adiuvet ad illos ad tenere et ad deffendere sua honore que hodie abent, et in antea acaptarà per suum consilium, contra totos homines vel feminas, sic adiuvet ad illos ad tenere et ad deffendere per directa fide, sine illorum engan. Et convenit Artallo comite ad Raimundo comite que donet ad eum²¹ XX^{ti} kavalleros, extra ipsos qui sunt de ipsa honore de Raimundo comite, qui serviant ad illo in totas partes extra in oste de Ispania. Et quomodo convenit ad illo, similiter convenit ad suo filio. Et insupra convenit Artallo comite ad Raimundo comite que adiuvet ad illum de totos homines et feminas extra ipso comite de Urgello qui hodie est, per directa fide, sine suo enganno de Raimundo comite. Similiter convenit ad suo filio, extra suos homines de Artallo comite qui melius debent ésser per sua honore de Artallo comite que de Raimundo comite. Et supra convenit

Artallo comite que, si sui homines volent adiuuare ad Raimundo comite, non deuetet ad illos; et si sui homines de Artallo comite volent adiuuare ad ipso comite de Urgello, conuenit Artallo comite ad Raimundo comite que deuetet ad illos, et istos XX^{ti} kavalleros que Artallo comite conuenit ad Raimundo comite que adiuuent ad illo de ipsa guerra de Urgello per totas vices. Et conuenit Artallo comite ad Raimundo comite que si commendet ad illum similiter comandet Odo, suo frater, ad Raimundo comite, similiter se commandet Artallo comite ad suo filio Petro, in tale conueniencia que teneat ipsa fine et ipso perdonamento ad Raimundo comite et ad suos filios omni tempore de ipsas querelas que hodie habent de illo. Et de²² Petro, suo filio de Raimundo comite, mors venerit et Artallo comite si vivus fuerit, similiter se commandet ad illo²³ suo filio aut cui Raimundo comite dimiserit et dubitaverit suum comitatum. Et si ad Artallo comite mors venerit, suo filio aut suo fratre cui ille dimiserit aut dubitaverit suum comitato, sic siat²⁴ suo homine commendato de Raimundo comite et de suo filio, qui suo comitato de Raimundo comite tenuerit, per ista fine iamdicta. Et Raimundo comite et suo filio donent ipso fevo ad suo filio de Artallo comite aut cui ille dimiserit suum comitatum. Et illi²⁵ faciant ipsas conuenientias ad Raimundo comite et ad suo filio quomodo Artallo comite facit. Et conuenit Artallo comite et Odo, sui frater, ad Raimundo comite et ad suo filio que de ista hora in ante per nulla causa atque²⁶ per nullam guerra neque per nullam forsfactura ista fine iamdicta non sit disrupta et firma et stabilis permaneat omni tempore ad Raimundo comite et ad sua posterita.

Hactum est hoc X^{mo} III^{cio} kalendas augusti, anno XXX^{mo} IIII^o regnantem Philipum regem.

Si+gnum Artallo comite, Si+gnum Odo, suo fratre, qui ista conuenientia rogaverunt scribere et testes firmare. Si+gnum Raimundo comite.

Si+gnum Ramon Bernard, Signum+ Dodo, Si+gnum Petro Folco, Si+gnum Miro Guerrera, Si+gnum Bernardo Guilielmi, Si+gnum Petro Raimundo de Erill, isti sunt testes.

Si+gnum Petro Raimundo + (*senyal*).

1. ad Artallo iamdicto B. 2. *L'exemplar B utilitza gairebé sempre la c en lloc de la K. Així, escriu castro de Castelet et ipso castro i altres termes, majoritàriament castro, que a l'original utilitzen la k.* 3. Escos B. 4. ad eum suum B. 5. et per perdonamento B. 6. comite omet B. 7. onore B. 8. Et insupra omet B. 9. ipsos castros B. 10. Limignana B. 11. qui ipsos castros tenent sui omni B. 12. suos filios B. 13. abertura B. 14. castros, mitat B. 15. voluntate B. 16. omnes B. 17. donent ad eum potestate de ipsos kastros omet B.

18. istos B. 19. *A partir d'aquest punt, l'exemplar B introdueix diversos canvis fins on s'acaba el text a causa de la mutilació. Donem a continuació la transcripció d'aquesta còpia a partir d'aquest punt:* Et per ista onore iamdicta convenit Artallo comite a Raimundo comite que siat suo omine comendato de Raimundo comite et de suo filio, et comandet a Raimundo comite Odo, suo fratre, que teneant a Raimundo comite et ad suos filios ista sine Artallo comite et Odo, suo fratre, per directa fide, sine suo engan de Raimundo comite et de suos filios. Et convenit Artallo comite a Raimundo comite et ad suo filio que adiuvet ad eos a tenere et ad defendere contra totos omnes vel feminas sua onore que odie abet et in antea acaptaran per consilium, per directa fide, sine suo engan de Raimundo comite et de suo filio. Et donat Raimundo comite ad Artallo comite in ipso castro de. 20. *donent al text.* 21. *ad eum afegit a la interlínia.* 22. *En lloc de et si ad.* 23. *Entre l i o, o ratllada.* 24. *siat repetit.* 25. *La darrera i corregeix e.* 26. *atque afegit a la interlínia.*

255

1093, octubre, 19

Venda. *Domnuç Guillem ven a Joan Vidal una mujada de vinya a Vilapiscina, territori de Barcelona, pel preu de tres unces d'or de València.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 14 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 665), 120 × 335 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I Sisó, *Les monedes*, I, p. 50.

In nomine Domini. Ego Donucii Guielmi venditor sum tibi Iohannes Vitali, emptore. Per hanc scripturam vendicionis meę vendoque tibi modiatam unam vineę cum ipsa terra in qua est fundata, quod abeo in territorio Barchinonensis, in terminio de Orta, in locum vocitato Villa Piscina. Advenit michi per meam comparationem sive per ullasque voces. Affrontat namque prescriptam modiatam vineę a parte orientis in riera, de meridie in vineas Adalezis¹ femina, de occiduo in vineas de Poncius Bonefilius, de circio vero quoque in vineis Sancti Chu[cu]phati² cenobii Vallensis et de Iohanne Vitale, emptore. Quantum iste affrontaciones includunt sic vendo tibi prescriptam modiatam unam vineę tota ab integre, simul cum ipsa terra in qua est fundata, in aderato et definito pretio uncias III^{bus} auri Valentię recipient[e]s,³ qui hodie currunt in Barchinona, quod tu emptorem pretium michi dedistis et ego venditor ad presens manus meas recepi, et nichil de ipso pretio aput te emptore remansit. Satis est manifestum. Quem vero predicta omnia quem tibi vendo de meum iure in tuum trado dominium et potestatem ab omni integritate ut quicquid exinde facere vel iudicare volueris, liberam in Dei nomine abeas plenam potestatem, simul cum exios vel regressios et earum, at tuum ple-

nissimum proprium. Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc cartam vendicionem venero aut venerint ad inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componant aut ego componam tibi iamdictam modiatam unam vineę in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista carta venditio firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc XIII kalendas novembris, anno XXXIII regnante rege Philippo.

Sig+num Donucii Guielmi, qui hanc cartam vendicione fieri iussi, firmavi et testes firmari eam rogavi.

Sig+num Andrea, sutor. S+num Poncii Guielmi. S+num Iohanne, sutor.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haęc scripsit die et anno quo supra.

1. d *corregeix* [b].
2. *Manca*.
3. *Manca*.

256

1093, desembre, 12

Empenyorament. *Guillem i la seva muller Arsenda empenyoren als esposos Ramon Berenguer i Ermessenda un alou a Sant Martí de Rovinyó, per raó d'un deute de dos sesters d'ordi.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 15, 230 × 160 mm.
Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Guillelmus, prolis Guillelmi, et uxori mee nomine Arsendis impignoro sumus vobis Raimundo Berengarii et uxori tue nomine Ermesindis. Manifestum est enim quia impignoramus vobis alaudem nostrum proprium, qui nobis advenit, ad me Guillelmo per ienitores meos et ad me Arsendis per meum decimum, id sunt domos suprapositos curtis, curtalibus, ortis, ortalibus, terris ac vineis, arboribus fructiferis vel impomiferis, cultum et heremum, vieductibus vel reductibus, aquis, fontanulis, totum nostrum directum, quod abemus vel abere debemus in terminio Sancte Marie Kalizis vel in loco que dicunt Sancti Martini de Rovinno. Et affrontat hec omnia suprascripta a parte orientis ad ipsas posas vel in alaudium de Ermengardis de Rixag, de meridie in ipso rivu qui discurrit, de occiduo similiter et in alaudio de Arnall Guillem, a parte circi in ipso monte supra monte Sancto Martino vel in alaudio Sancti Cucuphatis. Quantum

infra istas quatuor affrontaciones includunt vel isti circumeunt termini sic impignoramus vobis, Raimundo iamdicto, vel uxori tue prescripte totum ab integrum, cum exiis vel regressis earum, propter sextarios II de ordeo, ea videlicet racione ut ab isto die dominico ebdomoda secunda ante Nativitatem Domini usque ad festa veniente sancti Felicis abeamus vobis persolutum debitum predictum ex nostra propria possessione, sane ut istum debitum non adquiramus¹ ad alium hominem persolvendum vobis et vos eiciamus et illum eligamus. Quod si ad predicto termino reddere vobis non possumus prescripto debito, incurrat omnia suprascripta in vestra potestate et volu[m]ptate² ad vestrum proprium dominicum, ita ut ego, prephatus Guillem, impignorator, teneam et possideam in vita mea et dono vobis in prefato alaudio census de ipsas olivarias per unoqueque anno unde abeatis quarteriam I de oleo. Quod si ex mea proprietate vobis fideliter reddidero ad prephato termino iamdictum debitum, vos nobis statim reddatis huius scriptura impignoracionis. Et hoc ita si ad ullum hominem alienum vendere voluisset, nullatenus licitum sit nisi ad me vel meos propinquos.

Actum est hoc II idus decembris, anno XXXIII regni Philippo regi.

Sig+num Guillelmus Guillelmi, Sig+num Arsendis, nos qui ista scriptura impignoracionis mandavimus scribere et manus proprias firmavimus³ et testes firmare rogavimus.

Sig+num Arnallo Raimundo de Subirads. Sig+num Bernard Guillem de Mogoda. Sig+num Ermengaudus Raiumundi.

Petrus,⁴ sacer et monachus, qui hec scriptura rogatus scripsi et (*senyal*) die et anno quo supra.

1. ad *afegit a la interlínia*. 2. Manca. 3. firmavimus *al text*. 4. Petrus *monograma*.

1093, desembre, 20

Venda. *Vives Joan i la seva esposa Ponça venen a Ramon Llopard, clergue, la meitat d'una vinya que tenen en comú amb Guillem Joan a Montjuïc, territori de Barcelona, pel preu de trenta mancosos d'or de València.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 16 (*olim arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 743*), 80 × 415 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 51.

In Dei nomine ego Vivanus Iohannis et coniux mea Poncia venditores sumus tibi Reimundo Leopardi, clerico, emtori. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre vindicionis vindimus tibi medietatem vineę quam abemus cum Guillelmo Iohanni simul in comune. Est autem prescripta vinea in territorio Barchinonensi, in Monte Iudaico. Advenit autem nobis nostre¹ complantacione vel per ullasque voces. Terminatur autem prefata vinea a parte orientis in via publica et in terra erema Sancte Crucis Sancteque Eulalie, a meridie in litore maris et in vinea Raimundi Guillelmi Ferandi, de circio in vineis Petri Vivani et in via publica et in ipso fossars iudaico, de occiduo in vineis de prefato Raimundo Guillelmi. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt sic vendimus tibi, prefato Raimundo, prescripta vinea ad integrum, exceptus ipsum quartum,² simul cum ingressibus et exitibus suis et cum omnia que ibi abemus vel cocunque modo abere debemus, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad tuum plenissimum proprium. Accepimus quoque a te propter anc vendicionem XXX mancosos auri Valencie, quos tu ad presens nobis donasti et nos manibus nostris accepimus ut est manifestum. Quod si nos venditores aut aliquis utriusque sexus homo venerimus a[u]d³ venerit pro inrumpendum vel infringendum, hoc nil prossit, sed componamus a[u]d⁴ componat tibi prescripta omnia in duplum cum omni sua melioracione. Et in antea ista scriptura vendicionis inviolabilis permaneat omni tempore.


Actum est hoc XIII kalendas ianuarii, anno XXXVIII regni Filipi regis.

Signum+ Vivani Iohannis, Signum+ Poncia femina, nos qui anc vendicionem⁵ fecim[us]⁶ et firmavimus testibusque subscriptis frimari rogavimus.

Signum+ Raimundi Bonushomo. Signum+ Berengarii Guillelmi. Signum+ Bonefilii Bonucii. Signum+ Berengarii, levite qui et caput scolę.*

Sig+num Petri Guillelmi, clerici, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis in linea quarta, die et anno quo supra.

1. e *corregeix* i. 2. exceptus ipsum quartum *afegit a la interlínia.* 3. *Manca.*
4. *Manca.* 5. di *afegit a la interlínia.* 6. *Manca.*



1094, gener, 18

Definició. *Odalguer, després de moltes disputes amb el seu germà Ermengol, renuncia a favor d'aquest als seus drets sobre l'alou de Torroella i el delme d'Orriols.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 17, 110 × 300 mm.
Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris qualiter ego Uzalgarius multociens altercatus fui cum fratri meo Ermengaudo de partem quam requirebam in alodio de Torrezela et de decimum de Urriols, et postea veni ad concordiam cum illo ad laudamentum suis amicis et meis, id sunt, Raimundus Arberti atque Gerallo Bernardi et aliis bonis hominibus. Igitur, in Dei nomine, ego predictus Uzalgarius per hunc namque scripture difinio et evacuo omnem partem quod requirebam in alodio de Torrezela et decimum quod fuit mater mea in Urriols, ut ab hodierno die et deinceps nullomodo repetam, neque ego neque ullus homo vel femina pro me, set sit solidum et liberum predicto Ermengaudo sine ulla reservatione. Si quis autem contra hanc scripturam difinitionis vel evacuationis venerit ad inrumpendum nullomodo facere possit, set componam aut componat in duplo cum sua melioratione. Et in antea ista difinitio firma permaneat modo vel omni tempore.

Actum est hoc XV kalendas februari, anno XXXIII Philippi regis.

Sig+num Uzalger, qui ista difinitione feci et firmavi et firmare rogavi.

Sig+num Ramon Arbert. Sig+num Gerall Bernard. Sig+num Guillem Pere. Sig+num Guillem Magre. Sig+num Guifre Radolf. Sig+num Guillem Radolf. Sig+num Guilbert.

Berengarius levita, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1094, gener, 25

Venda. *Josbert Sal-la i la seva muller Adalgarda, i Ramon Guillem i la seva muller Gerberga venen als esposos Arnau Ramon i Adelaida els drets sobre uns alous dels termes del castell de Fraumir i Moripol, pel preu de set sous grossos i dos argenços in rem valentem.*

- A [Original no localitzat.]
 B Trasl·lat de l'1 de desembre de 1267. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 18 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 101) 165 x 240 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 49.

In¹ Dei nomine. Ego Jocbert Sala et uxor sua Adalgarts et Remon Guillem et uxor sua Girbergm, nos simul in unum vinditores sumus ad te Arnald Remon et ad uxor tua Atzaleie. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus nos vobis ipsas nostras voces que habemus in ipsos alaudios qui sunt in apendicio de castel Franczemir vel in Mirapol. Hec sunt terras cultas vel heremas, pratis, pascuis, arboribus, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus, kases, kasalibus ortalibus, ortis, petras mobiles vel immobiles. Sic vindimus nos vobis ipsas nostras voces que ibi habemus ubi invenire potueritis. Et est ista hec omnia in comitatum Urgelli, in apenditio de kastro Franczemir vel in Mirapol. Et afrontat ista hec omnia a parte orientis in ipsa moxa qui est in ipso termino et a parte occiduo in Kastel Novo et a parte meridie in Gual de Jovo.² Quantum infra istas afrontaciones includunt sic vindimus nos ad vobis ipsas nostras³ voces qui ad nos pertinent, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, in precium placibilie solidos VII grossos et argentios II in res valentem. Et est manifestum. Et nullus homo aut femina qui ista carta vendicione inquietare voluerit in duplo vobis conponat cum suam inmeliacionem. Et in antea ista carta firma permaneat modo vel omnique tempore.

Ffacta ista carta vindicione VIII kalendas ffebruarii anno XXXIII regni Filipi regi.

Sig+num Jocbert, Sig+num Adalgards, Sig+num Remon, Sig+num Gerberga, qui ista carta mandavimus scribere et ad testes firmare rogavimus.

Sig+num Mir Guilbert. Sig+num Guitard Arnald. Sig+num Guillemi Jocfre.

Guillelmus presbiter, qui ista carta rogatus scripsit die et ano (*senyal*) quod supra.⁴

1. B *comença*: Hoc est translatum ab originali fideliter sumptum cuius series talis est: 2. *Segueix* Et afrontad, *sense cancel·lar*. 3. *Segueix* qui, *sense cancel·lar*. 4. B *acaba*: Raimundus de Gualepa, publicus notarius Berge, qui hoc translatum fecit fideliter translata non addito, mutato, dimisso seu variato se sciente, et suum Sig(*senyal*)num apposuit kalendas decembris, anno Domini M CC LXVII°.

1094, febrer, 14

Venda. *Elo, el seu fill Arbert Domènec i l'esposa d'aquest, Ermessenda, venen a Bernat Guifré i a la seva muller Ermessenda un alou a Torrentbó, terme de Sant Just Desvern, pel preu de vint sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carpeta 27, núm. 19 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 724) 140 × 255 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego El, femina, et filio meo Arbertus Dominico et uxori tue Ermesindis, femina, vinditores sumus tibi Bernardus Guifredi et uxori tue Ermesendis femine. Per hanc scripturam istius nostre vindicionis ven[dimus]¹ vobis aloudem nostrum, id sunt, terras et vineas, cultas et ermas, cum arboribus qui infra sunt, nostrum proprium, quas abemus in territorio Barchinonensi,² in termine de Vercio, in locum vocitatum Torente Bono. Advenit nobis prefatum alo[dium]³ per comparacione et per ienitores et per X^m vel per ullaque voces. Abet autem terminum prefatum alodium, a parte horientis in terra de Guillem Boet, ab hocciduo in terra de Guitardus Plaude, a circio in alodio de Petrus Bonefilii, a meridie in alodio de Sancti Iusti vel in torentem. Quantum pridicti⁴ termini concludunt, vobis ad integrum vendimus et de nostro iuro in vestrum dominium et potestatem ad integrum tradimus, cum exios et regresios earum, ut faciatis exinde quodcumque vobis placuerit ad vestrum plenisimum proprium. Accepimus namque ad vos pricium⁵ propter prifatam⁶ alodium solidos XX de dinarios de moneta de Barchinona qui modo currunt, quos vos emtores pricium⁷ nobis donastis et nos vendentes manibus nostris accepimus nichilque ex predicto precio aput vos non remansit. Et est manifestum. Si enim nos vendentes aut aliquis omo utriusque sexus vendicionem hanc disrumpere voluerimus aut voluerit, nil prosit, set componant aut componamus vobis prefata vindicio in duplum cum sua melioracione. Et postmodum hoc maneat firmum.

Quod est factum XVI kalendas marcii, anno XXXIII regni regis Phylippi.

Signum+ El femina, Signum+ Arbertus Dominicco, Signum+ Ermesindis femina, nos qui ista ccarta vindicionem fecimus et firmavimus et firmari rogavimus.

Signum+ Petrus Mironi. Signum+ Bernardus Sendret. Poncius sacer.

Signum+ Guillelmi presbiter,⁸ qui hoc scripsit et subscripsit die et an[n]o⁹ q[u]o¹⁰ supra.

1. *Manca.* 2. *Barcinononensi al text.* 3. *Manca.* 4. *En lloc de predicti.*
 5. *En lloc de precium.* 6. *En lloc de prefatum.* 7. *En lloc de precium.* 8. *presbiter monograma.* 9. *Manca.* 10. *Manca.*

261

1094, febrer, 19

Donació remunerada. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, ce-
deix als esposos Ricard Guillem i Ermessenda els drets sobre els
molins que havien estat d'Avolvalit, situats al territori de Barce-
lona, al costat del Besòs, a Estadella, a canvi d'un cavall i altres
serveis.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 20 (*olim* arma-
ri 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 118), 260 × 335 mm. Bon estat de conservació.
 a CONDE, *L'archivio*, doc. 45.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 220. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 87-88.

Auctoritate legali decretum est ut res donate si in presenti¹ tradite fuerunt nullo modo reparantur a donatore. Et donaciones regie potestatis que in quibuscumque personis conferuntur sive collate sunt, in eorum iure perhenniter consistant, ita ut huismodi regalis munificentia collatione attributa, in nomine eius qui hoc promeruit transfusa permaneat. Idcirco, in Dei nomine, ego Raimundus, gratia Dei comes et marchio, donator sum tibi Ricardi Guillelmi et uxori tuę Ermesendi. Per hanc scripturam istius donationis meę dono tibi, libenti animo et prompta voluntate, ipsos molendinos qui fuerunt de Advolvalito, cum ipso casalicio et cum ipsas pecias terre² qui ibidem sunt et cum solos et superpositos, rego et caputrego et glevarios et cum eius omnibus pertinentiis qui ad ipsos molendinos pertinet. Et sunt ipsos molendinos in territorio Barchinone, prope alveo Besocii, in loco vocitato Estadela. Accepi a vobis per hec donatio unum cavallum obtimum et magnum servitium quod mihi facitis satis. Est manifestum. Et quod iturus es mihi³ in Valentiam ad meum servitium. Propterea sepedicta quoque omnia dono vobis iamdictis omnes meos directos quas⁴ habeo vel habere debeo nec ullus per me quolibet modo. Advenerunt mihi iamdicta omnia voce parentorum meorum et aliis modis. Quod si ego⁵ donator aut aliquis homo sexus utriusque contra hanc scripturam largicionis venero aut venerit ad inrumpendum, nil prosit

mihi aut illi, sed componam aut componat pretitulata omnia vobis cum omni sua melioratione. Et insuper maneat firma.

Que est acta XI kalendas marcii, anno XXXVIII regni regis Philippi.

Signum+ Raimundi* comes, qui hanc donationem feci et firmavi et subscriptis testibus firmari⁶ rogavi.

Signum+ Raimundi Berengerii. Signum+ Guillelmi Bonefilii. Signum+ Guillelmu Berengarius*. Sig+um Mironis* iudicis.

Signum+ Petri levite, qui hanc donationis cartam scripsit die et anno quo supra.

1. La primera e afegida sobre la primera línia. 2. terre afegit a la interlínia.
3. mihi afegit al marge esquerre, fora de la caixa de l'escriptura. 4. En lloc de quos. 5. e afegida a la interlínia. 6. La darrera i afegida a la interlínia.

262

1094, febrer, 28

Establiment. *Guillem Ató estableix al seu nebot Ramon Berenguer un mas a Tavérnoles, prop de l'església de Sant Jaume de Cós, a cens del quart del cereal i de la vinya. Es paguen quaranta sous d'entrada i s'acorda que a la mort de Guillem Ató el mas restarà propietat de Ramon Berenguer.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 20 bis (olim arm. 9 Vic, sac B, núm. 114), 155 × 305 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Guillelmus Atoni donator sum tibi Raimundo Berengarii, nepoti meo, ipsum meum mansum qui est in parrochia Sancti Stefani de Tavernolis, prope ecclesia Sancti Iacobi de Curso, in tale conveniencia ut teneas et abeas et¹ bene laboretis et edificetis, et de omnibus fructibus de pane et vino quartam partem per tuas manus dones mihi² et tu abeas tres partes, et servias mihi quam a te venio. Et ego accipio de te pro ista donacione quadranginta solidos denariorum monete Vici optime in rem valentem. Post obitum vero meum remaneat tibi, Raimundi iamdicti, ad tuam voluntatem. Et afrontat de parte orientis in ciminterio Sancti Iacobi, de meridie in alodio Sancti Petri Rodes, de occiduo in strada mulnerera, de circi in alodio qui fuit de Guinaldo et de Bernardo capuscole. Quantum infra istas quatuor³ afrontaciones includunt sic dono tibi omnia suprascripta sicut melius possum et non possim unquam aliam voluntatem mutare neque transferre in alia persona. Quod si ego aut aliquis omo venerit ad irrumpendum

contra hanc donacionem, non possit facere, set donet libram auri puri. Et insuper donacione ista firma persistat omni tempore.

Actum est hoc II kalendas marcii, anno XXXIII regni regis Philipi.

Sig+num Guillelmo Antoni, qui ista donacione feci firmarique rogavi.

Sig+num Dominicus Alarico. Sig+num Iuscafre Ranlei. Sig+num Bernard Guadamir. Sig+num Bernard Adalbert.

Raimundus sacer scripsit (*senyal*) die et anno quod supra, cum literas suprapositas in terça linea.

1. et *corregeix* ut. 2. dones mihi *afegit a la interlínia*. 3. qua *corregeix* infr.

263

1094, març, 10

Venda. *Ponç i la seva dona Frugo venen als esposos Ricard Guillem i Ermessenda unes cases, terres i vinyes a Gurb de la Plana, al Pradell, pel preu de vint-i-sis sous de diners, moneda de Vic.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 21 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel, reina de Portugal, núm. 797), 70 × 320 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 46 (amb data de febrer 19 / març 5).

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 168.

In Dei nomine. Ego Poncio et uxor mea Frug venditores sumus vobis Richard et coniux sua Ermesen emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vendimus vobis domos cum solos et superpositos, terras et vineas cultas, complantatas vel ad complantar. Advenit nobis per parentorum vel per decimum vel per omnesque voces. Est autem hec omnia in comitatu Ausona, in termino castrum Gurbi, in parochia Sancti Andree, in locum qui dicunt¹ Pradel. Est autem afrontaciones, a parte oriente in strada, meridie in ipso torent, occiduo similiter, a parte vero circi in strada. Quantum isti termini includunt vel circumeunt, sic vendimus vobis ipsa omnia, totum ab integrum, ad vestrum proprium francum, cum exiis vel regresiis earum, in precium solidos XXVI denarios monete Vici. Est autem manifestum. Et qui hoc dirumpere voluerit in duplo vobis componat aut componamus. Et in antea ista scriptura firma persistat modo vel postea.

Actum est hoc XI idus² marci, anno XXXIII Filipi regis.

Sig+num Poncio, Sig+num Frug, nos qui ista vindicione fecimus et firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Arnall Languard. Sig+num Guifre Fruila. Sig+num Guillem Isarn.

Scripsit et hoc posuit signum (*senyal*) qui dictus e[st]³ Ranimirus, sacer, die et anno quo supra.

1. *Segueix u, ratllada.* 2. *Pensem que es tracta d'un error de l'escrivà que escriu X en lloc de V, per aquesta raó creiem que la forma correcta és VI idus. És possible, també, que l'escrivà hagués volgut escriure kalendas en lloc d'idus; en aquest cas la data seria 19 de febrer.* 3. *Manca.*

264

1094, abril, 6

Donació. *Arsenda i els seus fills Ermengol i Ramon donen a Santa Maria de l'Estany l'alou de Torroella i Orriols, a Santa Maria d'Oló, i dues tercers parts del mas Castelló, a Sagàs.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 22, 130 × 290 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Arsendis et filiis meis Ermengaudo atque Raimundo, nos simul in unum donatores sumus domino Deo et ecclesie Sancte Marie [de]¹ Stagno. Per hanc namque scripture donacionis² donamus omnem alodium nostrum quod habemus in Torrezela vel in Urriols cum duabus partes de manso Castellione, id sunt, domibus scilicet terris et vineis et arboribus de diversis generibus, glandiferis vel pomiferis,³ et omnes sacrarios quod habemus iusta ecclesiam Beati Petri [de H]urriols⁴ cum omnibus utilitatibus ad eundem alodium pertinentibus. Advenerunt nobis iamdicta omnia, ad me Arsendis per emptionem sive per meum decimum et ad nos Ermengaudus atque Raimundus per vocem paternam vel maternam sive per ullasque voces. Est autem iamdicta omnia alodium de Torrezela et de Urriols in comitatu Ausone, in parrochia Sancte Marie de Olone; et alium alodium de Castellione in comitatu Berchitano, in parrochia Sancti Andree de Sagass. Affrontat autem iamdicta omnia et alodium de Torrezela vel de⁵ Urriols ab oriente in campo Lupi, de meridie in abadia, de occiduo in fonte Gerallo, de circi in collo de Languard.⁶ Quantum infra iste afrontaciones includunt vel [e]am⁷ circumeunt sic donamus

predicte ecclesie Sancte Marie, exceptus ipsum alodium quod vocant Vinea Bela, quod ego predictus Raimundus habeo in Urriols, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum. Et ego predictus Raimundus accipio predictum⁸ alodium⁹ de Castellione pro ecclesie Sancte Marie suorumque clericorum et reddam pro censu per unumquemque annum ipsum porchum qui exiit de ipso manso; et post obitum meum sit solide et libere pretaxate ecclesie. Et dono de predicte vineę que vocant Bela per unumquemque annum de fructu quod ibi Deus dederit ipsam tascam Sancte Marie. Et qui hanc scripturam donacionis disrumpere temtaverit, nullomodo facere possit, set in triplo cogatur exsolvere et insuper sit a liminibus Sancte Ecclesie segregatus et cum Iuda traditore in infernum deputatus. Et in antea hec donacio firma permaneat in perpetuum.

Que facta est VIII idus aprilis, anno XXXIII Philipi regis.

Sig+num Arsendis, Sig+num Ermengaudus, Sig+num Ramon Arbest, nos qui hanc donacionem fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Berenger Amalrig. Sig+num Pere Mir. Sig+num Ramon Corona.

Berengarius levita, qui hoc scripsit die et anno quod (*senyal*) supra.

Martinus levita, qui hoc translatum scripsit, cum litteris suprapositis, die et anno quod (*senyal*) supra.

1. Manca. 2. La primera i afegida a la interlínia. 3. vel pomiferis afegit a la interlínia. 4. Lectura dubtosa a causa del desgast del pergami. 5. de afegit a la interlínia. 6. u afegida a la interlínia. 7. Manca. 8. Segueix un espai d'aproximadament quatre lletres en blanc. 9. Entre i i u espai d'aproximadament quatre lletres, raspat.

265

1094, abril, 12

Venda. *Eromir i Ledgarda, la seva filla Sança i Sança, germana d'Eromir, venen a Odalguer Ramon i a la seva muller Maiassenda un alou a Santa Maria d'Oló, pel preu de sis sous de moneda de Vic.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 23, 140 × 260 mm. Bon estat de conservació, però lleugerament desgastat pel marge superior.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 168.

In nomine Domini. Ego Oramir Argemir et uxori mea Ledgarda et filia nostre¹ Sancia et simul cum alia Sancia, sorori

de Orumir iamdicti, per ahnc scriptureem nostre² nos simul in unum vinditores sumus Udalgarrii Raimundi et uxori tue Maia-sindis, emtores. Per uhnc scriptureem³ vindicionis nostre vidimus nos vobis peciam unam de alode nostrum propium qui est bene franchum vel legitimum. Et advenid quidem nobis iamdicto alodio per parentorum nrostrum⁴ et per omnesque voces. Et est iamdicto alode in chomitatu Ausonee, in termino kastrum Oloni sive in apendicio Sancte Marie de Oloni, in locum que dichunt ad ipso torente de Orumir. Et abet affrontaciones iamdcito alodem de parte orientis in torente qui eschurit iam per tempus pluviarum, et de meridie in alodem de Petrus Fulchoni, et de occiduo in via qui vadid ad mansiones de nos vinditores, et parte vero circio in Pugolar. Quantum infra istas quatuor affrontaciones includunt et isti termini ambiunt sic vindimus nos vobis iamdicto alodem cum ipsos pruners et ipsas nostras voces que nos abemus vel abere debemus, totum ab integrum, cum exios et regresios earum, in pro[p]ter⁵ precio solidos VI de moneta Vicho bona et obtim. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia de nostro iure⁶ in vestro tradimus dominio et potestate. Quod si nos vinditores ad ullusque omo vel femina qui ista vindicio inquietare et disruppere voluerid componad vobis in duplo cum omni suo in melioracione. Et in antea ista vindicio firma sid omnique tem[po]rem.⁷


Facta ista carta vindicio pridie idus aprelis, ano XXX^{mo} quarto regnante Filipo rege.

Sig+num Orumir, Sig+num Ledgarda, Sig+num Sancia, Sig+num alia Sancia, nos qui ista carta vindicio fecimus scribere et firmarvi[mus]⁸ et testes firmareque rogavi[mus].⁹

Sig+num Guilielmi Raimundi. Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Ermesindis. Sig+num Ric[ardus].¹⁰ Sig+num Guilabertus. Sig+num Guilielmi¹¹ Bertrandi. Sig+num Reimundi Guiliemi.

Raimundus, ipodiachonus, scribsid et sub (*senyal*) die et ano quod supra.

1. *En lloc de nostra.* 2. *En lloc d'hanc scripturam nostram.* 3. *En lloc d'hanc scripturam.* 4. *En lloc de nostrorum al text.* 5. *Manca.* 6. *nostro iureem al text.* 7. *Manca.* 8. *Manca.* 9. *Manca.* 10. *Lectura dubtosa.* 11. *Guilielmi al text.*



266

1094, abril

Carta de franqueses. *Pere I, rei d'Aragó i Pamplona, concedeix carta de franqueses a aquells que vagin a poblar Barbastre quan sigui conquerit.*

- A [Original no localitzat.]
 B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 24 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 49), 145 × 200 mm. Bon estat de conservació.
 C Còpia del primer quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 24 dupl. (*olim* arm. 24 Sobrarb, sac F, núm. 60) 115 × 270 mm. Bon estat de conservació.
 a FLÓREZ, *España Sagrada*, XLVIII, doc. 213.
 b UBIETO, *Colección*, doc. 63.
 c LEDESMA, *Cartas de población*, doc. 15.

In nomine Domini nostri Iesuchristi. Ego Petrus Sancius, Dei gratia Aragonensium et Panpilonensium rex. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et facio hanc¹ cartam ad vos, totos populatores qui venitis et veniretis populare ad illum meum castellum de Barbastro et steteritis et popularetis ibi et in Barbastro, quando Deus omnipotens donavit nobis eum, quod non mihi donetis nullum alium censum nec ad nullum de mea posteritate nisi quod donetis decima et primicia ad Deum et novena ad me de quantum fructum aberetis et colligeretis; et quod donetis illa novena et illa decima de illa cevera in una era ubi nos vos monstraremus. Similiter quod me donetis illa decima et illa novena de illas uvas² in uno trillare ubi nos vos monstraremus.

رسم بيطره ابن شانجه³

Facta carta ista era M^a C^a XXXII^a, in mense aprilis, regnante Domino nostro Iesuchrsito et sub eius imperio. Ego autem Petrus Sancius, Dei gratia regnante me in Aragone et im⁴ Pamplonia et in Ripa Curcia. Episcopus Petrus in Oscha. Alius Petrus in Urunia et domnus Poncius episcopus in Rota. Senior Exemen Garzez⁵ in Monteson.

Ego autem Sancius, scriptor, sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum (*senyal*) feci.

1. ahanc *al text*; hanc C. 2. v *afegida a la interlínia*. 3. rasam Bitruh ibn Xanjuh, *equivalent a Signe de Pere*, fill de Sanç. *És la subscripció de l'infant Pere, futur Pere I d'Aragó, que en les còpies ha estat feta pels autors d'aquestes. Agraïm la lectura, transcripció i traducció d'aquest antropònim al senyor Theodor Loimaz i a la senyora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Semítica de la Universitat de Barcelona.*
 4. *En lloc d'in*; in C. 5. Garcez C.

1094, maig, 29

Testament. *Ermessenda atorga testament. Fa llegats a diverses institucions religioses i deixa bona part dels seus béns a la seva filla Estefania i al seu gendre Bal·lovi Ponç.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 25 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 895) 195 × 300 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 109, 226. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 91. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 384.

In nomine Domini. Ego¹ Ermesindis femina, iacens in lectulo meo gravi detenta infirmitate, et ideo convoco amicos meos, hii sunt, Balluinus Poncii et filia mea Estephania et Guillelmus Raimundi de Agnellus et Guilabertus Udalardi, ut si mors michi advenerit antequam aliud testamentum faciam, hii habeant potestatem distribuere omne meum averem in sanctis Dei ecclesiis et sacerdotibus et pauperibus. In primis dimitto ad ecclesiam Sancti Martini que est in valle Colonico quartam unam inter ordeum et frumentum. Et ad Berengarium Gausberti, capellanum, dimitto peciam I terre quam emi de Bernardo Seniofredi, sub tali tenore ut teneat et possideat eam in vita sua, post obitum suum remaneat ad Sanctum Petrum Gallicantus. Et ad ipsos clericos Sancti Martini dimitto sextarios II ordei, et IIII solidos de denariis monetę Gerundę, et IIII sextarios vini. Et ad Sanctum Micaelem cenobium² Crudiliis, ubi corpus meum debito³ dimitto ipsas porciones meas quas ego abeo in mansum Guillelmi Ricardi et in mansum quem tenet Mir Tresic et in mansum ubi Bonuspar de Macanet habitat, cum terris et vineis qui ad ipsos mansos pertinent, sub teli tenore ut teneat Balluinus et Estefania, filia mea, in vita illorum, et donent per unumquemque annum⁴ prescripto Sancto Micahele⁵ libram I cere per recognicionem; post mortem vero illorum solide et libere remaneat ad prescriptum Sanctum Micaelem. Et I bovem et terciam partem de mea vaxela, tam maiora quam minora, et alias II partes que remanent de mea vasela dimitto ad Dalmacium, filium meum, et ad Estefaniam, filium⁶ meam. Et omne illud meum alodium quod abeo in Rivo Maior dimitto ad prescriptum Sanctum Micahelem solide et libere, sine ullo retentu, et omnes meas oves et capras quas ego habeo. Et ad Sanctam Mariam Podii dimitto solidos II platę. Et ad Sanctum Paulum Narbonę dimitto solidos III platę. Et ad Sanctum Paulum Bellum Locum dimitto solidum⁷ I platę. Et ad Sanctum Felicem Gipsalensem di-

mitto emina I frumenti et aliam ordeï. Et omne illud meum alodium quod habeo ego de Barchinona usque in Lubricato dimitto ad Balluinum et ad filiam meam Estephaniam solide et libere. Et illud meum alodium quod ego abeo de Barchinona usque Besocio dimitto ad Dalmacium, filium meum, solide et libere. Et illum meum mansum ubi Arnallus Vives abitat dimitto ad Dalmacium, filium meum, solide et libere, et est mansum in Amendola. Et alium meum alodium quem abeo in parrochia Sanctę Marię de Pineda vel in Ridalfata vel in eius terminos de predicta parrochia et ipsas meas pignoras dimitto ad filiam meam Estephaniam per melioracionem et ad Balluinum, virum eius. Et ipsa mea vasela qui in Ridalfata est et in Canuas dimitto ad prescriptam filiam meam. Et illud meum alodium totum quod ego habeo vel abere debeo in parrochia Sancti Martini Colonico, qui michi advenit per meas compras et per meum decimum et per meum acapte vel per pignoras, et ipsum meum decimum⁸ quem ego habeo in parrochia Sancti Cipriani de Aliis, in ipsos Collos, excepto ipso manso de prescripto Sancto Micaele, dimitto ad filiam meam Estephaniam et ad Balluinum, virum eius, solide et libere. Et ipsam meam compram de meo manso quem tenet Gosbert Doladora et ipsum meum decimum dimitto ad prescriptam filiam meam et ad virum eius. Et est in parrochia Sancte Marię de Fenals et affrontat prescriptum alodium a parte orientis in ipso collo de Vinales, de meridie in ipso mare vel in ipso far, de occiduo in ipso collo de Bancells, de circi ad collum de la Ganga. Et alia mea vascula que remanet dimitto ad filiam meam. Et de omne meum esplet quem ego abeo in cunctis locis⁹ ad novum venientem de pane et vino, ipsam terciam partem dono pro remedium anime mee et per meas laxationes et per meos debitos. Et alias II que remanent dimitto ad filiam meam et ad Balluinum, virum eius.

Actum est hoc testamentum IIII kalendas iunii, anno XXXIII regni Philippi regis.

Sig+num Ermesindis, que hoc testamentum fieri iussi et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Poncii Guillelmi. Sig+num Poncii Lopardi. Sig+num Guillelmi Mir.

(*Crismó*) Ramundus, monachus et sacerdos, rogatus scripsi, cum litteris dampnatis in linea X et XIII et in XXX et superscriptis in linea XIII, et sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. Ego repetit. 2. Segueix cenob, sense cancel·lar. 3. Entre i i t, [k] raspada. 4. per unumquemque annum afegit a la interlínia. 5. Segueix prese, ratllat. 6. En lloc de filiam. 7. solidium al text. 8. Segueix qui est, ratllat. 9. locis afegit a la interlínia.

268

1094, juliol, 25

Donació. *Arsenda dóna a Santa Maria de l'Estany un mas alodial que té a Sant Fruitós de Ginebreda.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 35, 160 × 170 mm.
Bon estat de conservació.

Quoniam legibus nostris constat esse decretum ut res donate, si in presenti sunt tradite, nullo modo repetantur a donatore. Ideoque ego, Arssen, per anc scripturam donacionis mee volo ad¹ noticiam deducere quod elegero de rebus meis mea propria voluntate absque ullius minis, vi, metu vel sugestione. Et ideo, sub Sancte Trinitatis sacratisimo nomine, ego supradicta per seriem huius spontanee scripture dono et presencialiter trado domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno ipsum mansum de alodium quod abeo et abere debeo intra parrochia Sancti Fructuosi de Genebreda. Id sunt domibus et terres et vineis et boscis atque garricis, pascuis atque utilitatibus omnibus. Advenit michi prenominata omnia per maternam vocem. Et ista omnia sunt in comitatu Ausona, in locho que vocant Ricardones. Quantum denique in supradicta parrochia et in eius terminis supradictum rerum habeo et abere debeo qualicumque modo cum omni integritate absque aliqua diminucione, ego iamdicta predicte ecclesie sinceriter dono atque confirmo et cum ac scriptura de meo iure in presenti in dominium predicte ecclesie trado ad suum alodium. Et ad quod voluerit facinedum cum omnibus pertinentibus ad utilitatem earundem rerum tali deliberacione ut si quis hoc voluerit disrumpere totum vel ex parte nullomodo possit facere, sed quod absque tulerit vel voluerit auferre² componat prescripte ecclesie dupla satisfaccione. Et insuper ec voluntaria et legalis donacio frima et stabilis maneat omni tempore.

Qua facta est VIII^o kalendas augusti, anno XXXV Philipi regis.

Sig+num Arsen, qui anc scripturam libens fieri iussi et manu propria firmavi et a testibus firmari rogavi.

Sig+num Guilem Guifre. Sig+num Guilem Arnad. Sig+num Ramon Giribert. Sig+num Bernard Ramon.

Amatus sacer, qui anc (*senyal*) donacionem scripsit, cum³ literas fusas, die et anno quod supra.

1. Segueix to ratllat. 2. La segona r afegida a la interlínia. 3. Segueix aus afegit a la interlínia i ratllat.

269

1094, agost, 9

Permuta. *Artau II, comte de Pallars Sobirà, la seva muller Eslonça i el seu germà Odó permuten amb Ramon V, comte de Pallars Jussà, i la seva esposa Valença un conjunt de castells, viles i monestirs i renuncien a les querelles dels uns contra els altres.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 27 (*olim* arm. 3 Lleida, sac B, núm. 97), 150 × 440 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat a la part superior del pergamí.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 48.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 49.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 141.

In nomine Domini. Ego Artallo, comite Paliarensis, et uxor mea Eslonza et ego Odo vobis entoribus nostris Raimundus comes et coniux¹ tua Valencia comittissa. Per hanc scriptura vindicionis et comutacionis nostre vindimus vobis vel comutamus ipso castro de Toralla cum suis terminis et pertinenciis de ipso castro de Eril, et ipso castro de Adoz et ipso castro de Enres, et ipso castro de Vilba et ipso monasterio de Santa Maria de Lavags apud sua onore, et ipsa vila de Boi et ipsa vila de Durro, et ipsa vila de Taul et ipsa vila de Eril, et ipsa vila de Vallorzera et vila de Cardedeu, hoc totum cum illorum terminis et pertinenciis, et ipso castro de Belera et ipso castro de Reguard, et ipso castro de Tenriu cum suis terminis et pertinenciis et ipso termino de Castello, de ipso rivo de Iordia usque a Talard. Et definio vobis ipsas querellas que abebat vobis factas de Assoa et de Valsegiz et de alia vestra terra que odie abetis et istos castros iamdictos et ipso monasterio iamdicto et istas vilas iamdictas. Hec omnia iamdicta cum illorum terminos et pertinencias et directos sic vindimus vobis vel comutamus ego, Artallo iamdicto, et coniux mea Eslonza et fratre meo Odo ad vos, Raimundo suprascripto, et coniux vestra iamdicta et ad filio vestro Petro et ad vestra posterita ad vestrum p[er]enissimum² et proprium alaude, sine nulla rerservacione, ad facere vestra voluntate quecumque volueritis. Et de vos recepimus precium placibile et comutacione in ipsa valle de Anavi ipsa

vila de Esil et ipsa vila de Son, et ipsa vila de Ove³ et ipsa villa de Alos,⁴ et ipsa vila de Isvarre et ipsa vila de Ordao, et ipsum monasterium de Sanctum Petrum de Burgal aput sua onore et ipsa valle de ipso Valad, et ipsas parrochias de Archalis et ipso castro de Lertven, et ipso castro de Pervas et ipso castro de ipsa Rocha, et ipso castro de Petra Bruna et ipsa valle de Escoss, et ipsum monasterium de Sanctum Petrum de Malezas cum sua onore et ipso castro de Claverol, et ipso castro de Rivert et ipso castro de Castello Acusp et ipso castro del Castellet. Et definimus vobis ipsa querella de Castello Atoro et de ipsum monasterium de Sanctum Andream et ipso castro de Ssuert et ipso castro de Castserras; et in ista omnia iamdicta sic damus et⁵ comutamus hoc que ibi abemus et abere debemus. Et advenit mihi⁶ Artallo ista omnia suprascripta de genitori meo vel de qualicumque voces et ad me Eslonza per meum decimum sive per qualicumque voces et ad me Odo de genitori meo sive per qualicumque voces. Et advenit mihi Raimundo ista omnia iamdicta de genitori meo sive per qualicumque voces et ad me Valencia per meum decimum sive per qualicumque voces. Et est hec omnia de unaquisque parte in comitatum Paliarensis. Et affrontat hec omnia de totas partes infra iamdicto comitatum. Et est manifestum hec omnia. Et si nos venditores et comutatores aut nullusque omo venerit de omnia iamdicta ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus hec omnia iamdicta in duplo cum omni sua immelioracione. Et in antea firma permaneat ista carta iamdicta modo vel omnique tempore et non⁷ sit disrumpta.

Facta ista carta vindicionis et comutacionis V idus agusti, anno XXXV regnante Philipum rege.

Si+gnum Artallo, S+gnum Eslonza, Si+gnum Odo, qui ista carta fecimus et testes firmare rogavimus.

Si+gnum Dodo. Si+gnum Petro Folconi. Si+gnum Remon Bernard.

Ferriolus sacer roggatus scripxit (*senyal*) sub die et anno quo supra.⁸

1. iuxta *afegit sobre la primera línea.* 2. *Manca.* 3. et ipsa vila de Son et ipsa vila de Ove *afegit a la interlínia.* 4. *Segueix et de Alos, sense cancel·lar.* 5. *Segueix exco, ratllat.* 6. *mih i afegit a la interlínia.* 7. *Segueix di, ratllat.* 8. *Centrada, al peu del document, hi ha la lletra P, de tipologia gòtica. Podria tractar-se de l'abreviatura probata o probatum, que indicaria que d'aquest document, en els segles baixmedievals, potser en el segle XIV, s'hauria fet un trasllat i el notari que en fou l'autor hauria deixat constància d'haver comprovat l'original.*

270

1094, agost, 9

Donació. *Artau II, comte de Pallars Sobirà, la seva muller Eslonça i el seu germà Odó, bisbe electe d'Urgell, donen en alou al monestir de Santa Maria de Lavaix i al seu abat Quint la vila i l'honor d'Erta i quatre-cents cinquanta mancusos d'or de València.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 28 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac E, núm. 464), 120 × 240 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Artallus, gratia Dei comes Paliarensis, et uxor mea Eslonza et Odo, frater meus electus episcopus Urgelensis, damus in alodium per nos et per omnes successores nostros, pro remedio animarum nostrarum, domino Deo et Beate Marie Lavacensi et tibi Quinte, abbas Lavacensis, et aliis monachis, id est, Giscafrido presbitero et Bello presbitero et Solino et Allo et Dacho, monachis istis et omnibus aliis tam presentibus quam futuris tradimus in alodium villam et totum honorem d'Erta cum omnibus pertinenciis suis, cum hominibus et mulieribus, cum cultis et incultis, cum pascuis et aliis rebus que sunt in loco qui dicitur Biluba vel Erta, a Saxo superius usque in Cervino et de Fatas usque in Orreto, et unum caput mansum qui fuit Aldefonsi de Sasso. Hec omnia trado tibi Quinte, abbas, et ecclesie Sancte Marie de Lavadio et conventui ibidem Deo servienti presenti atque futuro ad omnem vestram voluntatem. Et damus vobis in predicto honore CCCC^{os} L mancusos de auro de Valencia ut firmiter ac securius habeatis et possideatis totum prefatum honorem iure hereditario in perpetuum et sine omni retentione de nostro dominio in vestrum transtulimus. Si quis autem homo vel femina hoc donum vexare vel alienare temptaverit, segregatus a consorcio fidelium et cum Iuda traditore demergatur in infernum. Illam vero personam que in aliis bonis nostris succedere voluerit, illam constituimus guarentorem¹ et defensorem in predictis omnibus.

Facta carta ista V^o idus augusti, anno XXX^o V^o regis Philippi, regnante Aldefunso rege in Castella et Gallecia, Petro rege regnante in Arragone et in Pampillona, dompno Artallo suprascripto in Paliars et dompno Raimundo similiter.

Sig+num Artallo comite, Sig+num Eslonza, Sig+num dompni Odoni, electi Urgellensis, qui istam scribere cartam vendicionis iussimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Raimundi Fulconi de Gallinario. Sig+num Petro Fulchoni. Sig+num Bernardi Raimundi de Agromonte. Sig+num Echardi de Eramonte. Sig+num Dodo Arnalli de Pervas.

Visores et auditores Guillelmus Arnallus de Pervas et Miro Guillelmus de Ripera et Tedbaldus Dorcal, Henardus Ricolph de Palencia et alii plures.

Baro Ezo, subdiachonus Sancte Marie de Tremp, scripsit die et anno quo supra.

1. a *afegida a la interlínia*.

271

1094, agost, 31

Venda. *Arnau Guillem i la seva muller Ermessenda venen als esposos Ricard Guillem i Ermessenda una peça de terra a Sant Andreu de Gurb, pel preu d'una lliura de plata.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 29 (*olim* arm. 19 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 642), 105 × 320 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 49.

In nomine Domini. Ego Arnallus Guillelmi et coniux mea Ermessindis vinditores sumus vobis Ricardus Guillelmi et coniux eius Ermessendis, emtores. Per hanc scripturam vindicionis vendimus vobis pecia I terre qui nobis advenit per comparacione vel per ullasque voces. Est hec omnia in comitatu Ausona, in aiacentia kastrum Gurbi et in parrochia Sancti Andreę, in locum que vocant ad ipso Iovel. Et sunt namque affrontaciones ex predicta vindicione a parte horientis in alodio Arnallus Mironi, a meridiana vero pars iungit se in alodio Guillelmi Gerard et coniux eius, ab occidentali nempe clima iungit se in strata publica qui pergit ubique, a parte australi similiter in strata. Quantum infra istas quatuor affrontaciones includunt vel circumeunt sic vendimus vobis totum ab integrum, cum exiis et regressiis suis, propter precium libram unam plateę ad pensum legitimum. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia de nostro iuro in vestro tradimus dominium aut potestate ad vestrum proprium. Quod si nos vinditores aut ullusque homo vel femina qui contra ista charta vindicione vobis voluerit disrumpere in duplo vobis componat. Et in antea ista charta vindicione firma persistat modo vel omnique tempore.

Facta karta vindicione II kalendas september, anno XXXV regnante Philippo rege.

Sig+num Arnallus Guillelmi, Sig+num Ermessindis, nos qui ista vindicione fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Bernardus Guillelmi. Sig+num Bernardus Bernardi. Sig+num Berengarius Bernardi. Sig+num Arnallus Guilaberti.

Berengarius levita, qui hoc scripsit die et anno quod su(*senyal*)-pra.

272

1094, octubre, 12

Empenyorament. *Martí Isarn i la seva muller Maria empenyoren a Judes, jueu, una peça de terra al Cogoll, al territori de Barcelona, per raó d'un deute de cinquanta-set sous de plata fina.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 30 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 894), 90 × 370 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergami.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 49.

In nomine Domini. Ego Martinus Isarni et uxori mea Maria femina impignoratores sumus tibi Iuda, ebreo. Manifestum est enim quia debitores sumus tibi solidos LVII de plata fina, propter ea impignoramus tibi peciam unam terre quod abemus in territorio Barchinone, in terminio de ipso Cucullo. Advenit nobis per nostra comparatione et per decimum sive per ullasque voces. Terminatur autem a parte orientis in torrente, a meridie et occiduo in terra de coniuge qui fuit Dodoni francigena et in terra de filiis qui fuerunt Raimundi Isemberto, de circio in terra de Mironis Guadamiri.¹ Quantum iste affrontaciones includunt sic impignoramus tibi iamdictam peciam terre ab integre simul cum exiis vel regressiis earum atque de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem, et inter tantum nos teneamus per tuum beneficium et tu per tuum pignus; et in die quo erit kalendas novembris istas primas venientes sic faciamus tibi rendere iamdictum debitum quomodo superius resonat et tu rendas nobis ista scriptura sine mora. Quod si minime fecerimus et tibi non persolverimus, tunc abeatis potestatem predicta hec omnia que tibi impignoramus apreendere, tenere, vindere, comutare et omnia que voveris facere ad tuum plenissimum proprium. Et si non potuerimus tibi abere persolutum prefatum debitum ad suprascriptum

terminum, sted in antea cum suo lucro per unumquemque mense solidos III^{or} de plata quantum sit volutas tua et nostra. Si vero nos impignoratores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista impignoratione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi prefata hec omnia in duplo cum omnia² sua melioratione. Et in antea ista impignoratione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc III idus octobris, anno XXXV regni regis Philippi.

Signum+ Martinus Isarni, Signum+ Maria³ femina, nos qui hac impignoratione fecimus et firmamus atque testibus eam firmari rogavimus.

Signum+ Pere Regeal. Signum+ Berton Geralli. Signum+ Bernardi Guillelmi.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in linea IIII, die et anno quo supra.

1. Mironi Guadamiri *escrit a sobre d'una raspadura*. 2. *Segueix* in duplo cum omni, *sense cancel·lar*. 3. *i corregeix t*.

273

[1079-1094]

Venda. *Urraca de Selbacano ven a Sancho Garcés dues sorts de vinya a Luesia, al lloc dit Vialada, i la part que li corresponia al casal del castell, per diverses quantitats de blat, vi i bestiar.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Berenguer Ramon II, carp. 26, núm. 89, 315 × 89 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any de la darrera menció de Sanç Ramires com a rei de Sobrarb i Ribagorça i pel darrer any del bisbe García, de Jaca.

In Dei nomine. Ego duana¹ Oraka de Selbacano tibi entori mee senior Sanzio Garceç. Bindo vobis duas suartes de vingas en Luaso, ubi apelatur ad Bias Lundas, in precio quod inter nobis convenit III kaficios, II gallones de tridiqu, quatre et medio de vino et duas oves cum suos agnos. Et de ipso precio nichil non remansit. Ego duana² Oraka bindo vobis senior Sancio Garceze illa parte quale abuit in ilo casale en ale castilo, in precio quod inter novis convenit VI arobas de tridiqu IIII gallones de vino. Et

de ipso precium nichil non remansit. Et sunt firmes senior Garcia Lopece d'Alastue et senior Sansco Garce de Sase, et senior Gallino Acenarece de Selbacano et Daqo Asnare de Luaso; fide fecerunt de atoritate de totos omnes de salbetate. Quod si ego duana Oraka aut de filios meos vel de parentibus meis qui ista carta inquietaverit, dupla conponat.

Facta carta in ano quano ere fante Petro Sancio regnante in Super Arbe et in³ Aripa Corca et⁴ in balle, et Garsea episcupo in Aragone et in Super Arbe et in balle.

Et sunt testes: duane Acenare Calbo de Beroge et Gallino Bancones de Beroge, et Fertungo Gallones de Luaso et Sancio Atones de Viaseca, et Garcia Acenarece de Luaso et Bradila Gallones de Scarti, Ariule Sansce de Bergoto et Enego Garcece de Borgase.

Aligala XV panes, III gallones de vino et unu carnero et unu porcastro de medio anno.

Presbiter Ato scripsit. Pax vobis, amen.

1. duana *repetit*. 2. duana *repetit*. 3. *Segueix a sense cancel·lar*. 4. t *corregeix* [r].

274

1095, gener, 26

Empenyorament. *Ermengarda Recosinda, juntament amb el seu fill Arbert Ponç, empenyoren a Guillem Arnau una peça de terra al territori de Barcelona, al camí antic de Sant Cugat, per raó d'un deute de divuit sous de plata fina.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 31 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 829), 130 × 260 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergami.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 700.

In nomine Domini. Ego Ermeniardis Recosinda, una cum filium meum nomine Arberti Poncii, inpignoro sumus tibi Guilielmi Arnalli. Manifestum est enim quia debitores sumus tibi solidos XVIII platę finę recipientę sine enganno. Propterea inpignoramus tibi peciam unam terre nostre proprię franche quod habemus in territorio Barchinonensis, in terminio de ipsa via antiga Sancti Chuchuphati. Advenit autem nobis prelibatam petiam terre per ienitorum nostrorum sive quibuslibet aliis modis vel vocibus. Affrontat namque prescriptam petiam terre ab oriente in terra Bernardi

Abtemiri, de meridie in via publica prephata antiga, ab occiduo in terra Arnallo Gontario, a circio in terra Poncii Guilielmi. Quantum predicti termini concludunt atque circumeunt sic inpignoramus tibi prescriptam petiam terre, tota ab integre, pariter cum ingressibus et exitibus earum, et de nostro iure in tuum tradimus¹ dominium et potestatem ab omni integritate, et inter tantum teneamus per tuum beneficium et tu per tuum pignus; et in die quod erunt kalendas madii istas primas venientes, istas proximas venturas, sic faciamus tibi reddere prescriptum debitum et tu reddas nobis ista scriptura in illa hora. Et si ad predictum terminum kalendas mai non potuerimus tibi reddere prescriptum tuum debitum, habeas et possideas de illa hora in antea ipsum totum fructum quod Deus dederit in cunctisque annis in prelibatam peciam terre, hoc habeas tantum usque quo reddamus tibi prescriptum tuum debitum. Namque si vero nos inpignorores aut aliquis utriusque sexus homo qui contra hanc inpignoratione venerimus aut venerit ad inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut componamus tibi prescriptam peciam terre in duplo cum omni sua melioratione. Et insuper hoc scriptum inpignorationis firmum maneat omne per evum.

Actum est hoc VII kalendas febroarii, anno XXX^oV^o regnante rege Philippo.

Sig+num Ermeniardis, Sig+num Arberti Poncii, nos qui hanc inpignoratione fecimus, laudamus, auctorizamus, cum manibus nostris punctatim firmavimus subterius corroborati firmarique rogavimus.

Sig+num Iohanni Guilielmi. Sig+num Artalli Bonefilii. Sig+num Petri Dominici. Sig+num Martini Escarani.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit die et anno quo supra.

1. t corregeix una lletra anterior, tal vegada una d.

1095, març, 6

Empenyorament. *Ramon Guifré i la seva esposa Adelaida empenyoren als esposos Ricard Guillem i Ermessenda uns alous a Canyelles, territori de Barcelona, amb l'església de Sant Bartomeu, per raó d'un deute de cent sous de bona plata.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm 32 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1026), 185 × 305 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami per la part dreta.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 48.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 96, 711-712. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 102.

In nomine Domini. Ego Reimundus Guifredi et uxor mea Adalaidis femina impignoratores sumus tibi Ricardi Guillelmi et uxori tue Ermesindis femina. Manifestum est enim quia debitores sumus vobis solidos centum de bona plata recipiente sine engan. Propterea impignoramus vobis¹ alaudibus nostris, scilicet terris et vineis cultis et eremis, garricis, pronum et planum, viaductibus et reductibus, cum arboribus diversi generis, et domibus cum solis et superpositis, hostios atque ianuis et fontes, et ecclesiam Sancti Bartolomei qui ibi est. Est autem suprascripta omnia in territorio Barchinone, in parrochia Sancti Andree de Palumbario, in loco vocitato Cannellas. Advenit nobis per nostra comparatione sive per ullasque voces. Habet autem terminos et affrontationes, a parte orientis in collo que vocant Fenestrellas, a meridie in strata qui pergit de Barchinona ad Fenestrellas, ab occiduo in torrente que discurrit per ipsos pinos, a circio in ipsa serra que vocant Petra Cucula. Quantum suprascripte affrontationes concludunt et terminant, sic impignoramus iamdicta hec omnia et quantum ibi abemus vel per qualicumque voces abere debemus ab integre, simul cum exiis et regressiis earum, atque de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ab omni integritate. In tale quoque modo et ordine ut vos teneatis et laboretis suprascripta omnia et possideatis et abeatis totos ipsos fructos quod inde exierint et ipsos servicios. Et in die quo erit festa Omnium Sanctorum² ista prima veniente sic faciamus vobis rendere iamdictum debitum quomodo superius resonat et vos rendatis nobis ista scriptura sine mora. Et si non potuerimus vobis abere persolutum prefatum debitum ad suprascriptum terminum, sted in antea similiter usque ad alium festum sancti Mikaelis. Quod si minime fecerimus et vobis non persolverimus, tunc abeatis potestatem predicta hec omnia que vobis impignoramus apreendere, tenere, vindere, comutare et omnia que volueritis facere ad vestrum plenissimum proprium. Si vero nos impignoratores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra has ista impignoratione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos componamus vobis prefata hec omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et

in antea ista impignoratione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc II nonas marcii, anno XXXV regni regis Philippy.

Signum+ Reimundi Guifredi, Signum+ Adalaidis femina, nos qui hanc impignoratione fecimus et firmamus atque testibus eam firmari rogavimus.

Signum+ Guillelmi Um[berti].³ Signum+ Arnalli d'Ullo. Signum+ Ermengaudi Raimundi* iudicis. + Bernard Jouan*.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris superpositis et rasis atque emendatis in linea II et VIII, die et anno quo supra.

1. vobis afegit a la interlínia. 2. Omnium Sanctorum escrit a sobre d'una raspadura. 3. Lectura dubtosa.

276

[1079], març, 29 o [1095], març, 30

Convinença. *Ramon V, comte de Pallars Jussà, i Miró Guerreta acorden que tindran, respectivament, en senyoria i en alou, el castell de Grau de Castelló i la vila de Saraís i els seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3252, 105 × 190 mm. Estat de conservació regular.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 42a.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 108, ex B.

Cit. KOSTO, *Making Agreements...*, p. 96.

Datem d'acord amb les següents consideracions: per tal que el darrer divendres de març s'escaigui en la setmana següent a la Pasqua, aquesta ha de caure entre el 22 de març (primer dia possible) i el 27. Aquesta circumstància es donà, en temps del comte Ramon V de Pallars Jussà, els anys 1049 (26 de març), 1060 (26 de març), 1068 (23 de març), 1079 (24 de març) i 1095 (25 de març). Miró Guerreta està documentat a partir de 1077, de manera que les dates més possibles del document són el 29 de març de [1079] o el 30 de març de [1095].

Hec est convenenca qui fui facta derero veneris de marcio¹ in ohtavas Pascha, inter Regimundo comite et Miro Gueretta de illo castro de Gato Chastellu² et suas termenes et illa villa Saraisi.³ Que abeat Miro Guerretta illo castro et illas villas cum suis terminis ad proprium alodem. Et abeat ibi Regimundo comes in ilo castro et ila villa intrare et exire et gueregare contra totus omnes vel feminas. Et abeat sequimentum de illos homines qui de ipso castro⁴ et de illa villa esserunt et sunt⁵ contra totus omnes ubi sua voluntas esserat. Et abeat Regimundos in illas villas Saraisi

per unumquique ano unu receptu [pre]nominatum, de unuquique omine singulos sextarios de ordio et singulos parellgos de fochazas et singulas pernas et singulas canatas de vino de illos qui vino aberent.⁶ Et hoc quo superscriptum est sic hoc teneat Miro Gueretta et sua posterita ad Regimundo comite et suos filios et sua posterita. Et non adtendat Miro Gueretta aput illa onore ad aliu patronum nec ad aliu omine nisi ad Regimundo comite et suos filios et sua posterita.

1. r *afegida a la interlínia.* 2. Grado Castelon B. 3. Sarasi B. 4. A *repeteix* castro. 5. erunt B. 6. habeant B.

277

1095, abril, 17

Judici. *Bertran, bisbe de Barcelona, porta a judici Berenguer de Montcada de qui vol esbrinar si era clergue quan el seu pare li comprà l'ardiaconat de Barcelona.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 33, 130 × 130 mm.
Bon estat de conservació. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior.

a SHIDELER, *Els Montcada*, p. 215.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 237. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 90.

Notum sit omnibus hominibus quia fuit placitum inter domnum Bertrandum, episcopum Barchinonensem, et Berengarium Montis Catani de corona quam predictus episcopus dicebat prenominatum Berengarium habuisse antequam pater predicti Berengarii emeret sibi Barchinonensem archidiaconatum, quem idem Berengarius racionabiliter postea perdidit. De qua re prenominatus Berengarius obtulit testes coram prefato episcopo, testificantes verissima racione predictum Berengarium non habuisse coronam nec fuisse canonicus¹ ante predicti archidiaconatus empcionem, quorum nomina hec sunt, videlicet Poncius sacrista et Guitardus Boetii, Guilabertus Seniofredi atque Poncius Geriberti. Deinde precepit prenominatus episcopus Barchinonensibus clericis ut iudicarent quod de causa Berengarii deberet post hec fieri. Qui quidem clerici, oferentes iudicium quod prenominatus Berengarius asserebat esse datum a domno Gualterio, vicario Romano ac Albanensi episcopo, laudaverunt idem iudicium debere esse ratum, datis probata racione testibus ab eo esse iudicatum² et quia in prefati iudicii scriptura continebantur abbates Rivipollentis scilicet atque Balneolensis in quorum audientia dicebatur esse datum. Iudicatum

est iterum eorum testimonium quoniam religiosi erant viri verbis tantum debere recipi atque credi. Quod si ipsi non possent huic adesse negotio aliorum liberorum hominum, debere testimonium admitti a predicto episcopo atque probata veritate sacramento si eidem placuerit credi.

Actum est hoc XV kalendas mai, anno XXXV regni Phylippi regis.

1. nec fuisse canonicus *afegit a la interlínia*. 2. iudicatum *escrit a sobre d'una raspadura*; tum *afegit a la interlínia*.

278

1095, abril, 23

Empenyorament. *Guillem Ramon de Castellvell i el seu germà Dorca empenyoren a Ricard Guillem i Arbert Berenguer els seus alous a Sant Joan Despí i Sant Just Desvern, per raó d'un deute de cent unces d'or rovals de València o tres-cents cinquanta sous de plata fina.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 34 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 984), 190 × 270 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 49.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 220 i 697. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 51, 52. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 94. — BONNASSIE, *Catalunya*, p. 272. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 102.

In nomine Domini. Ego Guillelmus Reimundi de Castrum Vetulo et frater eius Dorca impignoratores sumus tibi Ricardo Guillelmi et Arbertus Berengarii. Manifestum est enim quia debitores sumus vobis uncias centum auri Valencie de rovalles optimo recipiente sine engan aut solidos CCCL de bona plata fina. Propterea impignoramus vobis alaudibus nostris, scilicet terris et vineis cultis et eremis sapatim positis et domibus cum solis et superpositis et sacarios et cubos et tonnas. Est autem hec in comitatum Barchinone, in terminio et parrochias Sancti Iohannis de ipso Pino et Sancti Iusti de Vercio. Advenit nobis per ienitorum nostrorum sive per ullasque voces. Habet autem terminos et affrontationes, a parte orientis in ecclesiam Sancti Iusti de Vercio et in collo de ipsa Gavarra, a meridie in ecclesiam Sancte Marie de Corneliano, ab occiduo in alveo Lupricati, a circio in collo que vocant Fratres. Quantum infra istas IIII^{or} affrontationes habemus vel per qualicumque voces abere debemus, sic impignoramus vobis iamdicta hec omnia ab integre simul cum exiis et regressiis earum,

exceptus hoc quod Iohannis Sesmundi tenet in pignus per nos; atque de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem. Et inter tantum nos teneamus per vestrum beneficium et vos per vestrum pignus. Et in die quo erit festivitas sancte Marie mediante augusti ista prima veniente sic faciamus vobis rendere iamdictas uncias C aut solidos CCCL de plata fina, sine vestro engan, et vos rendatis nobis ista scriptura sine mora. Et si non potuerimus abere persolutum prefatum debitum ad suprascriptum terminum,¹ teneatis suprascripta omnia, nominatim ipsas terras et vineas cultas et eremas et domibus et cubos et tonnas, et habeatis totos nostros directos et servicios de ipsis fructibus sive frugibus quod inde exierint tantum usquequo nos prefatos debitores reddamus vobis et solvamus prefatum debitum sine vestro engan. Si vero nos impignoratores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista impignoratione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus vobis prefata hec omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista impignoratione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc VIII kalendas mai, anno XXXV regni regis Philippy.

Signum+ Guillelmi Raimundi, Signum+ Dorca, nos qui hanc impignoratione fecimus et firmamus atque testibus eam firmare rogavimus.

Signum+ Bernardi Oliva. Signum+ Berengarii Bremundi. Signum+ Bernardi Guifardi.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in linea XIII,² die et anno quo supra.

1. terminum escrit a sobre d'una raspadura. 2. XI al text. A la línia 13 apareix la paraula terminum escrita a sobre d'una raspadura.

1095, juliol, 28

Empenyorament. *Miró Ramon i la seva muller Sança empenyoren als esposos Ricard Guillem i Ermessenda un hort amb arbres i una peça de terra a Provençals, territori de Barcelona, per raó d'un deute de cinquanta-sis mancusos d'or rovals de València.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 38 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1107), 90 × 400 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 50 (amb data de 1096).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 103.

In nomine Domini. Ego Mironis Reimundi et uxori mea Sancia femina impignoratores sumus tibi Ricardus Guillelmi et uxori tue Ermesindis. Manifestum est enim quia debitores sumus vobis mancusos LVI auri Valencie de rovalles recipientes sine engan. Propterea impignoramus vobis alaudibus nostris, scilicet uno nostro horto cum arboribus qui infra sunt et palma et peciam una terre, que est hec omnia in territorio Barchinone, in termino de Provincialis. Advenit nobis per nostra comparatione sive per ullasque voces. Terminatur autem hec horto, a parte orientis in orto Bernardus Guillelmi, a meridie similiter, ab occiduo in terra canonicam Sancte Crucis, de circio similiter. Iterum affrontat prefatam peciam terre ab oriente in alodio Reimundus Geriberti et fratres suos, a meridie in terra Berengarii Gondeballi, ab occiduo in terra Gerbertus Primi¹ et in orto de casa Ellegarii, a circio in strata. Quantum iste affrontaciones includunt, sic impignoramus vobis iamdicto horto et peciam terre ab integre simul cum exiis earum atque de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem. In tali quoque modo et ordine ut vos teneatis et abeatis totos ipsos fructos sive frugibus quod exierint de predicto horto et terra isto primo anno et in die quo erit kalendas augusti, de istas ad alias venientes isto anno revolvente, sic faciamus vobis rendere iamdictum debitum quomodo superius resonat et vos rendatis nobis ista scriptura sine mora. Si autem non potuerimus vobis abere persolutum prefatum debitum ad suprascriptum terminum, simili modo teneatis ipso horto et terra et fructificetis tantum usquequo nos prefatos debitores reddamus vobis et solvamus prefatum debitum sine vestro engan. Quod si nos impignoratores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista impignoratione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus vobis prefata hec omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista impignoratione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc V kalendas augusti, anno XXXVI regni regis Philippy.

Signum+ Mironis Reimundi, Signum+ Sancia femina, nos qui hanc impignoratione fecimus et firmamus atque testibus eam firmari rogavimus.

Signum+ Reimundi Petri. Signum+ Mironis Amalrici. Signum+ Berengarii Reimundi.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris fuis in linea V, die et anno quo supra.

1. *Segueix a circio ratllat.*

280

1095, setembre, 13

Venda. *Ramon Hug i la seva muller Ermengarda venen a Arnau Sal·la una peça de terra a Todonyà, a Sant Hipòlit de Voltregà, pel preu de quatre sous en moneda de Vic.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, num. 36, 305 × 90 mm. Bon estat de conservació malgrat la tinta lleugerament esvanida i l'enfosquiment del pergamí.

Cit. Kosto, *Making agreements*, p. 224.

In Christi nomine. Ego Ramon Ugoni et uxor mea Ermen-gardis venditores sumus tibi Arnallus Sanlani. Per hanc scriptura vendicionis nostre vendimus tibi peciola I de terre cpmplantata arboribus ex multis genibus qui nobis advenit per genitorum nostrorum vel X sive per qualicumque voces. Est isto alodia in comitatu Ausone in apendicio castro Ultregani,¹ in parocia Sancti Ypoliti, in villa Todenani. Afrontaciones autem sunt a parte orientis in alodio Baluvini, de meridie in alodio Petrus Gocebert, de hocciduo in ipsa via, de circio in alodio Petrus Gocebert. Quantum predictae afrontaciones includunt vendimus tibi isto alodio iamdicto totum ab integrum, cum exiis et regresis earum, in propter p[r]ecium² solidos IIII monete Vici. Et est manifestum. Quem vero predicta homnia de nostro ius in tuo tradimus dominio et potestate ad tuum proprium francum adodium, et que hoc dirumpere voluerit in duplo componat. Et in antea firma permaneat omni tempore.

Actum est hoc idus september, anno XXXVI regni Filipi regis.

Sig+num Ramon Ugoni, Sig+num Ermengardis, nos qui ista vendicione fecimus firmamus et firmarique rogamus.

Sig+num Poncio Sendredi. Sig+num Bufat. Sig+num Petrus Gocebert.³

Sig+num Guilielmus dihoncus,⁴ que hoc scripsit sub (*senyal*) die et anno quod supra.

1. *I afegida a la interlínia.* 2. *Manca.* 3. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar.*
4. *En lloc de diachonus.*

1095, octubre, 22

Venda. *Adalbert, francès, i la seva muller Gerberga venen als esposos Adalbert Sunifred i Bonifós una peça de terra a Magòria, territori de Barcelona, pel preu de setanta mancosos d'or de València.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 37 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 876), 105 × 350 mm. Bon estat de conservació.

Cit. Kosto, *Making agreements*, p. 85.

In nomine Domini. Ego Adalbertus, francigena, et uxori mea Gerberga femina venditores sumus tibi Adalbertus Seniofredi et uxori tue Bonifoss femina, emptores. Per hanc scripturam istius nostre venditionis vendimus vobis peciam unam terre quod abemus in territorio Barchinone, in terminio de Mogoria. Advenit nobis per nostra comparatione sive per ullaque voces. Terminatur autem a parte orientis in vineis Ricardus Guilielmi, a meridie in strata, ab occiduo in vineis Sancti Mikaelis, a circio in vineis canonicam Sancte Crucis. Quantum iste affrontaciones includunt sic vendimus vobis iamdictam¹ peciam terre ab integre simul cum exiis vel regressiis earum, propter precium mancosos LXX auri Valencie de rovalles, quod vos emptores precium nobis dedistis et nos manibus nostris recepimus nihilque ex ipso precio aput vos emptores remansit sicut satis est manifestum. Predicta quoque peciam terre que vobis vendimus de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ab omni integritate ad omnia que volueritis facere ad vestrum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista carta venerimus² aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus vobis prefata hec omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta venditione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc XI kalendas novembris, anno XXXVI regni regis Philippy.

Signum+ Adalberti Francigena, Signum+ Gerberga femina, nos qui hanc vendicione fecimus et firmamus atque testibus eam firmari rogavimus.

Signum+ Amati sutoris. Signum+ Petroni Dominici. Signum+ Petro Ademari. Signum+ Reimundi Bernardi

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Segueix modiatam, expuntuat.* 2. *Sobre venerimus hi ha un mot afegit a la interlínia i ratllat.*

282

[1068-1095]

Capbreu. *Guillem Ramon I, comte de Cerdanya, fa inventari de la dominicatura de Monfalcó Murallat i d'altres béns situats entre la Manresana i les Oluges i de diversos drets que li pertanyen a la zona.*

- A [Original no localitzat.]
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 72.]
 C Trasllet de principi del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer II, carp. 24, núm. 68 (*olim* [...] arm. Cervera, sac A, núm. 80), 130 × 180 mm. Bon estat de conservació.
 D Còpia del segle XIV. ACA, Cancelleria, Reial Patrimoni, Liber instrumentorum de feudis, I, f. 29.
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 558.

Cit. BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 243.

Datem pels anys del regiment de Guillem Ramon I al comtat de Cerdanya.

Sit¹ notum omnibus hominibus qualiter est dominicatura quod ego Guillelmus Raimundi, comes Ceritanie, in Monte Falchone de Ulugia habeo, videlicet de plano de Barba usque ad Sanctum Michaellem dez Qual, ex alia partem usque ad torrentum de Comba Vella, ex alia parte usque ad viam publicam que vadit apud Cervariam et vineas comitales qui sunt deorsum Buinus et tenent usque ad ripam de rego. Et condeminam de Mollino qui tenet usque ad terminum de Sancta Fide et condeminas episcopales qui sunt in parte Sancti Sepulcri et totum alodium qui est de Monte Falchone, de condeminas usque ad Sanctum Sepulcrum, et condeminas qui sunt in plano de Manresana, inter Manresana et Ulugia, et medietatem de placitis et medietatem de exorchias et de lezas et sacerdotem de castro propter mittendum atque tradendum et milites aloders qui debent me sequere in exercitum atque in cavalcadas.

1. *C comença:* Hoc est translatum fideliter translatum.

283

[1068-1095]

Jurament de fidelitat. *Miró Riculf, fill d'Adelaida, jura fidelitat al comte Guillem Ramon I de Cerdanya i promet que li donarà la potestat dels castells de Salses, Espà, Gòsol i Quer Foradat.*

A ACA, Cancellaria, pergs. Ramon Berenguer II, carp. 24, núm. 80 (*olim* arm. 50 Manresa, sac P, núm. 280), 280 × 185 mm. Bon estat de conservació.

Cit. Kosto, *Making agreements*, p. 147.

Datem pels anys del regiment del comte de Cerdanya Guillem Ramon I.

De ista ora in antea ego Miro Riculfo, filius qui fui Adalaidis femina, fidelis ero ad Guilelmum comitem, senioremeum, filius qui est Adalane comitisse, sine fraude et ullo¹ malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan, per² directam fidem. Et de ista ora in antea ego Miro iamdicto non dezembré Guilelmum iamdictum de sua vita neque de suis membris que in corpus suum se tenent, neque de suos comitatos aud comitatu, neque de suos castros a[u]d³ castellos, rochas aad⁴ puios, condirectos vel eremos, terram et onorem, alodes vel fevos, quod Guilelmus prescriptus hodie habet et in antea adquisierit no li o tolré ne le'n tolré, ne le'n enganaré ne le'n dezebré, ne li o vedaré ne le'n vedaré, nec ego Miro prescripto nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et de ista ora in antea ego Miro iamdicto no devedaré ad Guilelmum iamdictum ipsum castrum que vocant Salices neque ipsum que vocant Spada, neque ipsum de Gosal neque ipsas fortitudines que ibi sunt aut in antea erunt, neque ipsum de Cher Foradad,⁵ neque ob forfactura neque sine forsfactura, et po[te]stadiu⁶ le'n faré per quantas vegades me'n recherrà per se ipsum aut per suos missos aut missum. Et si homo est aut homines, femina aut feminas, qui ad iamdictum Guilelmum tollat vel tollant, vetet vel vetent, hec omnia superscripta aut de hec omnia superscripta, ego Miro iamdictus de ipsa ora in antea finem nec societatem non auré ne tenré cum illo vel cum illas,⁷ cum illa vel cum illas, ad suum damnum, me sciente,⁸ donec recuperatum habeat hoc quod perdiderit de iamdicta omnia. Et adiutor li o seré a tener et a defendre⁹ et ad aver contra cunctos homines et feminas, sine engan. Et de ipso adiutorio no l'engannaré ne comonir no me vedaré. Senioremeum nec seniores no faré¹⁰ ne tenré, et si fait l'e, no-l tenré, exceptus quantum Guilelmus prescriptus mihi Mironi prescripto me'n absolvarà¹¹ suo gradiente animo, sine forcia. Suum consilium nec consilios no discubriré per ullum ingenium ad suum damnum me sciente, nec iustitia neque directum no li contendré ne li vedaré. Societatem non abebam cum suis inimicis aud inimico, inimici aud inimicas, ad suum damnum me sciente.¹²

Sicut superius scriptum est si o¹³ tenré et o atendré ego Miro iamdictus ad Guilelmum iamdictum sine suo engan, exceptus quan-

tum Guilelmus prescriptus mihi Miro prescripto me'n absolverà vel quantum absolverit suo gradiente animo sine forcia.

1. uullo *al text*. 2. per *corregeix* et. 3. *Manca*. 4. *En lloc d'aud*. 5. *Segueix un espai en blanc de 60 mm*. 6. *Manca*. 7. *En lloc d'illos*. 8. *ad suum damnme sciente afegit a la interlínia*. 9. *a defendre afegit a la interlínia*. 10. *f corregeix [a]*. 11. *Segueix sine, ratllat*. 12. *Segueix un espai de cinc línies, aproximadament, en blanc*. 13. *on al text*.

284

[1068-1095]

Jurament de fidelitat. *Hug Dalmau de Mataplana, fill d'Arsenda, jura fidelitat i servei al comte Guillem Ramon I de Cerdanya, fill de la comtessa Adelaida, pels castells de Cadercino i Ellesindi, que té per ell en feu i pels quals es compromet a donar-li la potestat sempre que ho demani i, també, a renovar el jurament i homenatge amb el seu successor.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 24, núm. 75 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac C, núm. 361), 140 × 355 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'inici del regiment del comte Guillem Ramon I de Cerdanya i la mort d'Hug Dalmau de Mataplana.

De ista ora in antea ego Ugo Dalmatius, filius qui sum Arsenidis femina, fidelis ero ad te Guilelmum comitem, senioremeum, filius qui es Adalane comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea ego predictus Ugo no dezebré te predictum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent neque de tuo[s] comitatos vel comitatu neque de tuos castros aut castellos, rochas vel puio[s], directos vel eremos, terram et onorem, alodes vel fevos, quod tu predictus comes hodie habes vel habere debes et in antea adquisieris. Et ego Ugo¹ predicto ipsos castros quod teneo de te Guilelmo predicto, id sunt, castrum Cadercino et castrum Ellesindi, no·ls te vedaré ne·l te vedaré ne devedar no·l te faré ne·ls te faré, neque ab forsfactura neque sine forsfactura. Et potestatem te'n daré sine tuo engan, ad te et ad omnes homines vel hominem qui tecum ibi venerint dum tecum ibi fuerint, per quantes vegades los me recherràs o·l me recherràs, per te ipsum aut per tuos missos aut missum, neque ad te predicte comes los vedaré ni·l vedaré, neque ad illum vel ad illos cui vel quibus liurar·los me mannaràs o·l me mannaràs per te ipsum vel per tuos missos aut missum. Et de ista hora in antea

ego Ugo predictus predicta omnia aut de predictis omnibus no-t tolré ad te predictum comitem ni te'n tolré, ni te'n engannaré ni te'n dezebré, ne t'o vedaré ne te'n vedaré, nec ego Ugo predictus nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et adiutor t'o seré a tener et ad aver contra cunctos homines vel feminas sine tuo engan. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré per quantes vegades me'n recherràs o me'n chomonràs per te ipsum aut per tuos missos aut missum. Et si homo est aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent, ista omnia prescripta aut de ista omnia suprascripta, ego Ugo predictus de illa ora in antea finem nec societatem ne auré ne tenré cum illo vel cum illis, cum illa vel cum illas, donec tu² predictus comes recuperatum habeas, sine tuo³ engan, hoc totum quod perdidit de iamdicta omnia. Societatem non habebō nec tenebo cum tuis inimicis aut inimico, inimica vel inimicas, infidelibus vel infidele, ad tuum dampnum, me sciente. Tuum consilium aut consilios no descubriré per nullum ingenium ad tuum dampnum me sciente.⁴ Iusticiam ne dred no-t contendré ne-t per ullum ingenium⁵ vedaré. Senioresem neque seniores no faré ne tenré, ni afidaré⁶ sine tuo consilio vel solvimento. Et si fait l'e, no-l tenré sine tuo solvimento.⁷ Et si tu Guilelmus iamdictus mortuus fueris et ego vivus fuero, similiter o tenré et o atendré ad filium vel filiam quod habueris⁸ vel ad ipsum cui tu Guilelmus predictus dubitaveris predictum honorem quod habeat post mortem tuam de hominatico et de sacramento et de pignora sicut scriptum est de te Guilelmo. Et hoc faciam infra primos LX^a dies quod tu obieris et ego sciero. Et de ista hora in antea ego prefatus Ugo no-t vedaré ne-t contendré, nec consentiens ad hoc non seré, neque ad ullum viventem non o assentiré, ut tibi predicto comite vetent neque vetare possent ullam vel⁹ ullas de ipsas rochas vel podios, fortes vel ullas fortedas, qui in meo honore sint vel infra terminos mei honoris sive in eiusdem terminos, neque rem infra terminos mei honoris in ullo loco condergere nec ullus per me nec per meum assensum qui ad fortedam pertingat sine tuo solvimento vel ad tuum servicium, sine tuo engan.

Et propter hoc quod superius scriptum est mitto in pignora ego predicto¹⁰ Ugo omnem fevum vel alaudem quod habeo vel habere debeo in terram predicti comitis ad Guilelmum iamdictum ut ei hoc totum teneam et adtendam sicut superius scriptum est, sine engan. Quod si non fecero et ita non ei adtendero sine en-

gan, sicut superius scriptum est incurrat ista pignora prescripta in potestate Guilelmi prescripti ad deliberum, ad faciendum quodcumque voluerit. Nam si ei forasfecero et emendare voluero infra XXX^a dies post michi comonitum habuerit per se ipsum aut per suos missos aut missum, ipsa emenda recipiat, si ei placet, aut perdonet. Si autem emendare¹¹ noluerit et non emendavero ipsam forfacturam vel forsfacturas infra XXX dies post mihi comonitum habuerit, incurrat prescripta pignora in potestate Guilelmi prescripti ad deliberum, sicut iam dictum est.

Sicut superius scriptum est si o tenré et o atendré ego Ugo iamdicto ad te Guilelmo predicto sine engan, exceptus quantum tu Guilelmus iamdictus michi Ugo predicto me'n absolveras tuo gradiente animo, sine fortia.

1. *Segueix Dalmatio, ratllat.* 2. *tu afegit a la interlínia.* 3. *tou afegit a la interlínia.* 4. *Segueix [De], raspat.* 5. *ullum ingenium afegit a la interlínia.* 6. *ni afidaré afegit a la interlínia.* 7. *si fait l'e, no-l tenré sine tuo solvemento afegit a la interlínia.* 8. *Segueix de lo[...], raspat.* 9. *vel repetit.* 10. *predicto afegit a la interlínia.* 11. *emendare afegit a la interlínia, per sota de la línia.*

285

[1068-1095]

Jurament de fidelitat. *Berenguer, fill d'Orfeta, jura fidelitat a Guillem Ramon I, comte de Cerdanya, fill d'Adelaida, en especial pel castell de Peguera.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3152 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1086), 166 × 75 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 71.]

Reg. MIOUËL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 563 [regist del segle XIV].

Datem el document pels anys del regiment del comte Guillem Ramon I de Cerdanya.

Iuro ego Berenguer, qui fuit filius de Orfetta femina, a te Willelmo Reimundo comite, qui fuit filius de Adala comitissa, quod de ista ora in antea tuus fidelis ero de tua vita et de tuum corpus et de membra qui in tuum corpus se tenent. Et de castro que vocant Peguera et de ipsa rocha, poderosum¹ te fecero cu-antisque vicibus tu mihi requesieris vel ad tuum missum qui per te mihi requisierit qui tuum proprium sit; et fidem rectam tibi post[est]abo² per directam fidem, sine nulla fr[au]de et] sine nulla deceptione et sine nullo malo ingenio. Et post[est]abo tibi fidem

rectam tam bene cum forfeitura cum sine forfeitura. Et sicut superius scriptum est, sic tibi tenebo et adtendero et fidem tibi post[est]abo sicut melius tu requirere potueris, ad tuum bene, sine ulla fraude et sine ulla deceptione et sine ulla malo ingenio.³ Et supradictam fidem et sacramentum sicut a te tenuero, ita tenebo ad filium tuum et aud alicumque homo dederis vel dubitaveris Bergitano et supra ista nominata honore.

Et sicut superius scriptum est, sic tibi tenebo et adtendero per directam fidem et sine nulla fraude et deceptione et sine nullo malo ingenio. Per Deum et sanctis suis.

1. um *corregeix* a. 2. *Manca. Es repeteix dues vegades més al text.* 3. *Segueix per Deum et sanctis suis, raïllat.*

286

[1081-1095]

Jurament de fidelitat. *Ramon Guillem d'Aniort, fill de Nèvia, jura fidelitat a Guillem Ramon I, comte de Cerdanya, en especial pels castells del Sabartès.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3147 (*olim* arm. 7 Concòrdies reials, sac Sant Agustí, núm. 112), 248 × 120 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 111.]

C Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 24a-b.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 626, *ex C.*

Cit. BLASI, *Els oblidats*, p. 214.

Datem per l'any del casament del comte Guillem Ramon I de Cerdanya amb Sança, mare de Constança, i pel de la mort d'aquest.

Iuro ego Remundus Guillelmi de Anioſt, qui¹ sum filius Nevie femine, quod ab hac hora et deinceps fidelis ero ad te Guillelmum comitem, senioremeum, filius qui es Adale comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et ab hac hora et deinceps ego prefatus Remundus no dezebré te prefatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent, n[eque] de tuos kastros aut kastellos, rochas vel puios, condirectos vel heremos,² terra et honore, alodes vel fevos, comitatus vel comitatu, quod hodie habes et habere debes et in antea cum meo consilio³ adquesieris. No t-o tolré ni te'n tolré, ni t-o vedaré ni te'n vedaré, ni t-o contendré ni te'n contendré, ni te n'engannaré, ni te'n dezebré, nec ego predictus Remundus nec homo nec homines, femina nec femine, per meum

consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Remundus de illa hora et deinceps adiutor te seré predicta omnia a tener et ad⁴ aver et a defendre et a guerregar tecum et sine te potentia-liter dum vivus ero contra omnes homines vel feminas, sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuo missos vel missum. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré per ullum ingenium per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et nominatim tibi iuro quia dum vivus ero uxorem aliam non habebō nec tenebo nisi filiam tuam Constantiam, quam modo habeo uxorem, et illam unquam ullo consilio vel dicto neque ullo modo non relinquam nec ab illa non me separabo, sed karius eam uxorem tenebo et habebō semper dum vivi erimus ambo. Ergo iuro tibi ego prefatus Remundus quod si kastellum vel castellos facimus vel facis in terra de Suberge, ego eos per te tenebo et habebō et guerregabo tecum et sine te ipsam terram de Superge. Et de omnibus dominacionibus et tenedonibus quas ibi habere debes ullo modo, tuus fidelis ero et tibi retinere et habere omnia adiuvabo. Sicut superius dictum est et melius dici et cogitari potest ad tuum bonum et filie tue, si t-o tenré e t-o atendré ego prefatus Remundus ad te prefatum comitem totum, sine tuo engan, exceptus quantum vel de quanto tu me'n absolvràs tuo gradiente animo, sine ulla forcia. Per Deum et hec sancta.

1. *Segueix fui, ratllat.* 2. *vel heremos afegit a la interlínia.* 3. *cum meo consilio afegit a la interlínia.* 4. *ad omet C.*

287

[c. 1081-1095]

Jurament de fidelitat. *Bertran, fill d'Ermengarda, jura fidelitat al comte Guillem Ramon I de Cerdanya, a la seva esposa, la comtessa Sança, i al seu fill hereu pel castell de Conat i la roca de Salimans.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer II, carp. 24, núm. 79 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 374), 130 × 160 mm. Pergamí en bon estat de conservació.

Datem per l'any del casament de Guillem Ramon I de Cerdanya i Sança de Barcelona i pel de la mort d'aquest.

Iuro ego Bertrandus, filius qui fui Ermengardis femine, quia fidelis ero ad te Gilielmum comitem, senioremeum, filius qui

es Adale comitisse,¹ et ad uxorem tuam Sanciam, filia que fuit Almodis comitisse, et ad filium tuum qui comes fuerit Cerdanie sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea no dezebré te prefatum comite et comitissam et filium de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent, neque de tuos comitatos vel comitatu, neque de tuos kastros aut kastellos, rochas vel puios, condirectos vel heremos, terram et honorem,² alodes vel fevos, quos tu prefate comes et comitissa et fili[us]³ hodie habes vel habere debes et habueris et in antea adquisieris no t'o tolré ni te'n tolré, ni t'o vedaré ni te'n vedaré, ni te'n engannaré ni te'n dezebré, ni t'o contendré ni te'n contendré, nec ego prefatus Bertrandus nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent, predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego prefatus Bertrandus finem nec societatem non auré ne tenré cum illo vel cum illis, cum illa vel cum illas, donec tu prefate comes et comitissa recuperatum habeas hoc totum quod perdideris de iamdictis omnibus sine tuo engan. Et adiutor te seré predicta omnia a tener et ad aver et a defendre contra omnes homines vel feminas sine tuo engan quantis vicibus mihi hoc iusseris et tibi opus fuerit. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré per ullum ingenium per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Iusticiam neque directum no-t contendré de me ipso neque de ullis viventibus ullo ingenio. Tuum inimicum vel inimicos, inimicas vel inimica, no-t mantendré n'en a dret neque contra te⁴ a tort. Tuum consilium aut consilium aut consilia no descubriré ad ullum tuum dampnum me sciente. Cum Gauzfredo et Bernardo Malet et cum ullo eorum fratribus,⁵ qui sunt fratres, placitum nec qui placitum similiter non faciam de ipso honore de Connad si tu prius non me de hoc solveris et quantum de hoc mihi laudabis et iusseris. Et si pactum cum eis habui, nihil eis proderit sine te. Similiter tibi predictis iuro quod non vobis vetabo ipsam rocham de Sexman, nec ego Bertrandus nec ullus per me vel meo assensu, neque ab forsfactura neque sine forsfactura, per quantes vegades la-m recherràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. De ista hora in antea guerram non tibi faciam ullam nec tuo honori⁶ nec ullo venti qui tibi eam faciat adiutor contra te non ero.⁷

Sicut superius scriptum est ego Bertrandus predictus si o tendré et o atendré sine [tuo vel eorum] engan ad te prefatum comitem et comitissam et filium predictum totum, exceptus quantum vel de quanto tamen absolvràs aut illi predicti post te tuo gradiente vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia.

1. Segueix sine s, ratllat. 2. La segona o afegida a la interlínia. 3. Manca. 4. contra te afegit a la interlínia. 5. et cum ullo eorum fratribus afegit a la interlínia. 6. nec tuo honori afegit a la interlínia. 7. Segueix un espai de tres línies, aproximadament, en blanc.

288

[1092-1095]

Jurament de fidelitat. *Pere Bernat jura fidelitat a Folc II, bisbe d'Urgell i vescomte de Cardona, en especial pel castell de Cardona.*

A [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 232.]

C Còpia del segon quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 8b.

D Còpia del segle [XIV]. ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3282 (olim arm. 10 Manresa, sac A, núm. 396), 190 × 98 mm. Bon estat de conservació.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 220.

Datem el document pels anys de coincidència de Folc II com a bisbe i de Guillem Ramon I com a comte de Cerdanya. Transcrivim l'exemplar D.

Iuro ego Petrus Bernardi, filius qui fui de Exulina¹ femina, per Fulchonem episcopum, senioem meum, [ad te Guillelmum comitem, senioem meum],² filium Adaleis³ comitisse, quod ab ac ora et deinceps fidelis ero tibi de tua vita et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent; quod non tollam tibi nec tollere faciam ipsum castrum de Cardona nec fortedas qui ibi modo sunt vel in antea erunt; et dabo tibi potestatem de eo quotiens eam mihi demandaveris per fidem, sine engan. Per Deum et hec sancta.

1. Eizulina C. 2. Manca. Aquest fragment apareix al text C. L'hem inclòs aquí perquè és necessari per a la comprensió del document, atès que Guillem era fill d'Adelaida, mentre que Folc ho era d'Ermessenda. 3. Adale C.

289

[1089, juny, 14 – 1096, juliol, 1]

Donació. *Berenguer Ramon II, comte de Barcelona, dóna en alou a Guerau Alemany el castell de Vilademàger en recompensa pels serveis prestats.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Berenguer Ramon II, carp. 26, núm. 84, 244 × 382 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de la part inferior dreta del pergami, de dos forats a la part central esquerra, de diverses taques d'humitat i de l'enfosquiment del pergami.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 165. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 85.

Datem el document per la data del retorn del castell de Font-rubí a Bernat Guillem de Montcada i per les darreres calendes de juliol del regiment de Berenguer Ramon II.

Auctoritate legali decretum est ut res donatę, si in presenti traditę fuerint, nullo modo repetantur a donatore. Et donationes regię potestatis que in quibuscumque personis conferuntur sive collate sunt, in eorum iure perhenniter consistent, ita ut huiusmodi regalis munificencia collatio tributa, in nomine eius qui hoc promeruit transfusa permaneat. Quapropter ego, Berengarius, gratia Dei Barchinonensis comes et marchio donator sum tibi Geraldo Alamandi. Per hanc scripturam istius donationis meę dono tibi libenti animo et prompta voluntate castrum de Villa de Mager cum suis terminis et pertinentiis et cunctis eius aliis adiacenciis et cum omnibus suis munificenciis et omnibus rebus intra et extra se habentibus, ad predictum castrum quolibet modo pertinentibus. Est autem prefatum castrum in comitatu Barchinonensi, in Marchia. Habet autem terminos, ab orientali parte in terminis castri Midionę, a meridie in termino castri Fontis Rubei, a circio in terminio de Miralies, ab occiduo in finibus Montis Acuti et de Pontils.² Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini, propialiter dono tibi ad tuum proprium alodium habendum et possidendum absque ulla contrarietate, cum omnibus opidis et fortitudinibus eiusdem castri, propter ipsum servicium quod mihi retro fecisti et propter dapna que recepisti pro honoribus quos tibi comendavi, scilicet pro Ceralt et pro castro Fontis Rubei. Hec vero predicta omnia que tibi dono de meo³ [iure]⁴ in tuum trado dominium et potestatem, ad tuum proprium alodium absque ulla diminucione faciendi quod tibi placuerit. Quod si ego donator aut aliquis homo sexus utriusque contra hanc sc[ripturam]⁵ largicionis venero aut venerit ad irrumpendum, nil prosit mihi aut illi, set componam aut componat tibi prescripta omnia in triplo cum omni illorum melioracione. Et insuper maneat [firmum omni tempore].⁶

Quod est act[um... ka]llendas⁷ iulii, [an]n[o...]II⁸ regis Phylipi.

Berengarii* comes, qui hanc donationem feci et firmavi [firmarique rogavi].⁹

Bernardus Bere[ngarii].*

Signum+ Poncii Geraldi. Signum+ Arnalli Mironis. Signum+ Raimundi Renardi.¹⁰ Signum+ Petri Sicardi. Signum+ Petri Mironis. S[ignum+ ...].¹¹ Signum+ Geralli Gondeballi. Signum+ Guilelmi Raimundi Mironis. Signum+ Mironis, fratris eius. Signum+ Berengarii Guitardi. Signum+ Petri Rai[mundi]. Signum+ Berengarii Ecardi. Petrus Reimundi* (*senyal*).

Sig+num Mironis* iudicis.

Signum+ Ollegarii, diachoni, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis, die et anno quo supra.

1. donatæ, si in presenti *repetit sobre la línia i escrit amb lletra del segle xviii, segurament per la dificultat de lectura de l'original a causa de la taca d'humitat*. 2. Montis Acuti et de Pontils *repetit sobre la línia i escrit amb lletra del segle xviii, segurament per la dificultat de lectura de l'original a causa de l'enfosquiment del pergami*. 3. meo *repetit sobre la línia i escrit amb lletra del segle xviii, segurament per la dificultat de lectura de l'original a causa de l'enfosquiment del pergami i de l'estrip del marge dret*. 4. [iure] *il·legible a causa de l'estrip del marge dret*. 5. Espai d'aproximadament vuit lletres, *il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergami; una mà del segle xviii ho va repetir sobre la línia*. 6. Espai d'aproximadament dotze lletres, *il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergami. Malgrat l'estrip del marge dret s'observa l'inici de la paraula firmum repetida sobre la línia per una mà del segle xviii*. 7. Espai de set lletres, *aproximadament, il·legible a causa d'un forat*. 8. Espai de nou lletres, *aproximadament, il·legible a causa d'un forat*. 9. [firmarique rogavi] *il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergami; sobre la línia, una altra mà del segle xviii va escriure firmare rogavi*. 10. *En aquestes tres primeres subscripcions hi manquen els punts als costats de la creu*. 11. *Il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergami*.

290

1096, juliol, 19

Convinença. *Els esposos Ricard Guillem i Ermessenda confirmen a Oleguer Pere el feu que tenia per ells a Gurb, i li afegeixen la terra de Cerdanyola del Vallès, també en feu, amb la condició que sigui home soliu seu i que resideixi a Canaletes.*

A ACA. Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 47 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel, reina de Portugal, núm. 755), 115 × 230 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a CONDE, *L'archivio*, doc. 52 (amb data de 1097).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 104.

Notum sit cunctis qualiter ego Ricardus Guilielmi et Ermesindis uxor mea damus tibi Udalgario Petri ipsum fevum quod retro solebas tenere in Gurbo et hodie tenes per nos. Et addimus tibi atque damus ipsam terram Cerdanniole per fevum, ut tu sis taliter nostrum sicuti homo debet esse sui melioris senioris cui

manibus se comendat solide atque delibere, sicuti nos melius poterimus dicere ad nostrum servitium. Et ideo ut venias stare in Cananillas nominatim, in Vallense, causa mandacionis nostri servicii secundum nostram voluntatem et ut facias nullum seniore[m] atque senioraticum nisi nostra iussione de ista hora in antea. Namque ego Udalgarius Petri predictus hoc quod superius est insertum ita laudo atque dico et convenio et atendam et faciam sine ulla diminutione sicuti melius potuero meis prelibatis senioribus, annuente Deo, per fidem rectam, sine ullo enganno.

Actum est hoc XIII kalendas augusti, anno XXXVII regnante rege Philippo.

Signum+ Ricardi Guilielmi, Signum+ Ermesindis, nos qui hoc donum fevi manibus nostris punctatim firmamus et subterius corroborati firmari rogamus.

Signum+ Petro Amalrici. Signum+ Reimundi Mager.

Signum+ Udalgarii Petri, qui hoc quod superius est comprehensum firmo atque laudo manibus mei[s]¹ punctatim et subterius corroborati firmari rogo.

Signum+ Petri Enrici. Signum+ Reimundi Ermengaudi. Signum+ Reimundi Mironis de Palacii. Signum+ Petro Arnalli. Si+gnum Guillelmus Berenguer*. Signum+ Bernardi Ollegarii*. Signum+ Ermengaudi Raimundi* iudicis.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Manca.*

291

1096, agost, 31

Testament. *Els testimonis del testament de Dispòsia, senyora del castell de Múnter, juren damunt l'altar de Santa Anastàsia de la catedral de Girona, les darreres voluntats d'aquesta, per les quals distribuí els seus béns entre diferents institucions religioses, els seus fills, parents i amics.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 25 de juliol de 1121. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 39, 340 × 670 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 184, 196, 219, 604, 631, 642, 662, 714. — MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, pp. 366-367. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 25. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, pp. 384, 389.

Hec sunt condiciones sacramentorum facte ordinate Bernardo Guifredi, iudice, coram sacerdotibus Petro Raimundi et Martino [...]ciii¹ Guilielmi et Berengarii Raimundi et aliorum hominum. Testificati sunt testes his nominibus: Arnallus Bernardi et Guilbertus Gaucfredi. Nos prelibati testes, unum date testimonium, iurantes in Deum et super altare Sancte Anastasie, quod situm est in ecclesia Sancte Marie sedis Gerunde, quia nos vidimus et audivimus et presentes ibi eramus quando quedam Disposia, iacens in domo sua, que est iuxta castrum Corneliano, detenta ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela, ordinavit suam extremam voluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui elemosinarii ac manumissores hii sunt: Guadallus Guadaldi et Berengarius, fratres, et filius suus et Benedictus abbas et Raimundus Guisadi archilevita et Bernardus Guilielmi et Berengarius Seniofredi de Camons, quibus iniunxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti sicut hic scriptum est. In primis dimisit corpus suum ad Sanctum Stephanum, protomartirem Christi, et cenobio Balneolas et in cimiterio eiusdem loci precepit collocari si potuit fieri. Si vero non posset fieri, ubicunque quieviset in ipsius sancti loci nomine quiescere cupivit. Dimisit etiam iamdicti Sancti Stephani ipsum suum alodium quod habebat in Monte Signo et possidebat et homines per eam in Cirised, toto ab integre, cum pertinenciis et affrontationibus suis, propter remedium anime sue. Item dimisit ad Sancte Marie sedis Gerunde ipsum suum alodium quod habebat in parrochia Sancti Petri de Iuiano ad ipsa canonica. Ad Sancti Petri Gallicantum dimisit ipsam hereditatem terciam partem de ipsum suum alodium quod habebat in Armentaria de Sancto Gregorio ut teneat eum Guadallus, filius suus, dum vivit, et post obitum suum fiat proprium Sancti Petri. Ad Sancta Maria que dicitur de Stagno dimisit ipsum suum alodium de Terracola ipsam terciam partem, et possideat eum Guadallus, filius suus, dum vivit, et post obitum suum fiat proprium Sancte Marie predicte. Et ipsum suum alodium quod habebat de Villatorta et ipsum de Planedes et ipsum Sancti Petri Castaniedel et ubi virus suus Guadallus et ipsa emerunt de Umberto, episcopus Barchinone, et Girbertus, frater suus, de Gelida, dimisit Sancti Petri sedis de Vico ad ipsam canonicam, et ipsum alodium abstulit a Ermengaudus Arnalli et Garsendis uxor et habent suas scripturas quod ipsa eis querelavit et querelabat per toltam. Et dimisit ipsum alodium quod habebat ad ipsas

Ollas, in parroecchia Sancti Andree de Tonna, qui ei adveniebat per vocem maternam et per sua compra ubique in ipso loco ad Sancti Stephani de Montar, sub tali conventu quod si filius suus mitterent presbiterum in ecclesia predicta, ipsum presbiter habeat et teneat predictum alodium ad servicium Dei et Sancti Stephani. Et si presbiter ille non movetur stare et missa pro anima sua cum ebdomadis unam Deo reddere, predictum alodium et suo esplet mittant predicti filii sui ad lumen et restaurationem eiusdem ecclesie fideliter. Ad Sancta Maria de Pudolos dimisit I quarteradam de suo alodio prope ipsa ecclesiam, optimo loco, de ipsa medietate de Petri Bernardi, ipsa fexa quod Petrus Ademar laborabat. Et dimisit ad Sancti Petri de Corneiano de suo alodio campum Redonel qui fui de Petrus Bernardi, sub tali conventu quod Guilielmus Bernardi, filium suum, teneat eum dum vivit et donet inde Sancti Petri unam libram cere cunctis festivitibus, et post obitum eius fiat predictum campum proprium Sancti Petri iamdictum. Et dimisit ad Bernardum Guilielmi de Puials, suo elemosinario, ipsum ferragenal quod tenebat per eam ad suum proprium alodium et ipsam terram quem Guilielmus Iohannis solebat laborare per eam, de ipsa carrera que vadit ad ecclesiam Sancte Eulalie et alia via que pergitur ad ipsam fontem et usque ad ortum, que pica nullum erit tonori,² tota ab integre ad suum proprium, sub tali convenientia quod si filiis suis Guillelmus Bernardi aut Berengarius volebant sibi demandare predictum alodium per ullius voces, emendam sibi fecissent in duplo, in tali loco quod obtime predictus Bernardus paccatus inde fuisset. Item dimisit ad filium suum Guillelmum Bernardi medietatem de suo alodio quod ipsa habebat et tenebat, ipsum qui fuit de Petrus Bernardi de Corneliano, qui ei adveniebat per donum quod Guillelmus Bernardi dedit ei per scripturam quod Bernardus iudex ditavit et robo-ravit, de alodiis qui sunt in territorio Bisullunensi et in Pudolos, cum omnibus suis affrontationibus, sicut predicta scriptura resonat, scilicet in comitatu Gerundensi et in parroechiarum de Puials et de Surds, cum omnibus pertinenciis suis sive laboratum sive cultum et eremum, et aquis et molendinis et arboribus et boscos diversi generis et omnibus suis pertinitionibus, exceptus ipsum quod superius dimisit in presenti testamento, fiat suum proprium. Item dimisit ad Guadallum, filium suum, ipsum kastrum de Montar, quod habeat in comitatu Ausone, ad suum proprium, simul et ipsos alodios quod ipsi et Guadallus, virum suum, emerunt de Poncius de Barchinona, et sicut in scriptura ipsa resonat unde

predictus Poncius de suo iure in illorum tradidit potestatem cum pertinentiis quod ad predictos alodios pertinet, exceptis ipsa comba quod Berengarius Guitardi laborabat extra ecclesiam Sancti Stephani, et ipsum alodium quod ipsa emit de Guilielmo Raimundi ad ipsa Rocha, qui fuit de Ramon Goltre, sub tali conventu quod si Guadallus predictus obierit, similiter dimisit ipsum castrum et alodios ad Guilaberto, quod vocant Pages, si vivus fuerit, aut si non esset vivum, alio suo germano a cui Guadallus predictus dimittat. Et dimisit ad Guilla, uxor Guadalli, ipsum mansum ad ipso vilar ubi habitat Guilielmus Ermengaud, cum suis pertinenciis et affrontationibus, et ipsa comba extra ecclesiam Sancti Stephani et ipsum campum qui fuit de Od G[e]nter³ et alio campo qui est iuxta casam de Petrus Arnalli, quod ipsa emit de Savanes de Terrers, ad suum proprium alodium. Item dimisit ad Berengario, filio suo, quatuor mansis in parrochia Sancti Stephani de suo alodio, unus mansum ubi Guillelmus Genter habitat et alius qui fuit de Oliba Bernardi et alium de Guillelmus Seniofredi de Bagues et alium ad ipsa Romegera qui fuit de Gaucfre Guillelmi; hos mansi cum suis pertinenciis et affrontationibus fiant suum proprium alodiis. Alios alodios que habebat ad ipsa Montada et in Terers et ipsum qui fuit de Ponc del Portel et ipsum qui fuit de Inel et filio suo et⁴ Ponc, et quod habebat in cunctis locis quod superius scriptum est, ubi ullam compram⁵ fecit que eis tenebat,⁶ dimisit inter Guadallum et Berengarius, filius suus, ad eorum proprio, solide et libere. Ad Sicards, filia sua, dimisit in Clerano de suo alodio ipsa sua hereditate qui ei adveniebat de paternam et maternam dimissionem ad suum proprium alodium. Et dimisit eam similiter ipsam hereditatem in Perduds, sub tali conventu quod predicta hereditatem in Perduds teneat dum vivat predicta Sicards, et post eius obitum revertatur predicta hereditate de Perduds ad Sancti Michaelis de Crudilias, et sub tali conventu quod Guadallus, filius suus, habeat ipsam hereditatem quod Gaucfredus, frater suus, dimisit ei dum vixerit, et post eius obitum predictum alodium de Perduds solide et libere revertatur ad Sancti Michaelis ad suum proprium. Et si Guadallus aut Berengarius, frater et filiis suis, et Guillelmus Bernardo volebant contrarietatem facere de ipsas hereditates de ipsis alodiis quod dimisit predictae Sicards, filia sua, in illis alodiis quos ipsis filiis suis dimisit, prehendisset et habuisset suam hereditatem sive Guillelmo equaliter in cunctis locis. Et dimisit pro anima sua ipsa sua mula et rogavit ut ipsi sui elemosinarii vendidissent eam ut melius potuissent et

dividissent ipsum precium sicut ipsa iniunxit et dilexit pro anima sua. Ad Sancta Maria Rivipullenti I libram platee et mapes meliores. Ad Sancti Stephani de Baloles alia libra et alia mapes ad caritatem monachus inibi manentibus ut orent pro anima sua. Ad Sancti Danielis alia propter remedium anime sue. Et qui remanet de ipsum precium dimisit due uncias ad Sancti Petri de Rodes. Ad Sancti Petri de Corinnano alias duas uncias ex auro Valentie. Ad Sancti Petri de Rodes alia uncia quod sibi debebat per Guillelmum Bernardi. Ad dompnus episcopo Bernardo Gerunde dimisit ipsum suum pulinum ut cantet missam pro anima sua si Deus voluntatem et mercedem suam placet. Ad Sancta Eulalia⁷ de Puials VII solidos. Ad alia Sancta Eulalia V quod ipsa eas debebat per Petrus Bernardi. Et dimisit ad iamdicta Sancta Eulalia VII solidos et alia Sancta Eulalia IIII solidos denariorum Bisuldini. Ad Sancti Stephani de Surds IIII solidos. Ad Sancti Petri Gallicantu II uncias in rem valente. Ad Sancti Stephani de Montar alias II. Ad Petrus Suniarri, presbiter, dimisit parilio II de suos bobus meliores cum suo aper. Et unam equam falvam ad Guillelmus Bernardi, filio suo. Et una pulina que abuit ipsam equam dimisit eam ad Bernardum Guillelmi. Ad Berengarius Seniofredi ipsam equam ferrannam et ipsa pulina qui est filia sua de ipsa equa. Ad Berengarium filio suo dimisit ipsa equa falva. Ad Guadallum ipsa equam que abebat per eam. Et ipsam tinam et tonnam que abebat in Iuliano dimisit ad Sante Marie de Villa Bertrandi. Et dimisit ad Guadallum filium suum ipsa sua vexela que abebat in Montar, tota ab integre, et donasset ad Raimundi archilevita X solidos de diners et misisset eos in dispensa clericorum antequam sepultura fuisset facta⁸ de ea, ad⁹ si non ad ipsa confratria. Alio suo mobile de pane et vino, boves et porchos et omnia sua vascula maiore vel minore que abebat a die qua obiit misit in Deo baiulia et de suos elemosinarios, et rogavit eos per Deum modo et mercedem eorum ut duabus dies tenuissent eam et non sepelissent eam neque sepelire dimisissent usque ad tercium diem, et ipsi presbiteri sive monachi et clerici predictis tribus diebus mansissent super eam et reddidissent missas et oraciones et officiis pro anima sua et pro omnibus fidelibus defunctis. Et que remansit super hac dispensa ipsi sui elemosinarii dividissent inter ipsis presbiteris quod ibi fuerint, et cui ipsi sui elemosinarii ad servitium Dei et pro remissione anime sue reddere voluerint. Et precavit uniuscuique dimisit suo alodio et reddidissent XXX missas pro anima sua. Item dimisit ad Sancto Stephani cenobii

unum modium de furment et medium ordeï. Et ad Sancti Stephani et ad ipsa sacrista in potestate Bonus Homo dimisit quarta I de forment et de ordeï ad luminaria eiusdem loco. Et ipsum suum mulum dimisit per suos debitos et mandavit de ipsum precium de predicto mul reddidissent sui elemosinarii XXXIII¹⁰ solidos de plata ad Dalmacium Gaucberti. Et ad Iohanni Raulf XIII solidos de diners de Bisulduno. Ad Guillelmi Bernardi, filium suum, dimisit midio modio frumenti et ipso ordeo que habebat in ipsa archa de ecclesia que erat plena. Et de alio ordeo que erat in alia archa dimisit III sestarios ad Ermengaud. Et truga I et alios III a Gilbert et I truga. Ad Petrus Suniarii una truga que fuit de Guillelmus Fels. Et dimisit ad monachis Sancti Stephani per receptionem I modium ordeï et III ansunias sub tali conventu quod a die XXX post obitum suum fuissent de predicto ordeo et ansunie bene et honorifice conducati in eiusdem refretorio de pulmentis et piscibus. Et unquam in aliam rem fuisset donatum neque liberatum nisi in eius receptum. Ad ipsa confradria, ad octobris, VI bacons et II lads et I perna que est in kasa de Alaman et medium modium frumenti qui est in ipsa kasa de Guillelmus Senuilli de Rovodons et bacon maior unum qui erat in sacrario de Petrus Dominico in Rovodons; et ipsum bacon maior fuisset datum per moltons ad ipsa confradria. A Guillelmus Senuilli sestarios II de furment. A Guillelmum Ademar, presbiter, sestario I de furment et I porchet. A Bernard Poncio, presbiter, sestario I de furment et porch qui fuit de Bonadona. Et a Bonadona truga I que sibi nutritiv. Ad Petrus Guillelmi, capellano, sestario I de forment et alium ordeï. Ad Ansulf, presbiter, sestario I de forment et I truga qui erat pregnans. Ad Petrum Gaucbert sestario I de forment et alium ordeï. Et istum frumentum et ordeum fuisset eis datum in Crudilias. Et ad Sancti Petri Vice sedis dimisit ipsum vinum qui erat in ipso vewel in solaro de Montar, iuxta tonna de Guadal, filium suum. Et dimisit III^{or} uncias ad Bernad Guillem, quas sibi debebat per unum kavallum quo vendidit ei, et mandavit reddere eas de suos bobus et vaccas. Et debebat in Pugals et in Clerano predictas III uncias et III solidos mig de plata a Guillelmo Guillelmi et X solidos de diners a Ramon Lobaton. Et VIII ad Arnal Adalbert. Et suum enselament a Bernard Guillem. Ad Petrus Ballofre, presbiter, sestario I de forment et I vitulum. Et de ipsis bobus de Clerano, unum ad Berengarium Seniofredi, et suum vinum qui habebat in Ausona dimisit eum per suos debitos et hoc quod habebat in Clerano. Et donasset Guillelmus Fels a Guilbert

sestarios II de vino et III quarterias de ordeï. Et inter Bonadona et filio sestario I de ordeï et emina de espelta. Et dimisit in Iohannet et in Macolem ad Sancti Petri Gallicantum ipsas suas hereditates que ibi habebat per suum alodium. Ad Guillelmum Fels dimisit quarterias III de forment et emina I de ordeï. Ad Benedictus abbas I gaudenga et feltre cum suo lane et plumas [de brosde].¹¹ Ad Petrus Suniarii I gaudenga cum listas blavas. Ad Ermengaud et Guilabert II quarterias de forment in Ausona. Ad Sancti Sepulcri de Girunda dimisit ipsum alodium qui emit de filiis Mariniano ad Riodavite. Ad Guitardus, presbiter, sestario I de frument et emina I ordeï. Ad Petrus Suniarii ipsum vinum qui est in sacrario Arnalli. Ad Albertus III^{or} sestarios de forment. Et suas pelles grisas dimisit eas ad Berengario Seniofredi et vendisset eas et de ipso precio quod prehenderit de eas vixisset inde in suo loco pro anima sua usque pervenisset ante altare Sancti Petri apostoli Rome et reddisset de ipsum precium mediam libram plate predictum Sanctum Petrum XXX missas. Et sua pellicia vero dimisit eam ad Guilam, uxor Guadaldi, et fecisset utilitate facere de ipsas pro anima sua. Ad Sancti Michaelis de Crudilias sestarios III de frument et III ordeï. Ad Sancta Eulalia sestarios III inter ordii et frumentum. Ad Guillelmum Bernardi, presbiter et capellanum, similiter. Et ad alios clericos eiusdem ecclesie eminas III inter ordeï et forment. Et qui remansit in Crudilias de suo blad fuisset ad suos debitos. Ad Petrus Seger quateria I de ordeï. Ad filium suum Guillelmum Bernardi dimisit ipsum alodium que habebat in Rovodons de vita sua, sub tali conventu quod si de sua elemosina quod dimisit pro anima sua voluerit ei tollere neque inquietare, hoc alodium et mobile, sine ulla reservatione, totum quod ipsi dimisit ei revertisset Deo et Sancte Marie sedis, proprialiter ad ipsa canonica; et dompno episcopo Bernardo et ceteris canonicis excommunicassent eum et cunctarum honoris sue. Et de Guadallo et Berengario similiter si ullus in rem abstulissent ei de sue helemosine tantum ut redirexissent sine engan in potestate sui elemosinarii sive elemosina predicta.

Fuit factum prescriptum testamentum XV kalendas octobris, anno XXXVI regni Filippi regis.

Firmatum fuit a supradicta conditrice Disposia signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet Raimundo archilevita et Benedicto abbate et Berengario atque Arnallo et Guilaberti atque Ermangaudo et Arnalli Adalberti.

Scriptor Petrus presbiter.

Nos si quis dicti testes testificamus et iuramus in Deum et in supradicto iuramento quia sicut superius scriptum est et ita a supranominata testatrice Disposia ordinata est et firmata nobis audientibus et videntibus per extremam voluntatem suam infra primi sex menses post obitum predictae testatricis.

Late condiciones II kalendas septembris, anno XXXVII regni Filippi regis.

Sig+num Arnalli Bernardi, Sig+num Guilaberti Gaucfredi, qui supradictum testimonium vidimus et iurando firmavimus.

Sig+num Poncii Guillelmi (*senyal*). Petrus presbiter. Signum+ Martinus presbiter. +Bernardus, iudex et caput scole*.

+ Arnallus levita, qui hoc rogatus scripsit in literis fuis et rasis die et anno quo supra.

Guillelmus levita, qui hoc translatum scripsit VIII kalendas augusti, anno XIII regnante Ledovico rege.

1. Espai de 40 mm il·legible a causa del deficient estat del pergami. 2. En lloc de teneri. 3. Manca. 4. et afegit a la interlínia. 5. o corregeix a. 6. La primera e corregeix i. 7. Segueix Maria, ratllat, i Eulalia, afegit a la interlínia. 8. facta afegit a la interlínia. 9. En lloc d'et. 10. III afegit a la interlínia. 11. Lectura dubtosa.

292

1096, desembre, 17

Establiment. *Ramon Guerau i la seva esposa Constança estableixen a Ermengarda i als esposos Ademar Company i Guinidilda una heretat a Pallerols, a Montlleví, a canvi d'un cens anual. Es paguen dues unces d'or de València en concepte d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27. núm. 40 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 756), 95 × 305 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego domnus Raidmundo Geralli et coniux sue domna Costantia venditores sumus vobis emtoribus nostris Ermengarda et Ademar Compang et uxori sue Ginedel. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis¹ ipsa hereditate qui Gifredus abuit in Palierolis, id sunt terras et vineas, chasas casalibus, ortis, ortalibus, lineas, kanamares,² silvis, carricis, arboribus, cultum vel eremum.³ Et advenit ad nos suprascripti hec omnia suprascripta de parentorum vel per laxatione que Gifredus nos fecit

sive per ullasque voces. Et est hec omnia suprascripta in kastrum Palierolis, in loco nominato Monte Leviro. Et affrontat hec omnia suprascripta a parte orientis in Puggo Grosso et de parte meridie in Monte Leviro superiore, de occiduo in Collo Solgata, de parte vero circi in terminos Rialbi susterione. Quantum infra istas affrontationes includunt sic vindimus nos hec omnia suprascripta et ad vestrum proprium alaudi,⁴ in tale conventu que tu Ademar et vestra posterita ad nos suprascripti vel ad posteritas nostras faciant ipsa statura et ipsum servicium quomodo nominatum est tercia parte⁵ totosque annos usque in finem seculi et parilio I de fochaces et⁶ gallinas⁷ II et emina I de civada. Et recepimus nos de te Ademar et coniuX tue Ginedel untias II ad valentum ori Valenciani. Et est manifestum. Quod si nos venditores au[t]⁸ nullis carnalis homo vel femina qui ista carta vindiccionis inquietare voluerit, non⁹ hoc valeat vindicare, set componat in duplo cum omne suam in melioratione. Et non siat dirupta.

Facta ista carta¹⁰ XVI kalendas ianuarii, anno XXXVII regnante regis Filipi.

Sig+num domnus Raidmundo Geralli, Sig+num domna Constantia, qui ista carta mandavit scribere et testes firmare rogavit.

Sig+num Remon Bernat, baiulo. Sig+num Arnal Enec. Sig+num Arnal Franc.

Petrus sacer rogatus scripsit die (*senyal*) et anno quod supra.

1. *Segueix un espai d'aproximadament set lletres, raspat, a l'inici de la segona línia.* 2. *r corregeix s.* 3. *erememum al text.* 4. *ad vestrum proprium alaudi afegit a la interlínia; alaudi amb un signe d'abreviació sobre la d, sense valor.* 5. *Segueix te, sense cancel·lar.* 6. *et afegit a la interlínia.* 7. *gallinas al text.* 8. *Manca.* 9. *Segueix o, raspada.* 10. *Segueix VI, raspat.*

1096

Donació. *Pere I, rei d'Aragó i de Pamplona, dóna a Sant Pere de Jaca tot el que té a les viles d'Araguás i Larbesa. Fa la donació per la salvació de la seva ànima i a canvi de la condonació del deute dels sis-cents sous de plata que el seu pare devia a aquesta església i a l'anterior bisbe García.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 5 de juliol de 1231. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 48, 175 × 350 mm. Estat de conservació deficient a causa de la tinta, molt esvanida, i de l'enfosquiment del pergami.

a UBIETO, *Colección diplomática de Pedro I*, doc. 26.

In¹ nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Hec est carta donacionis quam [facio]² ego Petrus Sancii, gracia Dei Aragonensium vel Panpilonensium rex. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate. Dono Deo et Sancto Petro Iacensi ecclesie, et dompno Petro episcopo et canonicis ibidem Deo servientibus, qualem partem habeo in villa que dicitur Araguasse et de villa qui dicitur Larbesa; et sic dono in istas duas villas prenominate totam illam partem que mihi pertinet³ vel pertinere debet in illas in omni censu, ut sint liberas et ingenuas de Sancto Petro de Iacca et de canonicis eius, tam de oste quam de censu et dampniciis et de omni regali iure. Et hanc donacionem facio propter remedium anime patris mei et matris mee, et pro remedium anime mee et pro salute vite mee, et pro sexcentos solidos de plata quos pater meus debuit dare Sancto Petro per illas lorichas que fuerunt de illo episcopo dompno Garcia. Et hec superius scripta laudo et confirmo cum sana mente et bona voluntate, ut firma permaneat ad servicium Dey et Sancti Petri et canonicorum [eius] per secula cuncta. Et hoc signum facio.

Facta carta ista era M^a C^a XXX^a IV^a, regnante Domino nostro Iesuchristo et sub eius imperio. Ego Petrus, Dei gracia me regnante in Aragone et in Panpilona, in Suprarvi et in Ripa Curça. Et episcopo Petrus in Iacca. Alius Petrus episcopus in Panpilona. Et Lupus episcopus in Rota, Alfonsus, frater meus, in Biele. Comes Sancius in Erro et in Tafalla. Senior Galindo Sanz in Sos et in Funes. Senior Lope Lopez in Unocastello. Senior Fortunio Lopez in Aguero. Senior alius Fortunio Lopez in Luarre. Senior Eneco Fortuniones in Anyesse. Et don Suero in Penna, senior don Petro et illo abate domno Eximino. Senior Fortuyn Ortiz, senior Sancio Blas, senior Fortunio Arioli, senior Sancio Ferllanz et illo abate dompno Galindo in Monteson.⁴

1. *B comença*: Hoc est translatum bene et fideliter factum a quodam instrumento domini regis extractum cuius tenor talis est. 2. *Manca*. 3. *pertinent al text*. 4. *B acaba*: Sig(*senyal*)num Vitalis de Lascar, publici Iaccensis notarii, qui hoc translatum cum suo originali bene et fideliter comprobavit et verum ac legitimum eum invenit, in cuius rey testimonium subscripsit. Sig(*senyal*)num Michaelis Callaques, publici Iaccensis notarii, qui hoc translatum cum suo originali comprobavit et verum ac legitimum eum invenit, in cuius rey testimonium subscripsit. Sig+num Garsie de Septem Fontibus, publici Iaccensis notarii, qui hoc translatum ab originali bene et fideliter translavi III^o nonas iulii, era M^a CCC^a XXX prima.

1097, gener, 1

Donació. *Ramon Amat i la seva muller Ermessenda donen a la seva filla Ermessenda un mas a Perera, al terme de Terrassa.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 41 (*olim* arm. 10 Manresa, sac N, núm. 319), 185 × 345 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 271.

In Dei nomine. Ego Remundi Amati, filium qui fuit Lobeta femina, et uxori mea Ermesindis nomine donatores sumus tibi Ermesindis, filia nostra. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris et placet ullusquoque agentis imperio nec suadentis ingenio, set propria spontanea nostra bona voluntas, hoc elegimus ut ad tibi iamdicta filia nostra carta donacionis fecisemus, sicuti et facimus. Donamus namque ipso manso ubi abitat Riccarius, id sunt kasas cum curtes, solos et supra positos, ostios et ianuas, terras et vineas, ortos ortalibus, fonte cum aqua et trillas et cum omni genera arborum qui infra sunt, ec omnia francum, nostrum proprium, qui nobis advenit per genitores nostros sive per X^m et per omnes [voces].¹ Est autem prefato manso in comitato Barchinona, infra terminis Terracia, in locum que vocant ad ipsa Perera. Que affrontat ec omnia de oriente in [i]psa² strada qui pergit a Mata-depera, de meridie in alia strada que vocant Mulnera sive in ipsa Brugera vel in terra de comite, de occiduo in ipso torrent sive in terra de Remon Bertran sive in ipsa riera qui scurrit iusta alaude de Guielm Gueribert, de circi in alaudio de Guielm Gueribert et de Ermeniardis. Item damus tibi ipso alaudio et ipsas vineas quod abemus iusta Engera cum illarum affrontacionibus. Quantum infra istas affrontaciones et istos terminos circundant vel includunt sic damus tibi prefata omnia ab integre, cum exios et regressios earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos donatores aud³ ullusque homo vel femina utriusque sexus qui contra anc ista karta donacionis venerit pro inrumpendum aud nos venerimus, non hoc valeat vendicare, set componat aud componamus tibi prefata omnia in triplo cum omni sua imelioracione. Et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omne per evum.

Actum est hoc die kalendas ianuarii, anno XXXVII regni Filipi regis.

S+ignum Remon Amad, S+ignum Ermesindis, nos qui anc donacione scribere fecimus, firmamus et testes firmare rogavimus.

S+ignum Guilielmus Amati. S+ignum Guilielmus Bonefilii.
S+ignum Mironi Remundi. S+ignum Bernardus Guilielmi. S+ignum
Petro Ierbert.

Bernardus levita scripsit sub die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Manca.* 2. *Manca.* 3. *Segueix ud, sense cancel·lar.*

295

1097, gener, 1

Definició. *Bernat Odalguer renuncia als drets sobre dos masos del monestir de Sant Joan de les Abadesses, un a Sant Martí d'Ogassa i l'altre a Sant Joanipol, amb la condició de retenir-los de per vida a canvi d'un cens anual.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 42, 185 × 250 mm.
Bon estat de conservació.

Cit. JUNYENT, *El monestir*, p. 45.

In nomine Domini. Ego Bernard Uzalgarii facio iachido de duobus mansibus quem teneo de Sancti Iohannis monasterio, qui est fundatus in valle Riopullo, iuxta flumen Tezer, solide et libere, ea videlicet racione ut ego Bernardus predictus teneam istos iamdictos mansos omnibus diebus vitę meę et faciam censum monasterio Sancto Iohanni, id est parilio I de gallinas per unumquemque annum, et istos iamdictos mansos est unum in parrochia Sancti Martini de Aguaca, in ipsa villa que vocant Connamina, et alium in parrochia Sanctorum Iohannis et Pauli, ad ipsa villa de Iess, que vocant similiter Connamina. Eo videlicet tenore ut nullus ex parentibus meis vel propinquis non sint ausi requirere nec tenere post¹ obitum meum.

Facta hec scriptura iachicionis XVIII kalendas februarii, anno XXXVII regni Philippi regis.

Sig+num Bernard Uzalger, qui hec scriptura iachicionis fieri iussi et testibus firmare rogavi.

Sig+num Bernardus Girberti. Sig+num Bernardi Mironis.
Sig+num Petrus Mironis. Sig+num Raimundus Mironis.

+ Bernardus, comes Bisundunensium.²

Raimundus levita, qui hec scriptura iachicionis rogatus scripsit sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. *Segueix un espai d'aproximadament cinc lletres, raspat. L'escrivà, després de raspar-lo, va traçar una línia amb un petit cercle a sobre que ocupa tot l'abast de la raspadura.* 2. *Bernardus commes Bisundunensium escrit per una altra mà.*

296

1098, gener, 21

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, encomana a Arnau II, comte de Pallars Sobirà, el castell que pensa construir a Amposta i els de Granyena i Tàrrega, així com la ciutat de Tortosa i la suda si pot conquerir-los. A canvi, Arnau II s'encomana al comte.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 51 (*olim* arm. 3 Lleida, sac C, núm. 179), 330 × 135 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 51, 103.

Hoc est placitum et conveniencia facta inter Reimundum, Barchinonensem chomitem, et Artallum, Paliarensem chomitem. Comendat siquidem predictus Reimundus chomes prefato Artallo castrum quod disponit facere in loco vocato Amposta, cum castellanis ipsius castri, salva sua fidelitate, et cum ipsis donat ei quatuor partes de omnibus que pertinent ad ipsum castrum per fevum. De ali[i]s¹ vero duabus partibus donat ei unam in suam dominicaturam, alteram vero in suam retinet proprietatem. Iterum comendat ei castrum de Graniana cum ipsius castellanis, salva sua fidelitate, et donat ei medietatem de dominicatura quam ibi abet et fevum quod pertinet ad ipsum castrum. Comendat quoque ei castrum de Tarraga et castellanos ipsius castri, salva sua fidelitate, et donat ei ipsum fevum cum tercia parte de dominicatura quam ibi abet. Si autem, ex Dei adiutorio, prefatus chomes Reimundus Tortuosam civitatem capere poterit, comendat eam illi cum ipso castro quod vocatur Zuda cum omnibus ad eandem civitatem pertinentibus, eo tenore quo comendat ei prescriptum castrum de Imposta et donat ei fevos² de Tortuosa sicut fevos de Imposta. Propter hec itaque omnia superius sibi comendata seu per fevum data, sepedictus Artallus fit homo prescripti Reimundi chomitis propriis manibus comendatus, et convenit ei ut sit ipsius solidus sicut homo melius debet esse sui melioris senioris. Et iuret ei quod sit suus fidelis de suo corpore et vita et de omni suo honore quem hodie habet vel deinceps cum eius consilio adquisierit, et adjuvet eum tenere et defendere et guerreiare omnem ipsum honorem contra cunctos

homines vel feminas, cristianos sive paganos, et faciat ei hostes et cavalcatas et placita et sequimenta quando ipse iusserit vel ei opus fuerit cum ipso et sine ipso.³ Et adiuvet eum recuperare et habere suum honorem et parias de omnibus cristianis seu paganis et teneat pacem et faciat guerram de omnibus supradictis sicut ipse mandaverat⁴ et ut donet ei potestatem de supradicta civitate et de omnibus castris que per eum suprascripto modo acquirit vel deinceps quocunque modo in omni regno Tortuose, dante Deo, habere poterit et cum aliquo modo evenerit ut in prefato omni honore ipsi castellani mittendi sint vel mutandi semper fiat consilio et laudamento prefati Reimundi chomitis. Hec igitur, omnia suprascripta fiant et attendantur ab utraque parte per rectam fidem, sine engan, salvis in omnibus iusticiis aecceasticis ut quecunque Dei sunt vel esse debent primum ordinentur ad servicium eius quatenus ipse in presenti seculo prefatis chomitibus et eorum fidelibus dignetur ampliare honorem et in futuro perpetuam concedere dignitatem.

Actum est hoc XII kalendas februarii, anno XC VII post M^o incarnationis Domini.

(*Senyal*) Artalli chomitis.

Sig+num⁵ Raimundi Falchonis. Sig+num Bernardi Eccardi. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num. Raimundi Renardi. Sig+num Bernardi Berengarii. Sig+num Guillelmi Berengarii.

Sig+num Raimundi presbitero, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Manca; ali[i]s afegit a la interlínia. 2. Sobre fevos, u expuntuada. 3. i afegida a la interlínia. 4. La darrera a corregeix una lletra anterior. 5. Manquen els punts a tots els testimonis.

297

1097, abril, 7

Empenyorament. *Bernat Guillem i la seva muller Teresa empenyoren als esposos Ricard Guillem i Ermessenda diversos béns a Provençals, per raó d'un deute de mil mancusos d'or de València o cinc-cents sous de plata.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 44 dupl. (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1008), 150 × 390 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 44 tripl. (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 872), 150 × 405 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia del segle XII, ex A. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 44 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel, reina de Portugal, núm. 773), 150 × 455 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 51.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 314. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 103.

In Christi nomine. Ego Bernardus Guillelmi et coniux mea Teresa donatores et impignorores sive redditores¹ et traditores sumus tibi Richardo² Guillelmi et uxori tuę Ermessendi. Per hanc scripturam istius³ nostri⁴ pacti donamus et tradimus et deliberamus et retdimus⁵ vobis unam pariliatam terrę que fuit condam Bonucii Vivani, que est in Provincialibus,⁶ sicut terminatur de ipsa fortitudine que ibi est constructa usque ipsum marginem qui est ad orientalem partem iusta iamdictam pariliatam, a parte meridiei terminatur in strata qua itur ad Barchinonam, a circio in alodio quod fuit iamdicti Bonucii, ab occiduo in iamdictam fortitudinem. Quantum prescripti termini terminantur sive concludunt, totum integriter vobis damus et tradimus et deliberamus et retdimus⁷ vobis iamdictis Richardo⁸ et uxori tuę prelocutę suprascripta omnia sicut hoc melius debetis habere.⁹ Insuper donamus vobis per fevum iamdictam fortitudinem de Provincialibus cum domibus que ibi sunt constructę et construende, cum exiis et regressiis eius. Impignoramus namque vobis ipsam potestatem quę retineamus in iamdictam fortitudinem et que ibi habere debemus cum ipso manso qui est circa prelocutam pariliatam in Provincialibus cum una fecxa terrę¹⁰ que est in circuitu ipsius mansi. Afrontat a parte orientis in alodio quod fuit Ermessendis condam de Fodex, a meridie in strata, a circio in via que ad Sanctum Martinum de Provincialibus pergit,¹¹ ab occidentali vero parte in prelocutam pariliatam et in alodio predicti Bonucii condam. Prescriptum quoque mansum quem vobis impignoramus¹² cum omnibus suis pertinentiis et ferregenilibus¹³ et ortis et arboribus qui in circuitu istius¹⁴ mansi sunt, sic impignoramus¹⁵ vobis. Item impignoramus¹⁶ vobis triliam unam que fuit predicti Bonucii condam, quam nos habemus in Provinciales. Que affrontat¹⁷ a parte orientali in vineis que fuerunt iamdicti Bonucii et in rigario, a meridie in strata, ab occiduo in alodio quod fuit Guiriberti Guimerarii condam, a circio similiter. Iterum impignoramus¹⁸ vobis ipsum mansum et domos que sunt ad ipsum Vilarenchum,¹⁹ cum ipso columbario et cum ipso alodio quod²⁰ in circuitu eius est et cum ortis et arboribus qui ibi sunt. Terminatur²¹ ab oriente in alodio iamdicti Bonucii, a meridie in via et in alodio Barchinonensis chanonicę,²² ab occiduo in

alodio Bernardi Reimundi salarii,²³ a circio in ipso rego. Quantum prenominati termini concludunt, iamdictum pignus cum iamdicta potestate in vestram potestatem ad integrum inpignoramus²⁴ propter mille mancusos auri Valentię aut per quingentos solidos de plata qui non teneat unusquisque solidus²⁵ nisi medium argentium de malo, quos vos propter nos dedistis in precium de Midiona. Prescripta quoque omnia que vobis inpignoramus,²⁶ de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, tali modo et ordine ut tantum hoc teneatis et possideatis²⁷ sine vestro engan sepedictum pignus usquequo²⁸ nos retdamus²⁹ prefatum debitum vobis.³⁰ Et inter tantum habeatis illos fructus et expleta que inde exierint sine ullius³¹ contrarietatis obstaculo. Et quando nos retdiderimus³² vobis pretaxatum debitum sine vestro engan habeamus prelocutam potestatem sepedictę fortitudinis et vos habeatis predictam fortitudinem per vestrum fevum³³ et recuperemur³⁴ iamdictum pignus. Quod si nos donatores et inpignorores³⁵ et traditores et deliberatores et retditores³⁶ aut cuiuslibet³⁷ sexus³⁸ vel ordinis homo hoc pactum istius³⁹ nostrę scripturę disrumpere quolibet modo temptaverimus sive temptaverit, nil prosit, sed componamus aut componat vobis supradicta omnia in triplum cum omni sua illorum melioracione. Et insuper maneat hoc perhenniter firmum.

Quod est actum VII⁴⁰ idus aprilis, anno XXXVII regni regis Philippy.⁴¹

Signum+ Bernardi Guillelmi, Signum+ Teresę uxoris eius, nos qui hanc scripturam fieri iuussimus,⁴² firmavimus, testes firmare rogavimus.⁴³

Signum+ Reimundi⁴⁴ Mironis. Signum+ Arberti Berengarii. Signum+ Reimundi⁴⁵ Berengarii. Signum+ Udalgarrii. Sig+num Mironis* iudicis. Signum+ Bonefilii Reimundi.⁴⁶

Signum+ Bernardi clerici, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. inpignorores sive retditores B. 2. Ricardo B. 3. istius *al text*; istius C. 4. mei C. 5. reddimus C. 6. Provincialibus B. 7. reddimus C. 8. Ricardo B. 9. sicut hoc melius habere B. 10. fexa terrę C. 11. Sanctum Martinum pergīt de Provincialibus C. 12. inpignoramus B. 13. ferragenalibus C. 14. istius *al text*; istius C. 15. inpignoramus B. 16. inpignoramus B. 17. afrontat C. 18. inpignoramus C. 19. Vilarencum B i C. 20. qui C. 21. Terminantur C. 22. canonicę C. 23. Raimundi sellarii C. 24. inpignoramus C. 25. solidus *al text*; solidus C. 26. inpignoramus C. 27. *La primera s afegida a la interlġnia*; teneas et possideas B. 28. usque C. 29. reddamus C. 30. usquequo nos retdamus vobis prefatum debitum B. 31. ullius *al text*; ullius C. 32. reddiderimus C. 33. fevum vestrum C. 34. recuperemus C. 35. inpignorores C. 36. retditores C. 37. cuiuslibet *al text*; cuiuslibet B i C. 38. sexus *al text*; sexus C. 39. istius *al text*; istius C. 40. V B. 41. Philippi C. 42. iuussimus *al text*;

iussimus C. 43. rogavimus *al text*; rogavimus C. 44. Raimundi B. 45. Remundi B, *que altera l'ordre de les subscripcions*. 46. Raimundi B i C. B *altera l'ordre de les signatures i n'omet el text expuntuat. Omet, també, la subscripció autogràfa del jutge Miró.*

298

1097, abril, 9

Empenyorament. *Pere Bernat empenyora a Abraham Cavaller un alou a Mogòria, territori de Barcelona, per raó d'un préstec de trescents mancusos d'or de València.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 45 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 924), 315 × 90 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 699.

In nomine Domini. Ego Petrus Bernardi impignorator sum tibi Habraam Cavallario. Manifestum est enim quia debitor sum tibi mancusos CCC auri Valencie de rovalles recipientes. Propterea impignoro tibi alodium meum quod abeo in territorio Barchinone in terminio de Mogoria, supra Petra Alba. Advenit michi per ienitorum et per comparacione sive per ullasque voces. Terminatur autem a parte orientis in alodio Mascard ebreo et in via, a meridie in strata, de occiduo in torrente, a circio in strata publica. Quantum iste affrontaciones includunt sic impignoro tibi in iamdicto alodio omnes meas voces et directos atque ereditates que ibi abeo vel per qualicumque voces abere debeo ab integre, semel cum exiis vel regressiis earum, atque de meo iure in tuum trado dominium et potestatem; et inter tantum ego teneam per tuum beneficium et tu per tuum pignus. Et in die quo erint istos IIII^{os} annos completos primos venientes sic faciam tibi rendere iamdictum debitum quomodo superius resonat et tu rendas michi ista scriptura sine mora. Et si minime fecero et tibi non persolvero, tunc abeas potestatem predicto alodio que tibi impignoro aprehendere, tenere, vindere, comutare et omnia que volueris facere ad tuum plenissimum proprium. Si vero ego impignorator aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista impignoracione venero aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut ego componam tibi prefata hec omnia in duplo cum sua melioracione. Et postmodum hoc maneat semper fermum.

Actum est hoc V idus aprilis, anno XXXVII regni regis Philippy.

Signum+ Petro Bernardi, qui hanc impignoracione fecit, firmavit et testes firmari rogavit.

Signum+ Arnalli Gontarii. Signum+ Mironis Guilaberti. Signum+ Ricardi Guilielmi. Signum+ Petro Bonefilii.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

299

1097, maig, 18

Convinença. *Bernat Guillem de Gurb encomana als germans Pere Folc i Ramon el castell d'Oló i els dóna en feu la tercera part dels plets i altres béns i drets. A canvi, els dos germans li prometen fidelitat i servei.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 24 de desembre de 1128. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 46, 340 × 150 mm. Estat de conservació regular a causa d'un forat al centre i de la tinta, lleugerament esvanida.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 134. — KOSTO, *Making agreements*, p. 238.

Hec est conveniencia que est facta inter domnum Bernardum Guillelmum de Gurbo et Petrum Fulconum et fratre eius Raimundum. Comandat namque iamdictus Bernardus ad iamdictos fratres ipsum castrum de Olo et dona eis ipsum fevum quod pertinet ad eundem castellum et terciam partem de ipsis placitis. Et comandat eis cum iamdicta onore Bernardum Guillelmum de Olost au[t]¹ filium eius Guillelmi Bernardi, salva fidelitate de iamdicto Bernardo. Et donat ad iamdictum Petrum terciam partem de sua dominicatura quod iamdictus Bernardus abet infra terminum iamdictum chastrum [et III libras]² auri de Valencia in rem valentem, quod boni omnes apreciaverint, usque abet ei datus II cavallerias terre, sit ei datum per unumquemque annum de I festa sancti Ioannis usque ad alia. Et reddit iamdictus Bernardus ad Petrum et ad Raimundum, iamdictos fratres, ipsos alodios quod pater illorum tenebat per suam proprietatem ad diem obitum sui, sicut scripture quod ipsi monstraverit demonstrabat aut Arbertus Latro demonstraverit per suum sacramentum. Et abeant potestatem de iam[dicto]³ castello per omnes vices quas ipsius requisierint; et habeat estaticam in ipso castro et in ipsa turre III menses per unumquemque annum per ipsis temporibus quos ipsi voluerint, et quantum voluerit stare in aliis locis, abeant statica sine damno. Et ego iamdictus Petrus convenientibus Bernardo, seniore meo, et uxorique tue aut filiis tuis, propter iamdictum chastrum quod michi comandis et propter iamdictum fevum et per nominatas cavalerias quas michi

donas, ut hodierno die [et]⁴ deinceps si[m]⁵ solidus vester contra cunctos omnes aut feminas et in ipsas hostes ubi vos et⁶ filius vester fueritis ibi sim vobiscum cum ipsis chavallariis qui tenuerint iamdictum castrum et fevum. Et ego Raimundus, frater⁷ de iamdicti Petri, convenio vobis Bernardo et uxori tue et filius tuis que de ista ora in antea serviat vobis in curtis et in placitis, ero vobis adiutor aut tenere aut defendere aut gerregare omnem que odie abetis et in antea per meum consilium aut querere poteritis contra cunctos omnes et feminas.

Facta ista conveniencia VX kalendas iuni, ano XXXVII Philipi regis.

Sig+num Bernardi Guillelmi, Sig+num Teresa, Sig+num Petri Fulconi, Sig+num Ramundi Fulchoni, nos qui ista conveniencia fecimus et firmamus et firmare rogavimus.

Sig+num Rodlandi Sancti Vincencii. Sig+num Mir Gifard. Sig+num Udalgarii. Sig+num Guilielmus Bernardi de Olost.

Berengarii Amati levita, qui hoc scripsit die et anno quo su-
(senyal)pra.⁸

1. Manca. 2. Lectura dubtosa a causa del forat que hi ha al centre del pergami. 3. Manca. 4. Manca. 5. Manca. 6. ut al text. 7. frater al text. 8. B acaba: Poncius scriptor; qui hoc translatum scripsit VIII kalendas ianuarii, anno XXI^o regni regis Ledoycii, die (senyal) et anno quo supra.

300

1097, setembre

Convivença. *Ramon Arnau i Ramon Miró posen el castell de Castellet de Llimiana sota la batllia del comte Ramon V de Pallars Jussà, li donen el servei que abans donaven al comte Artau II de Pallars Sobirà i li reconeixen el dret d'emprar aquest castell per fer la guerra.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 49 (olim arm. 3 Lleida, sac L, núm. 137), 140 × 90 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. Liber feudorum maior, f. 40a.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 103.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 25. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 95, 96.

Hec est conveniencia que fecit Remon Arnall et Remon Mir que donaverunt ad Rremundo comite in ipso castro de illo Castellu intrare et exire et gueregare, et que guera et pace que faciat de ipso castro contra totos homines vel feminas, et que siat ipso

castro vel suis terminis in baiulia de illo comite Reimundo, et que donent ad illo receptum que donabant ad Adartallo comite. Est ipsum receptum de Artallo est nominatum X sestarios de forment et modios II de ordeo, V sestarios de vino, I porco de VI argents et I molton. Donant ad Remon comite I sestario de forment et I sestario de vino et I semodii de avena et alium de ordio et carne IIII argents. Et teneat illo comite Rremon Arnall et Rremon Miro et sua posterita in sua baiulia. Et ista omnia iamdicta que teneant et adtendant ad [Re]mundo¹ comite et suos filios vel sua posterita.

Facta ista conveniencia in mense setembrio, anno XXXVIII regnante Philipo rege.

+ [S]ignum² Reimundo comite. + Remon Arnall. + [S]ignum Remon Mir. + [S]ignum Petro Baron. + [S]ignum Eriman Radolf. + [S]inum Hunc Miro.

1. Manca. 2. Manca. El mateix en altres subscripcions.

301

[1082-1097]

Jurament de fidelitat. *Arnau Jofre, fill d'Adalgarda, i la seva esposa Guilleuma, filla d'Elions, prometen fidelitat a Berenguer Ramon II, comte de Barcelona.*


A ACA, Cancelleria, perg. Berenguer Ramon II, carp. 26, núm. 88 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 414), 97 × 148 mm. Bon estat de conservació.

Cit. Kostó, *Making agreements*, p. 165.

Datem pels anys del regiment de Berenguer Ramon II.

Iuro ego Arnallus Gaucefredi, filius Adalgardis, et uxor mea Guielma, filia Elions, tibi seniori nostro comiti Berengario, filio Almodis comitisse, quod de ista ora in antea fideles erimus tibi de omni tuo corpore et membra et adiutores contra cunctos¹ homines de omni honore quem hodie habes et in antea per nostrum consilium adquisieris, Deo annuente. Et attenderemus tibi ipsam convenientiam que facta est inter nos et te et nostris manibus punctim firmatam. Per Deum et per hec sancta.

1. s. *correg*eix l.



[Abans de 1098]

Definió. *Guadall i el seu fillastre Arnau accepten un laude sobre les cases de Tresserra i l'alou que havia estat de Sal-la Argemir.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3428, 175 × 190 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document abans de l'inici del priorat de Bernat al monestir de l'Estany.

Sciatur a cuntis qualiter Guadallus et Arnallus, filiaſter eius,¹ venerunt ad contencionem de domos de Tresserra et de alaudium² qui fuit de Sanla Argemir. Post longo temporis spacium³ venerunt ad pacem concordacionis ubi interfuerunt nobiles hominibus, scilicet Guielmus, prioris Stagnensi, et Bernardo Petri, fratri suo, necnon et Petro Bernardi de Agilar, [H]uc Guillelmus, Od sacer et aliorum proborum hominum. Omnes isti laudaverunt supradicto Guadallo ut dimisisset iamdictus Arnallus medietatem quam habebat in ipsas domos dominicas Sancte Marie Stagni, et ipsum ortum qui ibidem est, et medietatem quam habebat in ipsa fexa de terra qui fuit de Sanla Argemir et qui est subtus ipsum ortal de Col[omer],⁴ et unam peciolam terre quod emit Guadalu de Guifre Guadamir, qui est in ipso vual.⁵ Similiter laudaverunt isti probi homines supradicto Arnallo ut donasset iamdictum Guadallum ipsam terciam partem quam habebat in ipso solarío et in sotal et suam partem quam habebat in ipsa casa sutirana et suam partem quam habebat in casa nova cum ipsa chintana usque ad truit et ipsam partem quam habebat in ipsum ortal de Colomer. Omnia ista laudaverunt suprascripti laudatores et Guadallum atque Arnallum istum laudamentum volumptarie inter se receperunt et laudaverunt.⁶

Sig+num Gua[da]llus,⁷ qui hanc difinicionem laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig+num Arnallus, qui hanc difinicionem laudo et firmo et testes firmare rogo.

Si quis autem hanc difinicionem in alico frangerit, in potestate prioris⁸ Stagnensi XX^{ti} solidos denariorum deventent. Et in antea firma persistat.

Sig+num Ermessen. Sig+num Ermetruit. Sig+num B.⁹ Petri. Sig+num Petrus B. Sig+num Bermon Sinfre.

Raimundus exorcista, qui hoc scripsit, cum litteris fuis in prima linea, die et anno quo supra (*senyal*).

1. *Segueix ade, raillat.* 2. *i afegida a la interlínia.* 3. *s afegida a la interlínia.* 4. *Espai d'aproximadament cinc lletres, il·legible perquè n'ha desaparegut la*

tinta. 5. En lloc de vial o gual. 6. Segueix Signum+, ratllat. 7. Manca. 8. La darrera i corregeix e. 9. No hem desenvolupat aquest nom ni el del testimoni següent perquè no sabem del cert a quin nom es refereixen.

303

1098, gener, 14

Donació. *Ramon V i Valença, comtes de Pallars Jussà, i el seu fill Pere Ramon donen al monestir de Santa Maria de Lavaix les esglésies del terme del castell de Castissent.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 50 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac E, núm. 462), 135 × 315 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 50.

Quamvis unumquemque fidelium oporteat post semel acceptam fidem perseverante operando eam retinere et iuxta humane fragilitatis permissionem in nullo a recto eius itinere deviare si quis tamen proprie carnis infirmitate devictus aberraverit set quandoque perpetrata diu mala digne penitendo planexerit non reprobis vel dampnabilis servus set dilectus reputabitur adobcionis filius. Hac igitur, conditoris nostri pietate confisi, ego Raimundus, Paliarensium¹ chomes, et uxor mea, Valencia chomitissa, et filius meus Petrus Raimundi, divinitus inspirati agnoscentes reatum parentum nostrorum et nostrum quod comisimus in ordinacione ecclesiarum nostri chomitatus² auxiliante Deo, ex his que actenus sive per ignorantiam vel per negligentiam negleximus amonicione doctorum nostrorum et consilio nobilium virorum et redemptione peccatorum nostrorum, ad statum proprium et ad dignitatem sive ad decorem interioris ornatus eas reformare curamus. Hec igitur, ecclesias Sancte Marie, que sunt site in Castello Sancti, et omnes ecclesias fundatas in terminos eiusdem katri que hucusque contra decreta Sanctorum Patrum male tractantes inter se clerici atque parrochiani diviserunt, nos, ad honorem Dei et eius genitricis semperque virginis Marie et omnium sanctorum et ad restauracionem illarum ecclesiarum, donamus eas, cum consilio et voluntate Petri Rodgerii et Rodlandi et Erimanni, Deo et ecclesie Sancte Marie Laviensis cenobii et Raimundo Raimundi, illius ecclesie priori, et omnibus successoribus eius ad possidendas et tenendas ad proprium alodium et proprium ius et ad voluntatem

propriam ordinandas et constituendas superius dictas ecclesias ad servicium Dei et beate Marie, cum omnibus que habent vel habere debent vel in futurum, Deo miserante, quoquomodo iuste adquisierint. Nam, si nos donatores aut aliquis ex nostra stirpe vel alterius cuiuscunque clericalis aut laicalis persona hec nostre donacionis decretum aliquando fregerit aut disrumpere temptaverit, a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et domini nostri Ihesu Christi alienus fiat atque sub maledictionis excomunicacione subiacet et abrogata omni potestate LX^a auri libras componat nisi per condignam penitentiam satisfecerit. Et insuper hec nostra donacio plenitudinem roboris obtineat in omni evo.

Facta carta donacionis et confirmacionis XVIII kalendas februarii, anno Dominicę incarnationis M^o XC^o VIII^o, era M^a C^a XXX^a VI^a, indicione VI, anno XXX^o VIII^o regni regis Philippi.

Sig+num Raimundi comitis, Sig+num Valencię chomitisse, Sig+num Petri Raimundi, filius Raimundi comitis, qui hanc cartam rogaverunt scribere et testibus ad corroborandum rogaverunt firmare.

Sig+num Petri Rodgerii, Sig+num Rodlandi, Sig+num Erimanni, qui sumus donatores et confirmatores huius superius scripte donacionis. Sig+num Bertrandi Bernardi. Sig+num Petri Raimundi de Herill. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Guarmundi. Sig+num Berengarii Isarn.

Albertus sacerdos, qui hanc cartam donacionis rogatus a supradictis donatoribus scripsi sub die et anno (*senyal*) quo supra.

1. La primera i afegida a la interlínia.
2. h afegida a la interlínia.

1098, febrer, 26

Venda. Ermengol V, comte d'Urgell, ven a Ramon Adalbert i a la seva muller Ermengarda la fortalesa que havia estat d'Ermefred, Bardina i Fleva, amb els alous i censos, així com unes propietats al terme de Llordà, pel preu de quaranta unces d'or de València.

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 52 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac Sant Ramon de Penyafort, núm. 91), 405 × 205 mm. Bon estat de conservació malgrat que hi ha un forat a l'angle superior esquerre.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 71. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55.

In [nomine Domini].¹ Ego dompnus Ermengaudus, gratia Dei comes et marchio, venditor sum vobis Raimundi Adalberti et uxor tua Ermeniards.² Per hanc scriptura vindicionis mee vindo vobis ipsa petra qui fuit de Ermefredi et de Bardina et de Fleua et cum ipsos alaudes quia iamdicta petra pertinent et cum ipsum censum que de iamdictos alaudes exiit et ipsos omnes qui sunt staturi quam advenituri, cum illorum censum et cum illorum usaticos. Et vindo vobis ipsas compras que vobis feceritis et vestros omnes infra terminos de Lorda, exceptus que non amortetis es Toldad. Nomina autem alodia, hęc sunt, terras et vineas, casas, ca[sa]libus³ et ipsa petra cum ipsa forteza qui est et qui erit, ortis, ortalibus, lineares et canamares, fontis, fontanulis, vieductibus vel reductibu, petras mobiles vel immobiles, pomiferis vel inpomiferis, arboribus de diversis generis, pratis, pascuis, silvis, garicis, molindinis cum caput aq[u]is⁴ et cum eorum dicursionębus. Et advenit mihi iamdicta omnia per parentorum sive per ullasque voces. Et est hęc omnia in comitatum Urgelli sive infra terminos de Lorda, et abet afrontaciones ista omnia suprascripta,⁵ de I parte in ipso podio de Tolon, de alia parte in termen de Benavent, de III^{cia} vero parte in Bech Fred, de III^a vero parte in termen de Apilia. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini continent, sic vindo vobis, ego Ermengaudo comite ad te Raimundi Adalberti et ad Ermeniards, coniux tua, ista omnia suprascripta quomodo suprascriptum est ad vestrum proprium alaudem franchum, ad facere⁶ vestra voluptate. Exceptus que retineo ad castrum de Lorda medietate de ipsa decima que de iamdicta omnia exierit. Et ego Ermengaudo comite de te Raimundi Adalberti de omnia ista⁷ suprascripta recipio precio placibile uncias quaranta valentem⁸ auro valenciano. Et tu Raimundi Adalberti non posesas alium senioresem nec alium patronum eligere nec posterita tua nisi me, Ermengaudo comite, et posterita mea de ista omnia suprascripta. Et est manifestum. Quod si ego, Ermengaudo comite, aut ullus omo vel femina qui ista carta vindicionis inquietare vel disru[m]-perre⁹ voluerit, non hoc valeat vindicare, set componat vobis in duplo cum omnem sua inmeliacionem. Et in antea ista carta vindicionis firma et stabilis permaneat modo post modo vel omnique tempore.

Facta ista carta vendicionis IIII^o kalendas marcii, anno XXX^o VIII^o regnante regis Philipi.

(*Senyal*) Ermengaudo comite,* qui ista carta rogavit scribere et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Arnal Raimundi. Sig+num Petri Arnalli. Sig+num Guillem Remon. Sig+num¹⁰ Guillem Guitard de Conchis. Sig+num Iudian. Sig+num Rodlanod. Gilelmus iudex qui hoc firmo (*senyal*).¹¹

Mironus levita rogatus scripsit die et ano quod supra, cum literas suprapositas in linea XI^a (*senyal*).

1. *Interpretem la part il·legible a causa del forat del pergamí.* 2. *r afegida a la interlínia.* 3. *Manca.* 4. *Manca.* 5. *scripta afegit a la interlínia.* 6. *re afegit a la interlínia.* 7. *ista afegit a la interlínia.* 8. *a afegida a la interlínia.* 9. *Manca.* 10. *Segueix Guitard, raspat.* 11. *Gilelmus iudex, qui hoc firmo (senyal), escrit al peu del text, sota la clausura del rogatari.*

305

1098, març, 6

Donació. *Els esposos Guerau Alemany II de Cervelló i Ponça, Pere Miró i Guilla i Berenguer Conan i Ermengarda donen a Bernat Bonfill i la seva esposa Maiassenda tres masos a la Celada, a Vilademàger, amb la condició que hi edificuin una torre de pedra i calç en el termini de tres anys.*

A [Original no localitzat.]

B Trasl·lat del primer quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 53, 265 × 110 mm. Bon estat de conservació malgrat uns estrips a la part superior.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 543. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 159.

In¹ nomine Domini. [E]go [Gerallus Ala]man et uxor mea Poncia et Petrus [Mironi et uxori sue] Guilla et Berengarius Conan et uxori sue Ermengardis donatores sumus tibi Bernardus Bonefilii et uxori tue Maiassen. Pariter in unum donamus vobis unum mansum qui fuit de Ferrocinto et alium mansum qui fuit de Lobaton et alium mansum qui fuit de Duer, cum domibus et cortibus, solis et suprapositis, terris et vineis et arbores de multa genera, ortis et ortalibus, pratis et pascuis, aquas et fontes, cultum et eremum, cum universis eorum terminis, aiacentiis et pertinentiis qui ad suprascriptos mansos pertinet vel pertingere debet ubi rem invenire potueritis. Est autem hec omnia in comitatu Barchinona, intra terminum castri Vila de Mager, in locum que vocant ipsa Celada. Abet autem terminum hec omnia de parte orientis et de meridie et de occiduo et de circi totum intra predictum terminum Vila de Mager, separatum in variis locis ubi rem invenire potueritis, quomodo suprascriptum est. Sepredictos quoque mansos vobis damus et universa pertinencia quolibet modo, cum ingressibus pariter et egressibus suis et ceteris omnibus suprascriptis ad

vestrum proprium alaudes, franchum, sine ullum censum, exceptus decimas et primicias que ad Deum pertine[n]t.² Tali videlicet modo atque tenore ut de istum festum sancti Michaelis ad annos III abeatibus ibi facta turre ex petra et calce constructa. Et de ipsa ora in antea faciatis ibi stacionem de vestros corpus assidue omni tempore. Si vero nos donatores aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo qui ista carta francha disrumpere vel infringere voluerit, nil prosit, set componat ista omnia suprascripta in duplo cum omnem suam inmelioracionem. Et in antea ista carta et fracitate firma permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc II nonas marcii, anno VIII post XXX regnante Filippi³ regi.

Sig+num Gerallus Alaman, Sig+num Poncia, Sig+num Petrus Mironi, Sig+num Guilla, Sig+num Berengarius Conan, Sig+num Ermengardis, nos qui ista carta fecimus scribere et firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Arnal Pere. Sig+num Poncius Bernardi, vichario. Sig+num Raimundi Berengarii, gratia Dei comite et marchioni, qui istam fracitate firmavit. Sig+num Arnal Pere.⁴

Signum+ Stefani leviti,⁵ qui hoc scripsit die et anno prefixo.

1. B comença: Hoc est transla[tum] fideliter translata[tum] [serie ei]us sic se habet. S'indiquen entre claudàtors les parts del text afectades pels estrips del marge superior. 2. Manca. 3. En lloc de Filippi. 4. Aquesta subscripció segurament està repetida. 5. En lloc de levita.

306

1098, abril, 7

Convinença. *Guilla cedeix al seu germà Bernat Guillem el castell de Manlleu amb la condició que quan mori el lliuri al monestir de Santa Maria.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 54 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac. C, núm. 398), 200 × 255 mm. Bon estat de conservació malgrat que la tinta està força esvanida.

Cit. BONNASSIE, *Catalunya*, II, pp. 217, 220.

Hoc est conveniencia qua Bernardus Guillelmi facit Guilie sorori sue. Guilia certe donat Bernardo Guillelmi ipsum kastrum de Mesleo cum omnibus pertinenciis suis, scilicet, suum vivolare sicut illa abet et abere debet super hoc, ut Bernardus Guillelmi post morte ipsius Guile reddat ipsum kastrum solide et libere

Sancte Marie et eius abati sine fraude et modo dum ipsa vivit non tollat eum ulli de chastellanis eius qui voluerint concordare cum eo. Et iamdicta Guilia sit domina et seniorissa et in ipsa honore et in omni honore Bernardi iamdicti bene ad voluntatem suam et honoret eam de inchavalcar et vestire ad voluntatem suam, sicut homo debet facere sorori sue que donat ei talem honorem. Quod si Bernardus hoc quod supradictum est non ita fecerit et minus fuerit, sorori sue iamdicte recognocit se esse traditorem et sine fide, sicut ille qui tollit suum honorem seniori suo cum prodicione.

Actum est hoc VII idus aprilis, anno XXXVIII Philippi regis

Sig+num Guilie,¹ Sig+num Bernardi Guillelmi,² qui hanc convenienciam fecimus et firmavimus firmarique rogavimus

Sig+num Bernardi Berengarii. Sig+num Bernardi Mironi. Sig+num Raimundi Adalberti.

Berengarius levita, qui hoc scripsit die et anno quod su(se-nyal)pra.

1. Segueix un espai en blanc de setze lletres, aproximadament. 2. Segueix un espai d'aproximadament cinc lletres, raspat.

307

1098, juny, 12

Venda. *Bonpare Ramon, la seva muller Arsenda i els seus fills Bonfill i Ermengol venen a Bernat Gifard i a la seva esposa Ermessenda un capmàs al terme de Castellví de Rosanes, pel preu de dues unces.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 55, 335 × 110 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Bonuspari Reimundi et coniux mea, Arsindis¹ femina,² et fratres meos, id sunt, Bonefilius et Ermen-galldus, nos simul in unum venditores sumus vobis Bernardus Gifardi et uxori tue Ermessindis³ femine. Per hanc scriptura⁴ vindicionis nostre vindimus vobis caput mansum unum destructum, cum terris⁵ et arboribus ad predictum mansum pertinentibus, qui nobis advenit per genitores sive per decimum sive aliis modis aut vocibus. Est autem predicto manso in comitatu⁶ Barchinone,⁷ in terminio Chastrum Vetuli. Affrontad predicto manso a parte orientis in alodio qui fuit de Tronn, a meridie in alodio Deuslo-de⁸ et Tedball Rodlan, ab occiduo in alodio Giribert Manager et sic pervadit ad ipsa strata pulvica,⁹ a circio in torrent¹⁰ de Lobs.

Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic vendimus vobis predictum mansum ab integrum, cum exiis vel regresis earum, propter precium uncias II in rem valentem, et nichil de ipso precio aput vos emptores non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia que vobis vendimus de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem faci[e]n-di¹¹ vestram voluntatem. Quod si nos vinditores¹² aut ullusque homo vel femina qui ista carta vindicionis dirumpere vel inquietare voluerit, nil prosit, sed componant aut nos componamus vobis in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta vindicionis maneat firma.

Facta ista carta vindicionis II idus iuni, anno XXX^o VIII^o regni regis Filipi.

Sig+num Bonuspari Reimundi, Sig+num Arsindis, eius coniu-gis, Sig+num Bonefilius, Sig+num Ermengaudus, nos qui ista carta vindicionis fecimus scribere et firmavimus et testibus subscriptis roborari iussimus.¹³

Sig+num. Sig+num. Sig+num.

1. Segueix un espai d'aproximadament quatre lletres, en blanc. 2. Segueix un espai d'aproximadament sis lletres, en blanc. 3. La darrera i corregeix e. 4. c afegida a la interlínia. 5. Segueix [et vineis], ratllat. 6. Entre o i m, n expuntuada. 7. h afegida a la interlínia. 8. Entre o i d, m ratllada. 9. En lloc de publica. 10. La primera r afegida a la interlínia. 11. Manca. 12. La primera i afegida a la interlínia. 13. Segueix l'expressió Sig+num tres vegades, separada per un espai per posar altres noms. Manca la clausura del rogatari.

308

1098, juliol, 4

Donació. *Estadil dóna a Déu i a l'església de Santa Maria de l'Estany un alou a Sant Feliuet de Terrassola, prop de l'església.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 56, 270 × 100 mm.
Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Estadil donatrix sum domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni. Per hunc namque modum donacionis dono et presencialiter trado predictae ecclesie Sancte Marie ipsud meum alodium quod habeo super ipsam ecclesiam, iuxta collum de Condamina Crosa. Sunt autem hec omnia terre culte et inculte cum parvo angulo vinee. Que omnia michi advenerunt per vocem parentorum meorum sive per omnes voces. Et est hoc alodium in comitatu Minorise, in parrochia Sancti Felicis de Terracola, iuxta

predictam ecclesiam Sancte Marię. Et habet affrontaciones a parte orientis ad ipsas eras, de meridie in ipsa ecclesia Sancte Marie, de occiduo in podio Susan, de circi in Condamina Crosa. Quantum predictę affrontaciones includunt vel circumeunt, cum exiis et regressis eius, predictum alodium de meo iure in dominium et potestatem iamdicte ecclesie trado ad suum proprium alodium francum. Quod si ego donatrix aut ullus homo vel femina contra istam cartam donacionis venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat vel componam vobis predictum alodium cum omni sua¹ melioracione. Et deincebs hec donacionis carta firma permaneat modo vel omni tempore.

Actum est hoc IIII nonas iulii, anno XXX VIII Philippi regis.

Sig+num Estadil, quę hanc cartam donacionis feci et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Guilaberti Bonifilii. Sig+num Guifredi Bonifilii. Sig+num Bernardi Bonifilii. Sig+num Raimundi Bonifilii. Sig+num Ermeniardis. Sig+num Raimundi Ermemiri.

Gerallus Raimundi, scolasticus, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. sua *repetit*.

309

1098, novembre, 7

Jurament de fidelitat. *Bernat II, comte de Besalú, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i li promet ajut contra tothom excepte contra el comte Guillem Ramon I de Cerdanya.*

A [Original no localitzat.]

B ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 58 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 315), 140 × 125 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, p. 319.

Iuro ego Bernardus, Bisuldunensis comes, tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, quia ab hodie et deincebs fidelis ero tibi per rectam fidem, sine fraude, de omni honore quem habes et homines per te et deincebs per meum consilium habere poteris. Et fidelis ero tibi de tua vita et de omnibus membris tuis. Et adiutor ero tibi de omnibus ominibus¹ de quibus tu mihi mandaveris et volueris. Et faciam tibi ipsum adiutorium per fidem rectam, sine fraude, inter christianitatem et christianos, excepto Guillelmo, Cerdaniensi

comiti. De supradictis autem omnibus ego tibi non tollam neque tollere faciam, et qui tibi inde tulerit aut tollere voluerit, adiutor ero tibi ad tenendum et habendum et defendendum contra omnes homines utriusque sexus per fidem, sine ullo malo ingenio. Et sicut superius scripta sunt hec, ego Bernardus iamdictus comes sic tenebo et faciam tibi, Raimundo comiti iamdicto, sine fraude aliqua, per Deum et haec sancta.

Anno ab incarnatione Christi millesimo nonagesimo VIII, VII idus novembris

1. *La primera i afegida a la interlínia.*

310

[1047-1098], maig

Convinença. *Ramon V, comte de Pallars Jussà, infeuda a Gui Ató d'Assua el castell de la Torre, situat a la vall d'Assua, amb la condició que Gui i els seus hereus en donin la potestat a ell i als seus successors.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 24, núm. 70 (*olim* arm. 3 Lleida, sac C, núm. 144), 145 × 250 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència de dues taques d'humitat.

Datem pels anys del regiment del comte Ramon V de Pallars Jussà.

In Dei nomine. Hec est conveniencia qui est facta inter Remundo comite et Quido Ato de Assua. Et prendi Quido Ato ipso castro pronominato de Torre qui est in Assua. Prendi Quidu Ato iamdicto per¹ sua mano et per suo fevo de Remondo comite in tale conveniencia quod donet ad eum potestate de ipso castro iamdicto per totas vices quod Remondo comite demandaveri aut requiseri per directa fide, sine suo engano de Remundo comite. Et si Remundo comite mors veneri, sic donec potestate Quido Ato ad suos filios de Remon comite ad qui ille dimiseri aut dubitaveri sua onore. Et si ad Quido Ato mors veneri, suos filios aut filio ad qui Quido Ato dimiseri aut dubitaveri ipso castro de Torre donent potestate de iamdicto castro ad Remundo comite per omnia vices quod ille demandaveri aut requiseri per se ipso aut per suos misos per directa fide, sine encano. Et si ad² Remon comite mors veneri et ad Quido Ato similiter, sic teneant et adtendant suos filios de Quido Ato ista conveniencia ad suos filios de Remundo comite ad quod ille dimiseri aut dubitaveri sua onore.

Facta ista conveniencia in mense madio secunda septima.

Auditores et visores Sugner Remon et Berencer Madex et Remon Girbert et Bertran Bertran et Mir Gillem et Remon Bernard.³

Sig+num Remon comite.⁴ Sig+num Quidu Ato.⁵ Sig+num Guillem Quidu.⁶

1. El rogatari escriu l'abreviatura d'aquesta preposició amb una línia volada a una p, tal com s'abrevia la preposició pre. Tot i això hem transcrit la forma correcta per en tots els casos. 2. Segueixen nou lletres, aproximadament, raspades i la resta de la línia en blanc. 3. Segueix +, sense cancel·lar. 4. Signatura sense puntuar. 5. Signatura sense puntuar. 6. Signatura sense puntuar.

311

[1047-1098]

Convinença. *Ramon V, comte de Pallars Jussà, promet a Bernat Hug que el castell de Castellet de Llimiana no el farà encomanar a ningú més que a ell mateix o als seus fills o successors. Per aquesta promesa el comte rep deu unces in rem valentem.*

A [Original actualment no localitzat. Abans a ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 33 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 976)].

a CODOIN, IV, doc. CLXIV.

Datem pels anys del regiment de Ramon V de Pallars Jussà. Editem el text de Bofarull.

In Dei nomine hec est conveniencia que est facta inter Raimundo comite et Bernad Ug. Convenit Raimundo comite ad Bernad Ug quod non faciat eum comendare per ipso chastro de ipso Chastelet a nullo homine set non est a semedipso aut a suos filios aut a sua posterita. Et per hoc donat ad eum Bernad Ug X uncias in rem valentem.

312

[1047-1098]

Capbreu. *Relació dels homes d'Orcau obligats a donar parada al comte Ramon V de Pallars Jussà i dels que pertanyen a la dominicatura del comte.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3407, 60 × 265 mm. Bon estat de conservació malgrat que en alguns punts ha desaparegut la tinta.

Datem pels anys de regiment del comte Ramon V de Pallars Jussà.

Hęc est memoria de illa parata que Reimundus comes debuit abere in Orchallido: in pri[mis] Duran [de Viv]er¹ debuit parata donare et Galin Langovard et Agila Guansamio, et Guillem Albar et filios de Bellus, et Gem[...]² fi[li]u[m] de Ennego Trusiano, et Guadamiro Ramio et Barone Tudisclo, et Compang Auricula et Geduza, et Chixilo et Sarra, et Duran G[a][i]no et Abon frater eius, et Galin Adrover et Oriol Mesner, et Mir Odger et Ennego Peba, et Igila et coniuix eius Bergundio, et Pessedunius de Ferreras et Andrias de Sexo, et Asnerius Bernagerius et Salomon Frebero, et Saporello et Langovardo de Via Antiga, et Galin Regella et Asnero Paterno,³ et Baron de Erolas et Ansulfo,⁴ et Bernardus Dacho et Seniofret Adarans, et Exclua Macarulla et Ennego Banzo, et Petro Adrover et Engelia de Porta, et Radulfo Baron et Arnall Roztang.

Hoc est de dominicatura: in primis Tudisclo Bellitas et Petro Duran, et Miro Ratulfo et Oriol Giter, et Dato Coltellera et Onofret Duran, et Guafreda et Richulfo Elsenna, et Vital Bellus et Miro Duran de Oliva, et Salomon Balliva et Elseu.

1. *Segueix un espai d'aproximadament cinc lletres, raspat.* 2. *Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible.* 3. *Segueix et i, aproximadament, sis lletres ratllat.* 4. *Segueix et Auro Seniofret, ratllat.*

313

[1055-1098]

Jurament de fidelitat. *Miró Bernat de Bellera jura fidelitat a Ramon V i Valença, comtes de Pallars Jussà.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3153 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 347), 80 × 175 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 38c.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 99.

Datem el document pels anys comuns dels comtes Ramon V i Valença de Pallars Jussà.

Iuro ego Mironi Bernard de Bellera ad te Raimundo comite et Valencia comitissa que de ista ora in ante fidels vos seré et bona fide vos portaré¹ sicut homo debet facere ad suos meliores seniores cuius solius est. Et non vos decebré ni decebré non vos faré de vestras vitas neque de vestris membris, neque de vestra honore neque de vestros homines que hodie abetis nec in ante achaptare poteritis. Et contra vos non abeam nullum² seniozem

neque seniores nec faciam nec ritineam. Et adiutor vos seré contra cunctos homines vel feminas. Et de illa honore que michi abetis comendata et in ante comendaretis michi fideles vos en seré et potestate vos en daré ad vos et ad filios vestros chui vos dimiseritis vestra honore.

Sicut superius scriptum est, si vos o tenré et si vos atendré per fide, sine enganno. Per Deum et sanctis istis.

1. *Segueixen dues lletres esborrades.* 2. *nullum afegit a la interlínia.*

314

[c. 1098]

Convinença. *Pere Ramon I, comte de Pallars Jussà, cedeix al seu germà Arnau Ramon el castell de Talarn, d'acord amb el testament del seu pare; a canvi, Arnau Ramon es fa home del seu germà.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 8 (*olim* arm. 3 Lleida, sac P, núm. 307), 275 × 125 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 76.]
 a VALLS TABERNER, *Els orígens*, p. 50.
 b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 77.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 93.

Datem per l'any estimat de la mort del comte Ramon V, atès que hem considerat que aquest document és un acord per a l'execució del seu testament.

In Dei nomine. Hec est conveniencia qui est facta inter Petro Raimundi comite et Arnallo Raimundo suo fratre. Que abeat Arnallus ipso castro de Talarn in tale conventu que per ipso castro suo homine siat comendato Arnallus Raimundi de Petro comiti. Et abeat Petrus comes in ipso castro et in ipsa villa de Talarn intrare et exire et guerreiare contra totos homines et feminas per directa fide, sine inganno de Petro comite. Et abeat Petrus comes hostes et cavalcatas et placitos de ipsos seniores qui tenent ipso castro et qui sunt logati de ipso fevo de Talarn; similiter abeat hostes et cavalcatas de ipsos pedones de Talarn. Et si venit¹ in obertura de istos seniores qui hodie tenent ipso castro de Talarn, ipsos seniores qui tenerint ipso castro et ipso fevo de Talarn sic faciant similiter hostes et cavalcatas² et ipsos placitos ad Petro comite³ sicut superius scriptum est. Et convenit Arnallus iamdicto que adiuvet ad Petro suo fratre ad tenere et ad defendere et a guerraiare sua honore contra totos homines et feminas. Et Petro comite similiter convenit ad Arnallo ut adiuvet sua honore ad tenere et ad defendere⁴ et ad guerraiare contra totos homines

et feminas. Et hoc totum mandavit Raimundo comite quomodo superius scriptum est. Et mandavit Raimundus comes que non donasset⁵ potestatem Arnallus iamdictus de ipso castro de Talarn a Petro comite si non erat per bauzia conprobata. El hoc totum quomodo superius scriptum est sic teneat et adtendat Arnallo⁶ iamdicto per fide, sine ullo⁷ inganno, ad Petro comite.

Sig+num Petro comite +. Sig+num Arnallus Raimundi.

Sig+num Guarmundus, Sig+num Arnallo Petri, Sig+num Petro Ponci, Sig+num Miro Mironi, Sig+num Gerberto Bertrandi, Sig+num Miro Iozperti, testes sunt.

Baron clericus, rogitus scripsit (*senyal*).⁸

1. i corregeix e. 2. Segueix faciant, ratllat. 3. ipsos placitos ad Petro comite escrit a sobre d'una raspadura. 4. Segueix et, ratllat. 5. donass escrit a sobre d'una raspadura. 6. Segueix una línia horitzontal de separació del text. 7. ullo afegit a la interlínia. 8. Segueix sub die et anno quo supra probablement afegit i esborrat.

315

1099, març, 13

Confirmació. *Berenguer Sunifred de Lluçà, arquebisbe de Tarragona i bisbe de Vic, confirma les possessions del monestir de Sant Joan de les Abadesses.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 59, 450 × 160 mm.
Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 316-319.

Cit. JUNYENT, *El monestir*, pp. 45, 46.

Anno Dominice incarnationis nonagesimo octavo post millesimum. Domnus Berengarius, sanctę Tarrachonensis ecclesie archiepiscopus et Ausonensis episcopus, divino compuctus amore atque metuens ne adquisicionem quam fecerat de abbatia Sancti Iohannis Rivipollentis, qui dicitur de Abbatissis, obsessę vel eidem loco vel sibi quocumque tempore aut post mortem eius aut etiam eo vivente dimisit, dereliquit, refutavit et diffinivit eandem abbatiam Sancti Iohannis, cum omnibus quę sui iuris sunt ubique terrarum, tam cum his quę antiquitus eadem ecclesia obtinuit vel quocumque modo tenuit vel abuit vel abere debuit, quam cum his quę moderno tempore ab aliquibus adquisisse dinoscitur, in potestatem eiusdem Sancti Iohannis atque in manum domni Bernardi, comitis Bisullunensis, quam diffinicionem omnino facio absque omni subplantacione, ego, prephatus Berengarius, Tarrachonensis

archiëpiscopus, de omnibus quę idem Sanctus Iohannes abet vel abere debet in his comitatibus scilicet Rivipollensi, Ausonensi, Bergitanensi, Cerritaniensi, Conflueto, Vallespirensi, Rossilionensi, Bisullunensi, Petralatensi, Impuritanensi, Gerundensi et Barchinonensi ac Urgellensi, sicut ullo unquam tempore melius sciuntur esse vel fuisse Sancti Iohannis. In his comitatibus quicquid aliquibus dedi, tam clericis quam laicis, de honore Sancti Iohannis omnia diffinio et reddo eidem Sancto Iohanni, non solum terras et mansos, sed etiam ecclesias et capellanas atque baiulias, ita quod per meam donacionem vel vocem amplius non valeant illa requirere vel abere vel quocumque modo retinere, sed sint cuncta in adapertura et in dominicatura Sancti Iohannis. Omnes etiam illos fevos quos avunculus meus, Guillelmus episcopus, dedit de honore Sancti Iohannis et ego post illum dedi vel etiam in eius vita similiter ex toto reddo et dimitto Sancto Iohanni. Eodem modo tota a mei voluntate reddo et diffinio eidem Sancto Iohanni omnem dominicatura Sancti Quirici, quę est in comitatu Ausonensi, et omnem ipsam de Clavedellis et ipsam de Pino et ipsam dominicaturam de Petrafita, cum ipsa domo quam construxi iuxta ecclesiam Sancti Petri, ita ut ex hinc illa domus sit propria Sancti Iohannis,¹ cum omnibus hedificiis ibi factis et omnem dominicaturam de Vico et ipsum mansum de Tonna, quem nulli unquam dedi. Et si quid aliud est in omni terra quod possit deprehendi fuisse vel esse Sancti Iohannis cuius diffinicionis et evacuacionis pactum ita firmum et autenticum esse dispono atque confirmo, quod nec mihi nec alicui persone liceat infringere vel in quocumque divellere, sed eternum obtineat robur omni tempore. Si qua vero persona in crastinum magna vel parva, secularis vel ecclesiastica, contra hanc meę diffinicionis auctoritatem venire temptaverit vel ea quę diffinio auferre vel retinere atque in quocumque molestare presumpserit, postquam semel, bis et tertio fuerit [c]ommonita,² nisi statim emendaverit, excomunicacioni subiaceat posita extra limina omnium ecclesiarum Dei donec respiscat et ad dignam satisfaccionem veniat; et quamdiu in ipsa excomunicacionis rebellionem permanserit, nullus christianus ei ave dicat neque celebrare cum eo convivium presumat neque societatem osculi exhibeat, sed separata a Dominici corporis et sanguinis participacione atque humanitate sepulture carens, anathemati, quod dicitur maranatta,³ subiacet donec digne satisfaciatur et canonice respiscat.

Acta scriptura III idus marci, anno XXX^o VIII regni regis Philippi.

Berengarius, gratia Dei Terraconensis archiepisopus* +, qui hanc diffinicionem feci, firmavi firmarique rogavi et hanc excomunicacionem feci et laudo.

Raimundus, archidiaconus et abbas*. Sig+num Udulardi, vicecomitis. Sig+num Guillelmi Bernardi de Duocastella. Sig+num Arnalli Arnalli de Lerc. Sig+num Arnalli, archidiaconi de Guardia. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Petri Raimundi de Mata. Sig+num Raimundi Mamfredi +. Sig+num Guillelmi Guisalli de Luca. Sig+num Bernardi Ermengaudi de Medalla.

Iohannes, clericus Sancti Petri Rivipollensis ecclesie, qui hanc diffinicionem scripsit, cum litteris dampnatis in VII linea, prephato die et (*senyal*) anno.

1. *Segueix* cuius deffinicionis et evacuaciones pactum, *ratllat*. 2. *Manca*.
3. *La segona t afegida a la interlínia*.

316

1099, març, 30

Donació. *Bernat Adalbert de Navata dóna en alou a Bernat II, comte de Besalú, el castell de Navata.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 60 (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Narcís, núm. 17), 340 × 145 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 8.]
a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, p. 320.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 503.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 169, 202, 204.

Aquest document presenta a continuació el jurament de fidelitat de Bernat Adalbert de Navata al comte Bernat II de Besalú. Contemplem separadament aquests documents (vegeu el document núm. 317).

Notum sit omnibus hominibus futuris et presentibus quoniam ego, Bernardus Adalberti de Navata, dedi tibi domne Bernarde, gratia Dei Bisullunensis comes, ad tuum proprium alodium, ipsum castrum de Navata cum omni fortitudine que ibi est vel in antea quocumque modo erit et cum omni spacio terre in qua castrum vel omnis fortitudo ibi constructa vel construenda sedet, et cum omnibus vallibus interioribus et exterioribus et cum omnibus que ibi ad fortitudinem pertinent vel pertinebunt, ita ut deinceps sint ista omnia tuum proprium alodium ad faciendam omnem tuam voluntatem sine omne retentu et sine omne engan. Quem omnia sunt in comitatu Bisullunensi, in terminio parrochie Sancti Petri de Navata. Contingunt vero michi paterna hereditate vel aliarum

vocum racione. Sicut superius sunt scripta vel in loco in quo continentur abentur condirecta vel in futuro sunt melius abenda, de meo iure in tuum trado dominium et potestatem ad exercendum omne tuum velle, cum ingressibus et egressibus suis et cum affrontacionibus suis ex omni parte. Et est manifestum. Quam donacionis scripturam nec mihi nec alicui liceat infringere, quod si quis voluerit facere in triplo cogatur componere cum omni sua melioracione. Et postmodum maneat inconvulsa omni tempore.

Acta scriptura donacionis III kalendas aprilis, anno XXX^o VIII^o regni Philippi regis.

Sig+num Bernardi Adalberti de Navata, qui huius scripturam donacionis fieri iussi, firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Petri Raimundi de Mata. Sig+num Bernardi Petri de Solario. Sig+num Bernardi Arnalli de Solario. Sig+num Raimundi Geraldi. Sig+num Petri Geralli. Sig+num Arnalli Petri de Malla.

Iohanes, clericus Sancti Petri Rivipollensis ecclesie, qui hanc scripturam rogatus scripsit die annoque (*senyal*) prefixo.

317

[1099, març, 30]

Jurament de fidelitat. *Bernat Adalbert de Navata jura fidelitat a Bernat II, comte de Besalú, li promet servei contra tothom i es compromet a donar-li la potestat del castell de Navata.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 60 bis (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Narcís, núm. 17), 340 × 145 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII perduda. *Liber feudorum maior*, f. 9.]

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, p. 321.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 504.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 169, 202, 204.

Aquest document acompanya la donació en alou feta per Bernat Adalbert de Navata al comte Bernat II de Besalú el 30 de març de 1099, data que li assignem. Contemplem separadament aquests documents (vegeu el document núm. 316).

Iuro ego Bernardus Adalberti de Navata, filius Adalaidis femine, tibi domne Bernarde, Bisullunensis comes, fili Stephanie comitisse, quod ab hac ora et deinceps quandiu vixero, per directam fidem, sine engan, fidelis ero tibi de omnia vita tua et¹ de omnibus membris tuis que in corpore tuo se tenent et de omni honore tuo quem hodie abes in omnibus locis vel in antea ad meum consilium adquisieris. Et adiuvabo te contra omnes homines

vel feminas qui voluerint tibi tollere honorem tuum vel aliquid de predicto honore. Insuper, iuro tibi quod ero tibi fidelis de ipso castro de Navata quod modo ibi est vel in antea erit melius quod accepi per manum tuam. Et teneo et abeo per manum tuam quod dabo tibi potestatem de eo quotienscumque requisieris me inde per te aut per tuos nuntios et non vetabo me inde videre, sed ero tibi fidelis quandiu vixero et de eodem castro et de omnibus in quibus homo debet esse fidelis suo meliori seniori. Sicut superius scriptum est sic tenebo et attendam tibi ex toto quandiu vixero. Per Deum et hæc Sancta.

1. et afegit a la interlínia.

318

1099, abril, 2

Venda. *Ramon Berenguer i Pere Berenguer venen a Ramon Sunyer i la seva esposa Garsenda uns masos al castell d'Òdena pel preu de vint unces d'or de València in rem valentem.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 61, 330 × 125 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergami.

Continet Liber Iudicum quod vendicio si fuerit facta per scriptura roborata et firmata suam obtineat firmitatem. Idcirco, in Dei nomine, ego Reimundus, prolis Berengarius, et Arnallus Berengarius et Petrus Berengarius venditores sumus vobis Reimundus, prolis Suniarii, et coniux tua Gersen, emptores. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus nos vobis mansos nostros cum terris et vineis et cum illorum arboribus eiusque ieneris et cum omnia edificia que ad ipsos mansos pertinent vel pertinere debent. Qui nobis advenit omnia hec per parentorum vel per quali[cum]que¹ voces. Est autem omnia hec in comitatu Ausona sive de Minorisa, infra termineis de kastrum Odena. Habet affrontationes iamdicta omnia a parte unde Febus oritur, ubi vocant Abbella, de mesimbrie ad ipsa turre qui iam fuit condus de Sunner, de occidentali vero parte ubi vocat Pug Gross, de circi vero plaga in termineo de Chastro Bellich. Quantum hoc terminos ambiunt et retinunt et infra includunt sic vendimus vobis iamdicta omnia, id sunt, in casis et casalibus, terris et vineis, ortis, ortalibus, silvis, garricis, pratis, pastiferis, fontanulis et fontis, aquis aquarum cum illorum discursis et cum omnia ienera arborum pomiferis vel inpomiferis et cum ipso servicium quem inde exire debet et cum ipso sinnoriu

atque districto que ibi nos abere debemus, propter precium uncias XX^{ti} de auro Valencie in res valentes. Et est manifestum. Et sic de nostro iuro in vestro tradimus dominio et potestate ad faciendas vestras volumptates. Quod si nos venditores vel posteritas nostra vel cuiuslibet omo vel femina qui hanc carta inquietare voluerit in duplo vobis componat cum omni sua melioracione. Et in ante[a]² anc cartam suam abeat firmitatem.

Facta hanc carta vendicio IIII nonas aprili in anno VIII^{no} post XXX^{mo} regni rege Philipo.

Sig+num Reimundus Berengarius, Sig+num Arnallus Berengarius, Sig+num Petrus Berengarius, qui hanc carta rogavimus scribere et testes firmare et manus nostras firmavimus.

Sig+num Bernard Gerovard. Sig+num Udalger Guillem. Sig+num alio Udalger Ysarn. Sig+num Petrus Remon

Et nos iamdictos emptoires facimus convenientia inter nos ambos ut iamdicta compracione³ teneamus pariter de vita nostra et post⁴ nostro obitum de nos ambos solidum et liteum remaneat et ad ipsos infantes de Remon Sunner ad cuius ille dubitaverit post nostro obitum de nos ambos

Arnallus presbiter, qui hanc carta rogatus scripsit sub (*senyal*) die et anno et notato tempore.

1. Manca. 2. Manca. 3. cione *afegit a la interlínia*. 4. post *afegit a la interlínia*.

319

1099, abril, 20

Convinença. *Bernat II, comte de Besalú, encomana a Dalmau Berenguer de Carmenchó el castell d'Hortal i li dóna l'alou que el seu pare havia tingut per ell. A canvi, Dalmau promet fidelitat i servei al comte.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 62 (*olim* arm. 4 Girona, sac A, núm. 221), 460 × 100 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Liber feudorum maior, f. 65a-b.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 322-323.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 517.

Hec est convenientia facta inter Bernardum, gratia Dei Bisillunensem comitem, et Dalmacium Berengarii de Carmenco. Comendat namque idem comes iamdicto Dalmatio ipsum castrum quod dicitur Ortdal et donat ei omnem alium honorem quem pater

eius tenuit pro eo et ipse tenet. Propter hoc convenit iamdictus Dalmatius prefato comiti quod sit ei fidelis omni tempore vite sue sicut fidelis homo debet esse suo meliori seniori, et quod adiuvet eum sicut melius potuerit de omnibus hominibus quos ipse voluerit gerregare vel de quibus voluerit se defendere. Et convenit quod faciat illi hostes et cavalcadas et seguios et omnia alia servicia que fidelis homo debet facere suo meliori seniori quocienscunque ipse comes perceperit iamdicto Dalmatio per se aut per suos nuntios, in terra sua et extra terram suam. Et convenit ut adiuvet illum contra cunctos homines et feminas qui voluerint comiti tollere honorem suum vel aliquid de eo sicut melius potuerit. Et super hoc venit comes ad finem cum iamdicto Dalmatio de omnibus querelis quas de eo abebat.

Acta scriptura convenientiarum XII kalendas mai, anno XXX VIII regni regis Philippi.¹

Sig+num Dalmatii Berengarii, qui hanc convenientiarum scripturam fieri iussi, firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Bernardi Raimundi. Sig+num Petri² Raimundi. Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Bernardi Arnalli.

Petrus, levita et monachus, qui hanc scripturam rogatus scripsi die annoque prefixo.

1. i *corregeix* o. 2. i *corregeix* o.

320

1099, agost, 6

Establiment. *Ramon Guillem i la seva esposa Ermengarda estableixen a Udalard de per vida una terra i un molí a Arraona, prop del riu Ripoll, a canvi del terç del molí, el quart de la terra i altres censos.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 57 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 746), 405 × 60 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergami i que la tinta està una mica esvanida.

In nomine Domini. Ego Raimundus Guillelmus et uxori mea Ermeniardis donatores sumus tibi Udalardus. Per hanc scripturam donamus tibi terram cum trileam et mulinum quod tu ibi constructum abes, quod abemus in comitatu Barchinone, infra termines Arrahone, iuxta Rivipollentis. Affrontat de orientis in Rivipollentis, de meridie in terra Sancti Laurentii, de occiduo in ipsas ripas et circi in fevum et in terram condam filliis Raimundo. Quantum

has affrontaciones includunt sic donamus vobis ita conventu ut de ipso mulino dones nobis ex hos que inde exierit ipsa terciam partem extra ipsam decimam quod ibi abet Sancti Salvatoris et opera ferrarii et ipso brazatico¹ et ut ibi ipsum mulinum bene condirigas et edifices, et de ipsam trileam dones nobis ipsam medietatem, et de ipsa alia terra ipso quarto; et si ibi mittere vulerimus medietatem seminis, abeamus ibi ipsa medietate² extra ipsa manedia quod tibi ibi damus. Et pro ipso mulino et ipsam manediam dones nobis per unicuique anno perna I obtima³ de porco. Et sub hanc conveniencia damus tibi tenere et abere dum vivas; postquam obieris remaneat totum quod tibi damus ad Sancti Salvatoris ita ut nos ibi abeamus. Hoc quod apud te retinemus ibi dum vivi fuerimus, postquam obierimus solida et libera ea omnia deveniat in potestate Domini Salvatoris cum omne earum melioratio. Quod si nos donatores aut ulloque homo qui contra hanc donatione pro inrumpendum venerit aut venerimus, nil prosit, sed componat aut componamus tibi ea donatio in duplo cum sua melioratione. Et in antea hoc maneat firmum omne per evum.

Actum est hoc VIII idus augusti, anno XXX VIII regni regis Phylippi.

Sig+num Raimundus Guillelmus, Sig+num Ermeniardis, nos qui hanc donationem facimus, firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Petrus Bernardo. Sig+num Guillelmus Guillelmi. Sig+num Guillelmus Guilabert.

Raimundus sacerdos, qui hec scripsit cum litteras, cum literas superpositas, (*senyal*) die et anno quod supra.

1. et ipso brazatico *afegit a la interlínia*. 2. et si ibi mittere vulerimus medietatem seminis, abeamus ibi ipsa medietate *afegit a la interlínia*. 3. obtima *afegit a la interlínia*.

1099, octubre, [18]

Donació. *Folc II, vescomte de Cardona i bisbe de Barcelona, dóna l'església de Santa Maria del castell de Tagamanent a l'abat Bigó i al monestir de Santa Fe de Conques, com a reparació del desordre causat a l'esmentada església per un cas de simonia.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 63 (*olim* arm. 9 Vic, sac D, núm 184), 335 × 230 mm. Bon estat de conservació.

Hem interpretat *feria V in crastinum post festivitatem Sancte Fidis* com el dijous després d'aquesta festa, que correspon al dia 18. Si interpretéssim *crastinum* com l'endemà, s'hauria de datar el document el dia 15, que fou dilluns l'any 1099.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Fulco, Dei gratia Barchinonensis episcopus et vicecomes Gardone,¹ pro remedio et salute anime mee, patris matrisque necnon Hermensendis vicecomitis, cognate mee, atque Bernardi² Amati vicecomitis, nepotis mei, fratrumque suorum ceterorumque parentum meorum, tam vivorum quam defunctorum, dono Deo et Sancte Fidi de Conchis, necnon Begoni, abbati, monachisque, tam presentibus quam futuris, eiusdem loci, ecclesiam meam de castro quod vocatur Tagamanent, eo quod ad presens per simoniam male erat ordinata, que mihi contigit tum pro hereditate parentum meorum, tum pro clericalitu quem gratias Deo assumpsi. Hoc autem facio cum omnibus terminis suis et ecclesiasticis rebus ad se iure pertinentibus quas unquam habuit ipsa ecclesia vel habet ad presens vel habere debet aut in futurum Deo auctore adquisierit. Quatenus subprioratu per manum semper abbatis Sancte Fidis fiat ibi habitatio monachorum secundum possibilitatem loci, qui pro me et omni progenie mea implorent iugiter misericordiam Domini. Sit itaque hoc donum manendo sic perpetua stabilitate firmam ut nunquam aliquis in posterum de progenie nostra hoc donum infringat vel conturbet, sed semper Deo et Sancte Fidi omnes successores nostre prosapie tenere et possidere quiete faciant, quatenus partem in regno celorum habeant. Si quis vero huius nostre donationis in futurum temere violator extiterit et admonitus emendare contempserit se incurrere iram Dei et innodandum vinculis perpetui anathematis sine dubio noverit. Est autem hec ecclesia in episcopatu Ausonensi, sursum in cacumine predicti castri posita, in confinibus Barchinone et ipsius Ausone necnon fere de Gerunde.

Facta donatione ista apud Gardonam,³ in ecclesiam Sancti Vincentii, in presencia domni Pontii, Rotensis episcopi, atque Bonefacii, Sancte Fidis monachi, qui hoc donum adquisierunt et acceperunt coram priore et canonicis⁴ eiusdem loci, anno ab incarnatione Domini millesimo XC^{mo} VIII^o regnante⁵ Philipo, rege francorum, mense octobris, feria V, in crastinum⁶ post festivitatem Sancte Fidis.

Signum Fulconis episcopi*, qui hanc donationem fecit.

Signum Pontii episcopi et Bonefacii monachi. Signum Petri, abbatis Agerensis. Signum Geraldii prioris. Signum Bertrandi et Guillelmi canonicorum.

Ego Bernardus, Toletane sedis archiepiscopus et sancte romanę ecclesię legatus, hanc cartam donationis confirmo +.⁷

1. *En lloc de Cardone.* 2. *r afegida a la interl nia.* 3. *En lloc de Cardona.*
4. *ni afegit a la interl nia.* 5. *En lloc de regnante.* 6. *carastinum al text.* 7. *Manca la clausura del rogatari.*

322

1099, desembre, 19

Donaci . *Arnau Arbert i Ramon Arbert donen a Adelaida i Ermessenda el mas Vila, a Pineda.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, n m. 64, 240 × 160 mm.
Bon estat de conservaci .

Cit. BALARI JOVANY, *Or genes*, p. 109.

Res donate si in presenti sunt tradite nullomodo postmodum repetantur a donatore. Quapropter, in Dei sempiterni regis nomine, ego Arnallus Arberti et Reimundus Arberti, tali legis auctoritate suffultu, de bona voluntate et gratis animis, donatores sumus vobis Adalaidis¹ femine et Ermessindis femine. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donationis donamus vobis alodium nostrum proprium, scilicet mansum quod vocant de Vila, cum terris et vineis et arboribus de diversi generis et mansiones constructas atque destructas et cum exitibus et regressibus earum, et hoc totum ad predictum mansum pertinentibus. Iterum namque damus vobis alium mansum quod vocant Sala de Prads cum suis pertinenciis et suis affrontacionibus et cum exitibus et regressibus earum, simul etiam cum hoc totum ad predictum mansum pertinentibus. Iterum namque damus vobis sacrarios duos ad portam² ecclesie Sancti Petri de Pineda cum affrontacionibus earum et cum exitibus et regressibus suis. Et in alio loco damus vobis ipso campo quod apellant de Ladrer cum exitibus et regressiis suis et cum affrontacionibus, simul etiam cum ipsa vinea quod vocant de Serra et tres pecias de vineas qui sunt prope predicta vinea de Serra. Et iterum damus vobis pecias IIII de terra in plano quod apellant Rivo de Alfata cum suis pertinenciis et affrontacionibus et cum exitibus et regressibus suis. Est namque predicta omnia in comitatu Gerundensi, in parroechia Sancte Marie Pineda. Advenit nobis predicta omnia per genitores nostros sive per parentela voce et per emptionibus sive aliis modis aut vocibus. Habent namque terminio atque affrontaciones a parte³ orientis in collo de Bancell,

a meridie in undas maris, ab occiduo in ipsa riera de Pineda, a circio in Palomera. Quantum autem predicti termini concludunt atque terminant ad integrum sic donamus vobis Adalaidis⁴ et Ermessindis predicta omnia sicut nos ibi abemus vel abere debemus qualicumque modo aut voce et de nostro iure atque dominio cum omnibus earum ingressibus atque regressibus sic tradimus in vestrum dominium et potestatem ad faciendum exinde hoc totum quod vobis placuerit omnibus modis. Si vero nos Arnallus et Reimundus, predictis donatores, aut aliquis utriusque ordinis homo hanc scripturam istius nostre donacionis temptaverimus disrumpere vel infringere sive temptaverit componamus vobis Adalaidis⁵ et Ermessindis sive componat prescripta omnia in triplum. Et postmodum hoc maneat semper firmum. Prenominatis vero mansis et terris et vineis cum suis affrontacionibus damus vobis vestram licenciam faciendi.

Que facta anni Domini XC VIII post millesimo, XIII kalendas ianuarii, anno XL^o regni regis Philipi.

Sig+num Arnallus, Sig+num Reimundus, nos qui hanc donacionem fecimus scribere et firmavimus et testes firmari rogavimus.

Sig+num Bernardus Guillelmi. Sig+num Gersindis. Sig+num Rutilandi Bermundi. Sig+num Bernardus Iaucefredi. Sig+num Mironis Guadalli. Sig+num Reimundus Archiballi.

Reimundus sacer, qui hanc cartam donacionis scripsit, cum litteras rasas et emendatas ubi dicit *Adalaidis*, sub die et an (*senyal*) no quo supra.⁶

1. Adalaidis escrit a sobre d'una raspadura. 2. r corregeix s. 3. r corregeix s. 4. Adalaidis escrit a sobre d'una raspadura. 5. Adalaidis escrit a sobre d'una raspadura. 6. L'escrivà, inicialment, va clausurar el document una mica més avall. Aquesta clausura, en la qual no constava l'esmena, va ser anul·lada tot tallant el pergami pel mig de la línia, de manera que es pot seguir la lectura del text d'acord amb la meitat superior de les lletres. Després de fer aquest tall, l'escrivà va fer la clausura nova una mica més amunt.

1099, desembre, 23

Venda. *Guitard Vives, la seva muller Bonafós i els seus fills Ermenarda, Bonadona i Pere venen als esposos Ricard Guillem i Ermesenda una terra al territori de Barcelona, al terme de Magòria, pel preu de quatre unces i mitja d'or rovals de València.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm 65 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 828), 120 × 265 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 53.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, p. 69. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 104.

In nomine Domini. Ego Guitardus Vivani et uxori mea Bonifos femina et filias suas et filio Ermeniardis et Bonedonne atque Petrus¹ pariter in unum venditores sumus tibi Ricardi Guillelmi et uxori tue Ermesindis femina emptores. Per hanc scripturam istius nostre vendicionis vendimus vobis peciam unam terre quod abemus in territorio Barchinone, in terminio de Mogoria. Advenit nobis per ienitorum et per comparacione sive per ullasque voces. Terminatur autem a parte orientis in vineis vestris, a meridie in strata, de occiduo in vineis Sancti Mikaelis, a circio in vineis canonicam Sancte Crucis. Quantum iste affrontaciones includunt, sic vendimus vobis iamdictam peciam terre ab integre simul cum exiis vel regressiis earum propter precium uncias IIII^{or} et mediam auri Valencie de rovalles, quod vos emptores precium nobis dedistis et nos manibus nostris recepimus nihilque ex ipso precio aput vos remansit sicut satis est manifestum. Predicta quoque peciam terre que vobis vendimus, de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ab omni integritate ad omnia que volueritis facere ad vestrum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aut ullusque² homo utriusque sexus qui contra hac ista carta vendicione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus vobis prefata hec peciam terrę in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta vendicione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc X kalendas ianuarii, anno XL regni regis Philippy.

Signum+ Guitardi Vivani, Signum+ Bonifos femina,³ Signum+ Ermeniardi, Signum+ Bonedonne, nos qui hanc vendicionem fecimus et firmamus atque testibus eam firmari rogavimus. Signum+⁴ Petro, filio eius.

Signum+ Petro Dominici. Signum+ Petro Bernardi. Signum+ Berengari* levita. Signum+ Iohannis Arberti.

Signum+ Iohannis, presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris⁵ superpositis et fuis in linea I et XIII, die et anno quo supra.

1. Petrus *afegit a la interlínia*. 2. *La segona u corregeix a*. 3. *Segueix Ermeniardis, ratllat*. 4. *Segueix e, sense cancel·lar*. 5. *La darrera i corregeix a*.

324

1100, agost, 27

Venda. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, ven a Guerau Bernat una casa al suburbi de Barcelona, als Arcs Antics, i una peça de terra fora del burg, davant del clos de la canònica de Santa Creu i Santa Eulàlia, pel preu de trenta-vuit unces d'or rovals in rem valentem.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 67 (*olim* Segona caixa, sac B, núm. 110), 310 × 320 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 364. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 107.

Auctoritate legali decretum est ut vendicio que per scripturam iustissimę hac legitimę fuerit scripta dummodo in his dies et annis fuerit evidenter expressus nullatenus inmutari permittimus. Quapropter, in Dei nomine, ego Raimundus Berengarii, comes et marchio, venditor sum tibi Gerallo Bernardi. Per hanc quippę scripturam istius meę vendicionis sic vendo tibi alodium meum proprium. Hec sunt domos et curte, parietibus cum solis et suprapositis, guttis et stillicidiis, hostiis atque limitis, ianuis, foveis et cloacis cum suis apertinenciis, et peciam unam terre cum suis apertinenciis. Sunt autem prefatas domos in suburbio urbis Barchinone nominati ad ipsos Archos Antiquos, et predictam peciam terre est foris burgo civitatis Barchinone, ante trileam chanonicę Sanctę Crucis Sanctęque Eulalie. Advenit autem michi haęc omnia pretaxata tali voce eo quod dicebam qui a iuris mei debebant esse eo quod Guilbertus Bunucii et uxor sua non habuerunt infantes, quia ita usus fuit ut cęteri comitibus in transactis temporibus de ipsis hominibus qui infantes non relinquerunt omnia quod habebant debebat esse de comitibus.¹ Affrontant namque prelibatas domos et curte ab oriente in casales Raimundus Guitardi, a meridie et ab occiduo in domos Bonefilii Bunucii et Petri Bunucii uterque fratres, a circio in platea. Item affrontat iamdicta peciam terre ab oriente et a circio et ab occiduo in alodio Mosse Iuscifiano et in ipso arinnario, a meridie in itinere publico. Sicut supradicti VIII termini concludunt, sic vendo tibi prescriptas domos at² curte cum arboribus et trilea et puteum qui intra est, et predictam peciam terre ab intregre cum omnia eius apertinencia acque³ detinencia, hac de meo iure in tuum trado dominium et potestatem cum ingressus et regressus earum ad quodcumque volueris faciendum ad tuum plenissimum proprium alodium sine ullu retentu. Accipio quoque a te propter

prefata omnia uncias XXX VIII auri rovals, quod tu dedisti mihi in precio et ego recepi atque accepi in rebus bene valentibus, sicut hic auctorizo est manifestum. Hanc ergo scripturam istius mee vendicionis si ego venditor aut alicui utriusque sexus hordinis homo disrumpere vel infringere temptavero sive temptaverit componam tibi Gerallo Bernardo prescripto sive componat predicta omnia in triplum. Et postmodum quod maneat semper firmum.

Quod fuit actum VI kalendas septembris, anno XLI regni regis Filippy.

Sig+num Raimundi comes*, qui hanc vendicionem feci, firmavi litteratim et testes firmare rogavi.

Sig+num Guilabertus. Sig+num Raimundus Renardi. Sig+num Deusdedit*. Udulardo vicecomes. Sig+num Arbertis Bernardi vicarii. Sig+num Guillelmus Raimundi senescalci. Sig+num Ricardi Guillelmi. Sig+num Berengarii Bernardi.

Sig+num Poncii subdiachoni, qui haec scripsit, cum litteris fuis et emendatis in linea XV, die et anno quo supra.

1. *La segona i corregeix e.* 2. *En lloc d'ac.* 3. *En lloc d'atque.*

325

1101, gener, 13

Empenyorament. *Els esposos Ramon Guillem d'Òdena i Ermengarda i Pere Guillem d'Òdena i Ermessenda empenyoren a Ricard Guillem i a la seva muller Ermessenda el castell d'Arraona amb totes les seves pertinences, per raó d'un préstec de quaranta lliures de plata que els han fet per poder viatjar a Jerusalem.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 68 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 712), 280 × 240 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a CONDE, *L'archivio*, doc. 54.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 499, 702, 720. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 55, 58, 192. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 137.

Ad noticiam cunctorum deducere satagamus quod nos Reimundus Guillelmi et Petrus Guillelmi de Odena cum uxoribus nostris Ermeniardis et Ermissindis inpignoramus vobis Ricardo Guillelmi et uxori tue Ermessindis alodium nostrum proprium, castrum videlicet de Arrahona cum omnibus terminis suis et pertinencias; cum

molendinis et aqueductibus et reductibus et pratis atque pascuis et ortis et terris cultis et incultis et mercato et vineis; potestatem quoque ipsius castri et stacionem et senioraticum atque convenien-
ciarum paginas quas cum ipsis castellanis habentur et quicquid ibi habemus vel quocumque modo¹ habere debemus ad integrum, sine malo ingenio; propter libras quadraginta de plata, in unoquoque solido argencium unum cuiuscumque metalli continente, tantum quas vos nobis prestastis ad iter Iherosolimitanum perficiendum, quod Deo mediante peragere disponimus. Hec itaque omnia que inpignoramus vobis sine engan, de nostro iure in vestrum dominium et potestatem tradimus ut secure et sine blandimento ullius hominis habeatis et possideatis vos et illi solummodo quos volueritis vos. Et non liceat nobis vel nostris redimere vel alicui homini predicta omnia que vobis inpignoramus ab hac die usque ad festivitatem sancti Mikahelis venientis in secundo anno; deinde a nobis vel a nostris redimantur hoc modo: si Deus concesserit nos ambos vel unum ex nobis reverti, ab ipso die nostre reversionis usque ad annos tres rendamus vobis predictum debitum ad integrum sine vestro engan, cum omnibus expensis quas feceritis in opera castelli usque ad decem libras argenti, preter opera rusticorum que per censum ibi fiunt; si autem nos mors preoccupaverit, illi quibus nos dimiserimus eodem modo redimant ipsum honorem usque ad sex annos a die nostri transitus. Quod si nos vel illi supradicto modo usque ad terminum istum hoc redimere quod vobis inpignoramus noluerimus vel non potuerimus, tunc heligantur ex utraque parte probi homines IIII^{or} ad quorum laudamentum addatis nobis vel nostris tantum peccunię quantum apreciatum fuerit ab ipsis bonis hominibus hoc totum quod vobis inpignoramus; si etiam vos ad laudamentum eorum nolueritis comparare, tunc vendatur predictum pignus et ex precio eius rendatur vobis predictum nostrum debitum et quantum peccunię usque ad libras X argenti in opera castelli habueritis² missum; et si vos comparaveritis predictum pignus, tunc nos aut ipsi quibus dimiserimus ipsum honorem faciant vobis cartam vendicionis ad vestrum plenissimum proprium. Si vero nec redimere nec vindere vobis hec omnia predicta sicut dictum est voluerimus, sed bonum et servcium quod nobis facitis modo in contrarium vobis vertere temptaverimus, tunc sit vobis³ plena licencia retinendi vel vendendi hec omnia vel faciendi inde quicquid volueritis ad vestrum plenissimum proprium. Interea, quandiu vos tenueritis istum nostrum pignus, non liceat vobis ibi aliquid deteriorare vel obpignorare aut comutare. Si quis autem

homo vel femina predictum pignus vobis temptaverit auferre vel diminuere aut nos temptaverimus, componat aut componamus vobis predictum vestrum debitum in duplo. Et in antea maneat firma hec scriptura nostrę inpignoracionis. Si etiam vos non reddideritis nobis vel illis quibus dimiserimus predictum pignus post⁴ vobis, renditum iamdictum debitum sine mora, componatis nobis vel nostris predictum pignus in duplo cum omni eius melioratione quod ibi feceritis.

Actum est hoc idus ianuarii, anno XLI regnante Phylippo rege.

Sig+num Raimundi Guillelmi, Sig+num Petri Guillelmi, Sig+num Ermeniardis, Sig+num Ermessindis, nos qui hanc scripturam inpignoracionis fieri fecimus, firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Berengarius Bernardi Cardonense. Sig+num Petrus Gerberti. Sig+num Udalgarii. Sig+num Mironi Guilaberti. Signum+ Ollegarii* presbiteri, servi Sancti Adriani. Signum+ Petri Bernardi* levite que canonici.

Raimundus sacerdos, qui hec scripsit, cum litteras raras in linea V et emendatas, et (*senyal*) die et anno quod supra.

1. *Segueixen sis lletres, aproximadament, ratllades.* 2. *ti afegit a la interl nia.*
3. *vobis afegit a la interl nia.* 4. *post afegit a la interl nia.*

326

1101, gener, [26]

Convinença. *Berenguer Ramon de Montcada i els seus cosins germans Ramon Renard i Guillem acorden m tuament que, si moren sense fills leg tims, es llegaran tota la seva honor feudal, per  cadasc  podr  disposar lliurement dels b ns alodials.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, n m. 66, 300 × 175 mm.
Bon estat de conservaci  malgrat l'enfosquiment del pergami, d'un forat i de l'esvaniment de la tinta a la meitat inferior.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 79. — SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 55, 70.

Notum sit omnibus quod Berengarius Raimundi Montis Scatani convenit patruelibus suis Raimundo Renardi et fratri eius Guillelmo quod si contigerit eum mori antequam eos sine infante legitimi coniugii dimittat eis omnem suum honorem fevalem ubicumque eum habeat. Et retinet sibi totum suum alodium ad faciendum de eo quicquid sibi placuerit. Si vero infantem legitimum suum dimiserit, ipse infans, quicquid pater suus habet vel habere¹ debet,

habeat in baiulia predictorum Raimundi et Guillelmi ad laudamentum suorum fidelium hominum. Donat quoque eis unum mansum in terminum Montis Scatani et alium in Vaccherices per fevum et ecclesiam de Palaciolo et ecclesiam de Meserata. Conveniunt itaque predicti fratres Raimundus et Guillelmus prefato Berengario quod afident eum per sacramentum propriis manibus de suo corpore et de omni suo honore quem nunc habet vel in antea habiturus est per eorum consilium quando ipse eis mandaverit, et adiuvent² eum tenere et defendere et guerreiare ipsum honorem contra cunctos homines, et comendant se ei propriis manibus. Conveniunt quoque ei quod si obierint antequam ipse sine fratribus laicis vel sine infante legitimi coniugii dimittant ei totum suum honorem fevalem, retento suo alodio ut faciant de eo suam voluntatem. Si vero infans superfuerit, in baiulia predicti Berengarii sit post obitum eorum aut laudamentum suorum fidelium hominum cum sua honore. Medietatem eciam hereditatis archidiachoni in Montaneola reddunt ei ut habeat in tota vita sua, et post obitum eius redeat ad eos. Et conveniunt quod dimittant ei quicquid habere debet in castro et in honore de ipsa Rocha. Et quod in hoste sint cum eo nisi seniorum suorum esse eis obstiterit. Et si hoc impedimentum habuerint, ipse Berengarius habeat secum medietatem de militibus et serviciis predictarum ecclesiarum. Et hec omnia faciunt prenominato Berengario sine engan ut ipse eis faciat et adimpleat pefatam convenientiam per fidem, sine engan. Commendat eciam pretaxatus Berengarius, prescriptis fratribus Raimundo et Guillelmo, Petrum Mironis de Vacherices hoc pacto ut si ipse Berengarius aliquid de supradicta convenientia vel dono eius fregerit et intra XXX^a dies ex quo de hoc amonitus fuerit non emendaverit, idem Petrus attendat eius cum ipso castro de Vacherices in eorum potestatem donec ipse Berengarius vel iuste vel amicabiliter conveniat cum eis de ipsis male factis. Eodem quoque modo et ipsi fratres comendant eidem Berengario Guillelmum Gerberti de Castro Udolino ut ipse idem faciat ipsi Berengario de Castro Udolino quod Petrus debet [face]re de Vacherices Raimundo et Guillelmo. Et si castellani isti obierint, successores eorum in eadem sint convenientia.

Actum est hoc VI[I kalendas fe]bruarii,³ anno XLI regni regis Phylippi.

Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Guillelmi Renardi. Sig+num Raimundi Mironis de Palacio. Sig+num Bernardi Adalberti de Rexag. Sig+num Poncius Balluvini.

Sig+num Petri Mironis de Vacherices. Sig+num Guillelmi Gerberti. Sig+num Bernardi Berengarii. Sig+num Guillelmi Bonifilii. Sig+num Bernardi Guandalgaudi. Sig+num Berengarii Is[arn].⁴

1. h afegida a la interlínia. 2. adiuvent amb un signe d'abreviació sense valor. 3. Il·legible a causa del forat del pergami. Prenem la lectura donada per Bofarull en les seves transcripcions dels pergamins comtals. 4. Il·legible a causa del forat del pergami. Prenem la lectura donada per Bofarull en les seves transcripcions dels pergamins comtals.

327

1101, març, 21

Testament. *Ponç Jofre atorga testament. Fa llegats a persones i institucions religioses i als seus familiars.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segon quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 89, 200 × 200 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 629, 643.

In Dei nomine et Salvatoris nostri Iesuchristi. Ego Poncius Iaumfredi iaceo in egritudine et timeo repentina casu mortis mee ne michi subveniat sicut scilicet multis hominibus subvenire, et paveo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia paradisi et precor quod fiant helemosinariis meis, id est, Geraldus, filius meus, et coniux mea nomine Flanda et Petro Arnaldi. Precor amicos meos ut si de ista egritudine mor michi occurrit, licenciam habeatis meum avere, omnibus rebus meis, tam mobilibus quam immobilibus, apreendere et dare pro anima mea sicut subtus facio scribere. In primis, dimitto domino Deo et Sancte Marie Rivipolli X solidos. Item dimitto Sancto Petro Vici III solidos. Item dimitto Sancto Stephano de Granolariis cum suis clericis IIII solidos. Item ad opera Sancti Iuliani eminam I vini de vetere cum quarteria I annone ad novuum venientem. Item dimitto Sancte Marie de Palacio corpus meum ad sepeliendum cum una pecia terre que vocant Coma, in tali pacto teneat Geraldus, filius meus, et donet per unumquemque¹ annum I octanum olei et ardeat I lampadam per totam Quadragesimam. Item dimitto Sancte Marie de Mesleo XII denarios et ad novum venientem I eminam vini. Item dimitto Sancto Thome Rivopirarum similiter. Item dimitto Guillelmo Petri, sacerdoti, I solidum et ad novum venientem I quarteriam orde. Item dimitto Petro Arnaldi, sacerdoti. III solidos. Item dimitto ad filias meas ipsum alodium quem ego donavi illis in antea sicut

in vestro instrumento resonat pro illarum hereditate, cum ipso mobile quem ego donavi desuper ipsum alodium. Item dimitto Poncio, nepoti meo, medietatem ipsius campi qui fuit a Oliba et faciant aniversarium per unumquemque annum ad clericos qui canent Sanctam Mariam. Item dimitto Geraldus, filio meo, ipsas meas domos ubi habito cum ipsis clausis qui in circuitu eius sunt vel cum ipsa fonte tota mea porcione fiant per inmelioracionem et alium alodium que remanet sive franchum item ad Geraldo, filio meo, dimitto. Et si reverterit unus de filiis meis qui sunt in pe[re]grinacione,² fiant equaliter, exceptus ipsa inmelioracion que est suprascripta. Et ipsum debitum suprascriptum exeant de uno bubo et de I pullo asine. Item dimitto Petro Geraldii, nepoti meo, I migeriam frumenti cum uno sextario vini ad novum venientem. Item dimitto ad filiam meam Guilam I baril. Item dimitto ad Ibera, filia mea, sextario I vini ad novum venientem. Item dimitto Raimundo Guillelmi, generi meo, I capam meam. Et ad Valenciam, nepotam meam, dimitto I quarteria ordeii. Item dimitto ad Bombar I eminam vini ad novum venientem. Item dimitto ad novum venientem terciam partem de ipsa mea laboracione, tam de pane quam de vino. Et persolvant ipsos debitos suprascriptos; et si plus remaneat desuper donent ut melius viderint. Item dimitto ad coniu[m] mea nomine Flanda ipsum alodium suprascriptum cum ipsas domos que infra eius sunt, cum ipsa vascula maiore vel minore et cum ipso parilio I de bobus et cum I asina, in tali pacto ut teneat et possideat in vita sua, et post obitum de illa perveniat ad Geraldum, filium meum, totum ab integrum.

Actum est hoc XII kalendas aprilis, anno XLI regnante regge Filipo.

Sig+num Poncii, qui istum testamentum mandavi scribere et testes firmare rogavit.

Sig+num Geraldii, Sig+num Flanda, Sig+num Bombar, Sig+num Petri Guillelmi. Sig+num Bernardii Guillelmi, nos sumus auditores.

Berengarius iudex atque sacrista +.

Petrus sacer, qui hoc scripsit et sub (*senyal*), cum literis suis vel superpositis in qualiscunque lineas, die et anno quo supra.

Hoc est translatum fideliter scriptum manu Petri, diachoni, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. unumquemque *al text.* 2. *Manca.*

1101, abril, 22

Venda. *Ramon Berenguer ven al monestir de Santa Maria de l'Estany i als seus clergues un alou al terme d'Oló, a Torroella, pel preu de cinc sous in rem valentem.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 69, 302 × 112 mm.
Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Raimundus Berengarii venditor sum domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno et clericis eius. Per hanc scripturam vendicionis mee vendo ecclesie prescripte eiusque clericis alodium meum quod ego abeo vel in antea abere debeo per parentes vel per¹ emciones vel per qualescumque voces. Et hoc alodium quod sic vendo est in comitatum Ausone, infra terminos de Olon, in locum que vocant Torrezela. Et affrontat hec omnia suprascripta a parte orientis in campo Lupi, et de meridie in Abadia, et de occiduo in fonte Gerralli, a parte vero circii in collo Donucii. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt sic vendo ecclesie suprascripte et clericis eiusdem et casas, casalibus, ortis, ortalibus, terras vel vineas cultas vel eremas,² cum omnia genera arborum et cum exiis et regressis earum, propter precium V solidos plate in rem valentem. Et est manifestum. Quod si ego venditor aut ullusque omo vel femina inquietare voluerit nullomodo facere possit, set in triplo componat cum sua melioracione. Et in antea firma permaneat modo omnique tempore.

Actum est hoc X^o kalendas maii, anno XL^o I^o regnante rege Filippo.

Sig+num Raimundus Berengarii, qui hoc iussi scribere et testibus firmare rogavi. Sig+num Pere Berenger. Sig+num Bonadonna.³ Sig+num Ramun Arbert. Sig+num Guilabert de Torrezela. Sig+num Guielmus Isarni.

Gerallus Raimundi scolasticus, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Segueix quo sense cancel·lar.* 2. *a afegida a la interlínia.* 3. *Bonadonna al text.*

1101, maig

Donació. *Pere I, rei d'Aragó i de Pamplona, dóna a Galindo Garcés unes cases situades a Barbastre.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 125 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 319), 163 × 215 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment de la meitat superior.

Com que és un document datat per l'era hispànica és evident l'error de l'autor de la còpia a l'hora de fer la lectura de la data. Creiem que la data correcta és *era M^a C^a XXX^a VIII^a*, atès que en els documents aragonesos en escriptura visigòtica quan, en la clàusula cronològica, apareixen diverses X juntes, la primera presenta una forma característica que és fàcil de confondre amb una L. La data que proposem ens porta a l'any 1101, un any després que el rei Pere I d'Aragó (1068 o 1069-1104) prengué Barbastro.

(*Crismó*) In Dei nomine. Ego Petrus Sangis, Dei gracia rex, facio hanc cartam donacionis ad te Galindo Garzez. Placuit mihi, libenti animo et spontanea volumptate, et dono tibi in Barbastro unas casas cum tota illa hereditate, q[u]od¹ habebas ibi sicut eras inde tenente die quod ista carta fuit facta. Quod habeas illud ingenuum et liberum et francum ad tua propria hereditate, tu et filii tui et omnis generacio tua, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per secula cuncta +.

+ رسم بیطره ابن شانجه² +

Facta carta ista Era M^a C^a XXX^a VIII^a,³ in mense maio. Me Dei gracia regnante in Aragone et Panpilona et in Superarb vel Ripacurcia. Episcopus dompnus Stefanus in Osca. Dompnus Petrus episcopus in Irunia. Episcopus dompnus Poncius in Barbastro. Et Exemen Garzez in Monsson. Et Fertung Dat in Calasanz. Et Ramon Galindo in Estata et Statella.

Ego Garcia sub iussione domini mei regis hac cartam scripssi et hoc signum (*senyal*) feci.

1. Manca. 2. rasam Bitruh ibn Xanjuh, *equivalent a* Signe de Pere, fill de Sanç. És la subscripció del rei Pere I d'Aragó, en aquest cas feta per l'escrivà de la còpia. Agraïm la lectura, transcripció i traducció d'aquest antropònim al senyor Theodor Loinaz i a la senyora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Semítica de la Universitat de Barcelona. 3. M^a LXX^a VIII^a al text. Entre M^a i L^a, C ratllada, per error de l'escrivà de la còpia.

1101, juliol, 23

Laude arbitral. Guillem Ramon de Castellvell, Ramon Renard de la Roca, Ramon Guillem, jutge, Oleguer, prior de Sant Adrià, Berenguer de Montcada, Miró Guillem, jutge de Barcelona, i altres arbitren en la disputa entre Ramon i Pere Guillem d'Òdena i les

seves mullers, d'una banda, i els esposos Ricard Guillem i Ermesenda, de l'altra, sobre l'import del deute contret pels primers i les condicions de pagament.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 74 (*olim* arm. 12 Barcelona, sac L, núm. 715), 175 × 240 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 55 (amb data de 1102).

b MARTÍ BONET, *Oleguer*, doc. 22 (amb data de 1102).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 708. — BENSCH, *Barcelona*, p. 99. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 137.

Notum sit presentibus et futuris quod Raimundus Guillelmi de Odena et Petrus frater eius cum uxoribus suis impignoraverunt Ricardo Guillelmi barchinonensi et uxori eius castrum de Arraona cum suis pertinenciis propter XL libras de plata, de quibus XXⁱⁱ dederunt eis in eodem die et de aliis XXⁱⁱ pignora argentea et serica ad terminum inter eos definitum. In quo termino, reddito ad integrum debito, reddiderunt eis sua pignora preter III superlectos quos prefatus Ricardus et uxor eius non potuerunt recuperare donec supra debitum taxatum redemerunt eas per III libras de plata et mediam. In debito etiam quod eis prestiterunt prefatus Ricardus et uxor eius aput Cesaraugustam in auro, in ipso cambio auri pro plata superaverunt libre II et media de plata quas predicti mutuatores Raimundus et Petrus noluerunt reddere prescriptis creditoribus Ricardo et uxori eius neque ad iustitiam aliquatenus venire voluerunt. Unde prenominati creditores per amicos suos, Guillelmum videlicet Raimundi de Castro Vetulo et Raimundum Renardi de ipsa Roca Raimundumque Guillelmi iudicem atque Ollegarium, Sancti Adriani priorem, Berengarium etiam Montis Scatani iudicemque barchinonensem Mironem Guillelmi aliosque nonnullos, quorum quibusdam infra annotari fatiemus, conveneunt prefatos mutuatores atque rogaverunt eos multotiens ut sibi redderent prescriptas libras VI de plata vel venirent eis inde ad iustitiam. Quod omnino facere renuentes dixerunt se nullum super hoc reddituros responsum donec ab Iherusalem reverterentur¹ et tunc se satisfacturos. Quapropter a prefatis iudicibus ceterisque probis hominibus laudatum est ut prefati creditores pro Deo desisterent ab hac inquisitione et tolerarent eos donec reverterentur, presertim cum ipsi prefatum castrum de Araona tenerent in sua potestate et iuste possent ipsum retinere donec totum prefatum debitum, libras scilicet XL^aVI de plata, recuperarent cum satisfactione iusticie. Ut autem in posterum hec supradicta nullius tergiversatione negari possint, prescripti iudices cum prenominatis hoc utili providerunt

auditoribus quatenus rem in veritate gestam scriptis comendarent propriisque signis corroborarent atque corroborari facerent.

Actum est hoc X kalendas augusti, anno XLII regni regis Philippy.²

Signum+ Reimundi*, levite ac iudicis. Signum+ Guillelmi Raimundi de Castro Vetulo. Signum+ Raimundi Renardi. Signum+ Berengarii Raimundi Montis Scatani. Signum+ Raimundi Mironis de Palatio. Signum+ Balluvini de Orta. Signum+ Ollegarii* presbiteri, servi Sancti Adriani.

Signum+ Asgod presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. re de la síl·laba ren afegit a la interlínia. 2. Segueix S sense cancel·lar.

331

1101, novembre, 21

Testament. *Bonadona atorga testament. Fa diversos llegats a les esglésies del Pi i de Sant Miquel de Barcelona, al monestir de Sant Pau del Camp i deixa la resta al seu nét Pere Bal·loví, a Ermessenda i a Ermengarda.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 70 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 737), 265 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 194, 638. — BENSCH, *Barcelona*, p. 130.

In nomine Domini. Ego Bonadomne femine iaceo in magna egritudine, timeo ne eveniat mihi repentino chasu mortis mee et ideo iubeo atque discerno ut sint meis helemosinariis, id est, Breimundus et Guillelmus Dodonus. Iubeo¹ namque vobis helemosinariis meis ut si mors mihi advenerit in hac egritudine in qua detenta sum antequam alium testamentum faciam licenciam et plenam potestatem habeatis apprehendere et distribuere omnes meas facultates quod abeo vel habere debeo in cunctisque locis, tam de mobile quam immobile, sicut hic inveneritis exaratum. Primum namque dimitto domino Deo et ecclesie Sancte Marie quod est sita Pino, ad eius opera, per Deum et ob remedium anime mee, mancuso auri rovals in rem valente plate boni. Et ad presbiter Raimundus Iohannis mancuso I. Et per mea sepultura mancuso I. Et ad domum Sancti Pauli foris murum ad eis opera mancuso I. Et ad ecclesia Sancti Michaeli apostoli mancuso I. Et concedo

et mando ut vendant ipsam meam modiatam terre quod abeo in terminio Mogorie, et de ipso precio persolvant et dent supradictos mancos ad iamdictis ecclesiis. Alium avere qui remanserit dimitto ad Petri, mei neti, et ad Ermesindis, exceptus manco I quod dent ad Ermeniardis cum rastello I et stral I et guadenga I. Alia mea vascula maiore vel minore quod est in domibus meis, drapos de lana et linum, archas, lectos, cubelets, barrilios, cannades, ataudetos cum et omnia quod intus est totum condeo integriter ad supradicti neti mei Petri Balluvini ad quodcumque voluerit faciendum ad suum proprium. Et fiat Deus inter me et vos. Et dimitto ad supradicti Petri Balluvini et ad Ermesindis predictas domibus meis in qua habito, in tali modo ut si debent esse per directum apsas² domibus de ecclesie Sancte Crucis Sancteque Eulalię, habeant ipsis³ clericis et ipsa [can]onica, quod si non poterit abere per directum, remaneant ad illis predictis.

Facto testamento XI kalendas decembris, anno XL II regni regis Filippi.

Sig+num Bonadomne femine, qui hunc testamentum fieri iussi, firmavi et his testes firmare rogavi.

Sig+num Breimundus. Sig+num Guillelmus Dodonus. Sig+num Berengarius Breimundus. Sig+num Petri Balluvini.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui hæc scripsit, cum litteris suprapositis de super in linea XV, die et anno quo supra.

1. iuibeo *al text.* 2. *En lloc d'ipsas.* 3. *sis afegit a la interlúnia.*

332

1101, novembre, 22

Donació. *Guerau Ramon i el seu germà Guillem donen a l'església de Sant Salvador d'Arraona una propietat al terme d'Arraona, al costat del riu Ripoll.*

ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 71 (*olim* arm. 3 Lleidà, sac Sant Anastasi, núm. 13), 240 × 115 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Gerallus Raimundo et fratri meo Guillelmo, nos simul in unum, donatores sumus domino Deo salvatori nostro, cuius ecclesia sita est in comitatu Barchinone, infra termini Arrahone. Damus igitur prephatam ecclesiam, propter remedium anime nostrę et parentum nostrorum, aliquid ex proprietate nostra quod abemus in prelibata loca, iuxta Rivipollenti.

Advenit nobis per genitorum nostrorum vel per ullasque voces. Affrontat de oriente in Rivipollenti, intus in eius flumine, de meridie in alaude eiusdem domini Salvatoris, de occiduo et de circi in alaude domini Salvatoris et in fevum Arrahone. Quantum hos termini concludunt seu termini Arrahone circumveunt sic damus ad iamdictam Domini Salvatoris ecclesiam sicut ibi abemus et abere debemus, cum pertinenciis eiusdem, ab omni integritate. Et de nostro iure in potestate ecclesiam iamdictam Domini Salvatoris tradimus iure ipsius abendum et possidendum. Et qui contra hanc donacionem pro inrumpendum vel infringendum venerit aut venerimus, nil prosit, sed componat aut componamus ad prephatam ecclesiam vel eius servientes iamdicta donacio in triplum cum sua melioratione. Et insuper ira eiusdem Domini Salvatoris incurrat et cum mendicibus et sacrilegos in profundi tartari deveniat. Et hanc donatio omni tempore suam robur obtineat firmitatem.

Actum est hoc X kalendas december, anno XLII regni regis Phylippi.

Sig+num Gerallus, Sig+num Guillelmus, qui hanc donacionem fecimus, firmamus et testibus firmare rogamus.

Sig+num Seniofredus Faber. Sig+num Isarnus Mirone. Sig+num Petrus Guillemi.

Guillelmus levita. Guillelmus Bonefillii, qui et levita. Raimundus levita.¹

Raimundus sacerdos, qui hec scripsi et (*senyal*) die et anno quod supra.

1. *Aquestes tres subscripcions estan traçades per una mà diferent.*

1102, febrer, 25

Venda. *Berenguer Guillem i la seva esposa Maria venen a Pere Ramon i a la seva muller Maiassenda una terra situada a Caldes de Montbui, a Pedregós, pel preu de quatre sous i mig.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 72, 310 × 110 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment dels marges dret i esquerre.

In nomine Domini. Ego Berengarius Guillemi et uxor mea Maria nomine venditores sumus vobis Petrus Remundi et uxorique tue nomine Maiasendis, emptores. Per hanc scriptura vendicionis nostre vendimus vobis sorte unam terre cum ipso maiole qui hibi

est fundato. Advenit mihi, ad me Berengarius per vocem uxori me, et ad mulier mea Maria iamdicta per genitores sive per ullasque voces. Et est hec omnia iamdicta in comitatu Barchinonensi, infra par[r]ochia¹ Sancte Marie Calidis, in locum que dicunt Pedregos. Affrontad autem supradicta omnia a parte horientis et meridie et de occiduo in alodio de Petrus Remundi, emptore, a parte vero circii in alodio Sendredus Sanlani. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt sic vendimus vobis omnia supradicta totum nostrum directum hab² integrum, cum exiis et regressiis suis, propter precium quod inde accepimus ex vestra parte solidos IIII^{or} et medio de plata, et vos emptores ipsum precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia de nostro iure in vestras³ tradimus dominio et potestatem ad vestrum plenissimum proprium omnia ad facere que volueritis. Quod si nos venditores aut ullus homo vel femina qui contra hanc ista carta vendicione ad disrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis supradicta omnia in duplo cum omne sua melioracione. Et insuper hec donatio habeat⁴ firmitatem omnique tempore.

Actum est hoc V kalendas marcii, anno XLII regni Philipi regis.

Sig+num Berengarius, Sig+num Maria, nos qui hista carta fieri fecimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Guillelmus Remundi. Sig+num Remundi Remundi. Sig+num Sendre Bonefili. Sig+num Arbert Pere. Sig+num Petrus Sendredus.

Berengarius scriptori, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1. Manca. 2. En lloc d'ab. 3. En lloc de vestra. 4. habeant al text.

334

1102, maig, 16

Donació. *Bernat Guifré i la seva esposa Ermessenda donen a Bernat Geribert uns aious a Sant Esteve Sesrovires, amb la condició que sigui home soliu seu.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 73, 355 × 125 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca d'humitat a la part dreta.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 169.

Res donate si in presenti sunt tradite nullo modo postmodum repetantur¹ a donatore. Quapropter, in Dei sempiterni regis

nomine, ego Bernardus Guifardi et coniux mea nomine Ermesindis femina, tali legis auctoritate suffultus, de bono corde et animo donatores sumus tibi Bernardus Girberti. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius meę donacionis donamus tibi alodios nostros proprios. Id sunt, terris et vineis, cultis vel ermis, pratis, pascuis, boschis et garricis, pronum et planum, glandiferis et arbores qui infra sunt de diversis generis et aput ipsos mansos qui infra sunt in iamdictis alaudiis qui sunt nostros proprios, qui nobis advenit per comparatione sive per uullasque voces. Et est manifestum. Et est hec omnia in comitatu Barchinona, infra terminis kastrum Vetuli, sive in parroechia Sancti Stephani de ipsas Reviras. Et affronta[n]t² predictos alodios, aput mansos qui infra sunt, a parte orientis in ipsa strata publica sive in ipso fevo de Rodanes, de meridie similiter in fevo sive in alaude de Tedbal Rodlan vel eredibus suis, ab occiduo tali vero parte in alaude de Tedbal vel in ipso torrente de Lavaneres qui excurrit et pervadit usque in alaude de Mir Iovan, a parte vero circii similiter sive in alaude qui fuit de Giribert Bonefilii et de Sunier Mir et pervadit usque ad strata publica et ad ipso fevo de Rodanes. Quantum infra istas IIII^{or} affrontaciones includunt et isti termini ambiunt sic donamus nos tibi ipsa hec omnia quod superius est scripta ab integrum, cum exiis et regressiis earum, in tale conventum qui es nostro solido, de me Bernardo et de mulier mea Ermesindis, et de genitores nostros sive ad qui nos dubitaverit, et faces ostes et chavalcadas et totis serviciis que homo debet facere a suo melior seniore, et in ipsa forteza qui est et serà facta habet potestate sine engan. Et si nos donatores aut uullusque homo vel femina qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ut ad³ nos componamus vobis in duplum cum omni sua inmeliioracione. Et inantea ista donacione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actu est hoc XVII kalendas iunii, anno XL^o II regni regis Phylippi.

Sig+num Bernardus Guitardi, Sig+num Ermesindis femina, nos qui ista donacione fecimus scribere et firmavimus et testes firmarique rogavimus.

Sig+num Berengarius Bremundi. Sig+num Rodlan. Sig+num Petrus Iohani. Sig+num Gerbertus Mironi. Sig+num Gauceran. Sig+num Alamagni. Sig+num Solesten. Sig+num Bernardus Gerberti.

Sig+num Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1. repentantur *al text.*
2. *Manca.*
3. *En lloc d'aut.*

335

1102, juliol, 9

Infeudació. *Berenguer Ramon de Montcada encomana a Ramon Miró el castell de Montcada amb tot el feu, tal com l'havia tingut el seu pare Miró Amalric.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 79, 270 × 80 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 65, 66, 67.

Notum sit omnibus hominibus qualiter Berengarius Raimundi Montis Scathani commendat Raimundo Mironis ipsum castrum Montis Scatani et donat ei totum ipsum fevum quod inde tenuit Miro Amalrici, pater eius, pro patre suo Raimundo Guillelmi, hoc pacto ut ipse Raimundus sit fidelis prefato Berengario tenere, guerreiare et defendere totum¹ honorem suum et faciat ei hostes et calvacatas et curtes et seguiments. Cum vero ipsum fevum in azaperturam venerit, prefatus Raimundus donet eum illi quem prenomatus Berengarius elegerit et sicut ipse laudaverit. Similiter quoque ipsum castellanum querant ambo et invento donet ipse Raimundus eundem fevum de castellania ad laudamentum ipsius Berengarii. Milites autem ipsum fevum tenentes faciant prescripto Berengario hostes et calvacatas et seguiments et [cetera] servitia et in hostes et calvacadas² cum prefato Raimundo albergent.³ Si vero ipse defuerit, ipsi nihilominus faciant et adimpleant totum ipsum servitium per se predicto Berengario sine enganno. Ipsi quoque qui nunc tenent ipsum fevum convenient se⁴ de eo cum seppedito Berengario sicut suprascriptum est de eo cum in adaperturam debet venire.

Actum est hoc VII idus iulii, anno XL^o III^o regni regis Philippi.

Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Guillelmi Renardi. Sig+num Raimundi Mironis.

Sig+num Petri, presbiteri atque canonici, qui hoc scripsi, cum litteris rasis in linea II et emendatis in V^a, die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Segueix un espai raspat d'aproximadament quatre lletres. 2. in hostes et cavalcadas escrit a sobre d'una raspadura. 3. albergent escrit a sobre d'una raspadura. 4. e afegida a la interlínia.

336

1102, agost, 23

Venda. *Ermessenda ven al seu fill Guadall i a Humbert, clergue, l'alou que té a Caldes de Montbui i a Cubelles, pel preu de deu unces i dos mancusos.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 75, 425 × 190 mm.
Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment dels marges dret i esquerre.

Omnibus innoteschat ominibus qualiter ego Ermesindeis vendo vobis Guadallo, filio meo, et Umberto, clericho, alodium meum proprium quod habeo in chomitatu Barchinonensi, in Vallense, in diversis locis, scilicet, ad ipsa Ruvira et in parrohechia Sancte Marie Calidis, sive in Maritima, in terminio katri Cubelles, quod mihi advenit per donationem sive per laxacionem quam mihi fecit Miro Guadalli, vir meus, sive per meum X^{um} vel per quintam partem¹ quem mihi dimisit vir meus iamdictus in suo alodio atque per meam comparacionem aut pro vivolario aliisque modis sive vocibus. Sunt autem prephata alodia domus cum vineis, cum arboribus diversis generis, cum pratis et pascuis, cum pronis et planis, cum aquis et aqueductibus, cum terminis et affrontacionibus suis et cum omnibus sibi pertinentibus. Que omnia vendo vobis et esvacuo et definio² tibi, Umberto prenatus, in prephato alodio, ipsam hereditatem que tu mihi requirebas pro genitrice tua, quantum ibi habeo vel habere debeo quocunque modo atque de meo iure in vestro trado dominio et potestate ad faciendum exinde quicquid vobis placuerit. Accipio namque a vobis pro hac vendicione³ X uncias et mancusios II in plata aut in auro sive in rebus bene valentibus, quod precium vos mihi dedistis et ego libenter recepi. Si quis autem contra hanc vendicionem venerit ad inrumpendum, non valeat, set componat vobis prescripta omnia in duplum in locum videlicet ubi vobis similem obtineat valorem. Et postmodum scriptura hec firma permaneat omni tempore.

Quod est actum X^o kalendas septembris, anno XL^o III^o regni regis Phylippi.

Sig+num Ermesindeis, qui hanc vendicionem feci et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Berengarius Gondeballi. Sig+num Bermundus Guillelmi. Sig+num Bernardus Guillelmi. Sig+num Aquiloni⁴. Sig+num Guadalli. Sig+num Guilaberti Mironis. Sig+num Guillelmi Mironis. Signum+ Petri diachoni.

Signum+ Guillelmi presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea VI^a, die et anno (*senyal*) quo supra.

1. r *corregeix* s. 2. et definitio *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix* et exua, *ratllat*. 4. *Segueix* Sig+num, *sense cancel·lar*.

337

[1095-1102]

Jurament de fidelitat. *Ponç Guerau, fill de Sança, jura fidelitat a Arnau Guillem II, fill d'Amaltruda, vescomte de Fenollet, així com defensar-lo contra tothom excepte contra el vescomte de Castellnou.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3265 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 420), 150 × 155 mm. Bon estat de conservació.

Datem pels anys de la documentació coneguda del vescomte Arnau Guillem II.

De ista¹ hora in antea ego Poncius Geiraldi, filius qui fuit de Sanca femina, fidelis ero per directam fidem tibi Arnallo Guillelmi, filius qui fuisti de Amaltrudis femina, de tua vita et de tuis membris que in corpore tuo se tenent. Et de tua honore que hodie habes aud in antea cum meo concilio adquisieris, et de totis hominibus² et de totas feminas, fidelis et adiutor tibi serei sine tuo engan, excepto vicecomite de Castello Novo. Et per illum non noderei non en tuo daun no [m]etrei, neque de me ipso, ego Poncius Geraldí iusticia no·t devedarei³ ne dret non devedarei, ne nullo homine neque femina contra tibi non empararei fors cum tua merced trobarei. Ego Poncius Geraldí, filius qui fuit de Sanca femina, a tibi Arnaldo Vilelmo, filius Amaltrud femina, adiutor te serà, exceptos de meos homines que pus sunt mei que de alio, et dels tret ta faré, e si tret fer no te'n pux, adiutor te en serà sine tuo engan.⁴

Sicut superius scriptum est, si o farei et t·o atendrei, excepto quantum tu absolveris mihi tuo gradiente animo, sine forcia.

1. De ista *escrit a sobre d'una raspadura*. 2. n *corregeix* l. 3. *La segona e afegida a la interlínia, corregeix a expuntuada*. 4. Ego Poncius Geraldí ... te en serà sine tuo engan *escrit per una altra mà*.

338

[1098-1102]

Jurament de fidelitat. *Bernat Hug de Mataplana jura fidelitat a Guillem Jordà I, comte de Cerdanya, en especial pels castells de la seva senyoria.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3403 (*olim* arm. 6 Mallorca, sac P, núm. 853), 317 × 115 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 83.]

Reg. MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 576 (regist del segle XIV).

Datem entre l'any de la mort d'Hug de Mataplana, pare de Bernat Hug, i l'any de la marxa de Guillem Jordà I de Cerdanya a Terra Santa.

Iuro ego Bernardus Ugonis, filius que sum Bellessendis femine, quia ab hac hora et deinceps fidelis ero ad te Guillelme comitem, senioremeum, filius [qui]¹ es Sancie comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et ab hora et deinceps no dezebré te prefatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent; neque de tuis kastris aut kastellis, rochas vel puos, condirectos vel heremos, terra et honore, alodiis vel fevos, comitatu vel comitatibus, quos hodie habes et habere debes et in antea adquisieris; et nominatim tibi iuro omnes rochas et omnes fortetas que sunt in meo honore et infra meum honorem, id est Ollesen et Kadercino, et Meranichos et Forchonos, et Supercorts et Ballomar et omnes alias, quod no tolré ni te'n tolré, ni t'o vedaré ni te'n vedaré, ni t'o contendré ni te'n contendré, ni te n'enganaré ni te'n dezebré, nec ego nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel femine qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent, predicta omnia aut aliquod de predictis omnibus, ego predictus Bernardus, de illa hora et deinceps, finem nec societatem no n'auré ni tenré ad ullum tuum dampnum nec ad ullum illorum bonum, donec tu recuperatum habeas hoc totum quod perdidideris de iamdictis omnibus, sine tuo engan. Et adiutor te seré predicta omnia a tener et ad aver et a defendre et a gerregar contra omnes homines vel feminas, sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré per ullum ingenium ad ullam horam, diem vel vicem; in meo honore, nec in terminis mei honoris, kastellum nec fortedam non faciam nec ullus meo assensum nisi per tuum solvmentum.

Et per quantes vegades me recherràs predictas fortedas et rochas per te ipsum vel per tuos missos vel missum delibere eas tibi, reddam et omnibus tuis quibus iusseris vel volueris. Societatem no n'auré ne tenré cum tuis inimicis aut inimico, inimicas vel inimica, infidelibus vel infidele, ad ullum tuum dampnum, mee sciente. Tuum consilium aut consilia no descubriré ad ullum tuum damnum me sciente, per ullum ingenium. Seniore nec seniores no faré ni tenré ni afidaré, nisi ipsos vel ipsum quos tu mihi solveris vel iusseris. Iusticiam neque directum no't vedaré ni't contendré nec de me ipso neque de ullis meis per ullum ingenium. Sicut prescriptum est de te Guillelme² comes si o tenré et o atendré post tuum obitum, si vivus sum, ad tuum filium vel filiam sive ad illum vel illam cui vel quibus dimiseris tuum honorem dictis vel testamento, quod habeas post mortem tuam pleniter omnia sicut prescriptum est de te. Et hoc faciam infra primos³ XL dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contentione et sine alio lucro. Et si, quod absit, tibi non attendo et teneo sicut prescriptum est et quod tibi forasfecero, iustificare tibi non volo aut consilium facere ad laudamentum tuorum hominum, predicta omnia hec solide et libere veniant in tua potestate et tuorum post te ad faciendum quodcumque volueris sine mea vel aliorum inquietudine.

Sicut superius scriptum est, si t'o tenré e t'o atendré ego prefatus Bernardus ad te prefatum comitem, totum sine tuo engan, et post te ad successores tuos predictos, exceptus quantum vel de quanto tu me'n absolvràs vel post te predicti, tuo vel eorum gradiente animo, sine fortia. Per Deum et hec sancta.

1. Manca. 2. Guillelme escrit a sobre d'una raspadura. 3. Segueix L, raspada.

339

1103, febrer, 8

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona i Girona, permet el trasllat del mercat d'Anyells a Monells, amb la condició que Ramon Otger de Monells i els seus successors el tindran pels comtes tal com tenien el mercat d'Anyells.*

A [Original no localitzat.]

B [Còpia del 6 de desembre de 1182 no localitzada.]

C Trasllat de mitjan segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 76, 270 × 190 mm. Estat de conservació regular a causa de la tinta, una mica esvanida, i de l'enfosquiment del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 680.

[He]c est convenientia facta inter dominum Raimundum, Barchinonensem comitem necnoc et Gerundensem, et Raimundum Augerii de Munels de mutatione ipsius mercat de Agnels quem prefatus comes mutat de ipso loco in quo solitus erat haberi ad castrum predicti Raimundi de Munels. Unde convenit ipse Raimundus Augerii prefato comiti ut in eadem auctoritate et convenientia habeat predictum mercad per prephatum comitem et per¹ posteritatem ipsius comitis in iamdicto castro de Munels ipse et posteritas eius in qua videlicet auctoritate et convenientia antecessores iamdicti Raimundi habuerunt ipsum mercad per antecessores ipsius comitis in loco quo prius erat, cognominato Agnels. Convenit namque iamdictus comes prefato Raimundo et posteritati sue ut si aliquod incomodum eis accederit ex iamdicta mutacione aut aliud mercad fuerit factum ad destruccionem aut detrimentum aut ad mutacionem iamdicti mercad de Munels in comitatu Gerundensi sive Inpuritanensi, ipse comes sit prefato Raimundo sueque posteritati fidelei inde adiutor in omnibus, per fide, sine engan.

Facta convenientia VI idus februarii, anno XL III regni regis Philipi, in presencia Poncii vicecomitis et Bernardi, comitis Bisullunensis.

Sig+num Raimundi comes, qui hanc convenientiam firmavi firmarique rogavi. Sig+num Durche. Sig+num Petri Bernardi. Sig+num Guillelmi Gaucfredi. Sig+num Raimundo Ermengaudi.²


+ Raimundus levita, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.

Arnaldus subdiachonus, qui hoc anno Domini M C XC II, VIII idus decembris, fideliter translavit, cum literis emendatis in XII^a linea ubi dicit *in [muta]cionem, (senyal)*.

Sig+num Berengarii Strucii, Sig+num Renalli maioris, Sig+num Renalli, filii eius, Sig+num Petri Ermengaudi, qui hoc translatum fideliter factum vidimus et audivimus et inde testes existimus.

(*Senyal*) Ermengaudus, presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo.

1. per *afegit a la interlínia*. 2. Sig+num Raimundo Ermengaudi *afegit a la interlínia*.



1103, març, 8

Definió. *Udalard Guillem renuncia a favor del monestir de Sant Joan de les Abadesses als seus drets sobre un mas de la vila d'Encabads, que tenia en feu, a canvi d'un bou i nou sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 77, 180 × 130 mm.
Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 315-316.

Cit. JUNYENT, *El monestir*, p. 46.

In nomine Domini. Ego Uzalardus Guillelmi de Perela reddo et definio et evacuo Sancto Iohanni, cuius monasterium est situm super flumen Tezer, mansum unum qui est in villa que vocant Encabads, quem tenebam per fevum, in presentia Arberti prioris et Helisabeth priorissa. Et presentibus et futuris habitatoribus vel habitatricibus predicti monasterii ut habeant et possideant¹ omni tempore sine inquisitione et inquietatione omnium hominum. Et accipio propter predictum mansum bovem unum optimum et solidos VIII monete obtime. Et hoc nullus hominum valeat inquietare, quod si fecerit in duplo restituat cum sua melioratione predicto Sancto Iohanni et suis habitatoribus sibi servientibus.

Facta ista karta dimissionis et evacuationis VIII idus marci, anno XL^o III^o regni Philippi² regis.

Sig+num Udalardus Guillelmi, qui ista scriptura definitionis vel evacuationis fieri iussi et firmavi et firmare rogavi.

Sig+num Raimundo capellano. Sig+num Rodlan. Sig+num Arnall Petro. Sig+num Adalbertus pistor.³ Sig+num Petrus Oliba.

Petrus sacer, qui ista karta rogatus scripsit sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. a afegida a la interlínia. 2. La darrera i afegida a la interlínia. 3. Segueix Arnal, *raillat*.

1103, març, 25

Empenyorament. *Bonfill Guillem i el seu fill Guillem Bonfill empenyoren als esposos Andreu de Girona i Adelaida la meitat d'una peça de terra i vinya a Monterols, territori de Barcelona, i els drets sobre la meitat que correspon al complantador Sunyer, per raó d'un deute de vint-i-vuit sous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 78, 450 × 80 mm.
Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 693. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 91.

Notum sit ac [sciant] cunctis qualiter ego Bonefilii Guillelmi et filium meum Guillelmi Bonefilii, in nomine Domini, debitores sumus tibi Andree Gerunde et coniugi tue Azalaidis femine XX VIII solidorum plate Gerundense curribile, bone,¹ recipiente. Qua propterea inpignoramus vobis medietatem tocius peciam terre et vineę quod dedimus a Sunnarii per complantacionem et insuper ipsum nostrum senioraticum quod abemus in aliam medietatem quod est predicti Sunnarii, cum usibus² et censibus, sicuti resonat in ipsam cartam precarie quam de potestate nostre accepitis. Est autem in territorio Barchinonensi, in loco nominato Monterollis. Advenit autem nobis, mihi Bonefilius Guillelmi per vocem uxori mee, qui est condam, mee vero filii per genitorum suorum sive quibuslibet aliis vocibus et modis. Habet autem terminum et affrontaciones hæc peciam terre et vineę ab oriente in itinere qui pergit ad Monterollis et ubique, a meridie in vineis Ysaach Mancipo, ab occiduo in vineis canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalię, a circio in vineis Petri Honofredi. Sicut prelibati termini concludunt et in circuitu concurrunt et ambiunt, sic inpignoramus vobis in prelocutam peciam terre et vinee omnem partem nostram et cunctum directum nostrum et vocem quod ibi habemus vel habere debemus ullo modo, cum ingressibus et exitibus suis, hac de nostro iure in vestrum³ tradimus dominium et potestatem ab omni integritate, sub tali quoque modo et ordine ut de hac hora in antea teneatis per vestrum pignus; quando autem erit festa sancte Marię, quod est mediante mense⁴ augusto, minus diem unum, ista prima ventura, reddamus vobis prescriptum debitum quod sunt XX VIII solidorum predicte plate et vos reddatis nobis hanc scripturam pignore sine mora. Si autem hoc non fecerimus et, sicut superius est scriptum, vobis non adimpleverimus, tunc sit vestra prescripta omnia, quod est medietate tocius prescriptam peciam terre et vinee et ipsum nostrum directum quod abemus in aliam medietatem terre et vineę quod est Sunnarii, ad quodcumque volueritis faciendum, vendendi et comutandi sive in alienandi, ad vestrum proprium alodium, insuper autem sic reddamus vobis prescriptos XX VIII solidorum plate predicte et habeatis licenciam requirere nobis illos omne tempus et diem et horas tantum donec habeamus eos persolutos vobis. Scriptura quoque istius nostre impignoracionis si vero nos impignoratores aut cuiuslibet sexus

vel ordinis homo disrumpere sive infringere aut rescindere vel in aliquo dimovere temptaverimus sive temptaverit componamus vobis sive componat prescripta omnia in duplum atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Quod est actum VIII kalendas aprilii, anno XLIII regni regis Filippi.

Sig+num Bonefilii Guillelmi, Sig+num Guillelmi Bonefilii, nos qui hanc inignoracionem fecimus, firmavimus et testes firmari rogavimus.

Sig+num Iohannis Fivalli. Sig+num Gerallius Vitalis. Sig+num Bonefilii Bunuci. Sig+num Donnucio Guillelmi. Signum+ Bonet*.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit, cum litteris rasis et emendatis desuper in linea III et in VIII et in XII, die et anno quo supra.

1. *Segueix re, sense cancel·lar.* 2. *usisibus al text.* 3. *v corregeix tu.* 4. *en corregeix una lletra anterior.*

342

1104, gener, 3

Convinença. *Guillem Ramon, senescal, obté de per vida d'Arnau de Malla, bisbe de Vic, part de la lleuda sobre les mesures i la carn i la dracma de la moneda de Vic. A canvi, promet fidelitat i servei a l'Església de Vic.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII o principis del XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 80 (*olim* arm. 9 Vic, sac A, núm. 65), 380 × 85 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat a ambdós extrems del document.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 169.

Sit notum omnibus hominibus qualiter Guillelmus Raimundi, dapiferi, multociens requisivi dompnum Arnallum, venerabilem Ausonensem episcopum, ut daret ei ipsam leudam et dragmam quod habebat in ipsa moneta de quintana ville Vici [etenim] ipse episcopus dixit ei quod hoc nullam volebat facere ratione quia hoc quod ab eo querebat erat dominicatura Sancti Petri et eius canonice et habitantibus in ea, quia dompnus Leduicus rex concessit supradictis rebus iamdicte ecclesie eiusque canonice et eo tempore fecit excommunicare ut ullus hoc presumeret dare nec iamdicte canonice iure

tollere. Similiter fecit Berengarium, Terrachonensem archiepiscopum, et Bernardum, Toletanem archiepiscopum atque legatum Romane Ecclesie, et Barchinonensem episcopum firmaverunt predicta omnia iamdicte canonice et excommunicaverunt ut nullus auferret inde et scripturam fecerunt. Ad ultimum vero [tamen multis] precibus promitteret se esse fidelissimum Sancti Petri et eius canonice ex omnibus rebus quem hodie habet vel in antea potuerit acquirere et habitatoribus eiusdem loci, iamdictus vero episcopus, cum consilio et assensu omnium suorum clericorum, laxavit tenere ei ipsam leudam de Chintana, de ipsis scilicet mensuris et de carne, a feriam II usque ad feriam VI, non per donum nec per assensum, sed per solam tantu[m]modo¹ laxationem; et ipsam dragmam de monete quem nunc tenet nostram canonicam, preter duabus solidis plate quem tenet Guillelmus Raimundi de Taradel per fevum canonice iamdicte, sicut adquisivit per Berengarium archiepiscopum. Et hanc [laxa]cionem facimus tali conventu ut ipse Guillelmus non possit dare neque vindere nec alienare nisi ad habitatoribus istius ville qui non si[n]t mil[it]es;² et si fecerit statim revertantur sine ira et contrarietate ulla in potestate iamdicte canonice et habitantibus in ea. Et post mortem eius, uxor eius neque filii eius nec aliquis ex sua proienia, nec homo nec femina qui tenuerit ipsam honorem quam ipse tenet possit requirere per hanc laxationem, set statim revertatur in potestate predictae canonice; et quantum ipse tenuerit, nullum malum nec aliquam novitatem in ipsa villa faciat. Et ego Guillelmus convenio domino Deo et Sancto Petro et eius canonice et omnibus clericis habitantibus in ea quod sim adiutor eis tenere et placitare omne honorem predictae canonice et omnibus clericis quem hodie tenent vel in antea adquisierint, per fidem rectam, sine engan. Insuper etiam dono atque trado domino Deo et Sancto Petro et eius canonice omne census quod antecessores mei actenus habuerunt in alodiis clericorum Sancti Petri vel ego habebō, iuste aut iniuste, in cunctis alodiis quem clerici dimiserunt vel dimiserint canonice Sancti Petri, nominatim ipsum de Raimundus autem et ipsum de Raimundus Bradile et ipsum de Raimundus Atile et ipsum de Ugberto et ipsum de Petro Bri et de omnibus aliis qui erant canonici, ut amplius ego non possim requirere in supradictis alodiis aliquid requirere, set solidum et liberum sit predictae canonice, neque [filiis] meis per me nec aliquis ex mea proienia. Si quis autem contra hanc diffinitionem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat in duplo insuper etiam sit excommunicatus atque anate-

matizatus et cum Iuda traditore et locis igneis constrictus et in perpetuo dampnatus.

Actum est hoc III nonas ianuarii, anno XL IIII regis Philippi.

Sig+num Guillelmi Raimundi. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Bertrandi Guadalli. Sig+num Xedmar Mir. Sig+num Bernardi Ebri. Sig+num Guillelmi Ebri.

Berengarius levita, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Manca.
2. Manca.

343

1104, febrer, 3

Venda. *Sunifred Sunyer i la seva esposa Orúcia venen a Bernat Guifré i a la seva muller Ermessenda una peça de terra a Sant Just Desvern, pel preu de cinc quarteres de blat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 82 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 887), 320 × 90 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BONNASSIE, *Catalunya*, II, pp. 386, 388.

In nomine Domini. Ego Sinfret Suniario et uxori mea Orucia femina vinditores sumus tibi Bernardus Guifredi et uxori tue Ermesindis femina. Per hanc scripturam istius nostre vindicionis vendimus vobis peciam I de alodio cum arboribus qui infra sunt, nostrum proprium,¹ quod abemus in territorio Barchinonensi, in termine de Vercie, ad ipsa valle. Advenit mihi Seniofredi per vocem uxori mea et a uxori mea per suos ienitores vel per ullasque voces. Abet² autem terminum prefatum alodium a parte orientis in alodio de Sancti Iusti et de filia Bonefilii Raimundi et in torente,³ a circio similiter, a meridie in alodio de comite et in riera, ab hocciduo in torentem que excurit. Quantum predicti termini concludunt vobis ad integrum vendimus et de nostro iure in vestrum dominium et potestatem ad integrum tradimus cum exiis et regresiis eius ut faciatis exinde quodcunque vobis placuerit ad vestrum plenissimum proprium. Accepimus⁴ namque ad vos precium propter prefatum alodium quarteres⁵ V de blado optimo ad mensura directam q[u]o[d]⁶ vos⁷ emtores precium nobis dedistis et nos vendentes manibus nostris acci[pi]mus⁸ nichilque ex predicto precio aput vos non remansit. Et est mafestum. Si enim nos vendentes aut aliquis omo utriusque sexus vendicionem hanc disrumpere voluerimus aut

voluerit, nil prosit, set componat aut componamus vobis prefata vindicio in duplum cum sua melioracione. Et postmodum hoc maneat firmum.

Quod est factum III nonas febroari, anno quadragesimo III regni regis Phylippi.

Signum+ Seniofret⁹ Suniario, Signum+ Orucia femina, nos qui ista vindicionem fecimus et firmavimus et firmare rogavimus.

Signum+ Bonupar Compan. Signum+ Guillelmi G[ui]tard.¹⁰ Signum+ Stefano.

Signum+ Guillelmi presbiter,¹¹ qui hoc scripsit, cum literas suprapositas in linea IIII, die et anno quo supra.

1. proprium *al text*. 2. et *afegit a la interlínia*. 3. et in torrente *afegit a la interlínia*. 4. *Entre i i m, e ratllada*. 5. *La segona r corregeix s*. 6. *Manquen*. 7. *vos repetit*. 8. *Manca*. 9. *Seniofreet al text; et corregeix t*. 10. *Manca*. 11. *presbiter monograma*.

344

1104, abril, 9

Convinença. *Arnau de Malla, bisbe de Vic, dóna a Guillem de Lluçà vint sous de plata i li encomana la custòdia del palau episcopal, les batllies que té a Osona, el terç dels plets i una part del teloni del mercat de Vic. A canvi, Guillem li promet fidelitat i servei.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 83a (*olim arm. 9 Vic, sac A, núm. 66*), 230 × 245 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 83 dupl. a (*olim arm. 9 Vic, sac A, núm. 102*), 255 × 55 mm. Bon estat de conservació.
- C Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 83 tripl. a (*olim arm. 2 Vic, sac A, núm. 90*), 295 × 80 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 50.

Aquest document, tant a l'original com a les còpies, porta copiada a continuació la convinença feta, el mateix dia, entre Guillem de Lluçà i el bisbe de Vic sobre el castell de Quer. L'hem contemplat, però, separatament (vegeu el document núm. 345).

Scriptura donacionis et conventionis quam facit Arnallus episcopus Guillelmo de Luciano, et Guillelmus episcopo talis extat omnino. Donat denique idem episcopus eidem Guillelmo XX solidos plate operandos in Vicendi¹ moneta et commendat ei palatium ad custodiendum et ad abitandum et baiulias quas habet in Ausone, sicut solitus erat habere in diebus archiepiscopi. Et donat ei ter-

ciam partem placitorum² ville Vici et in baiuliis terciam partem placitorum et quatuor porcors³ de toloneo⁴ Vicensis mercati. Et propter hæc omnia convenit dictus Guillelmus dicto episcopo ut sit eius fidelis homo sicut debet esse⁵ seniori suo, per fidem, sine malo ingenio.⁶ Et adiuvet ei tenere et habere et defendere omnem honorem Sancti Petri et ipsius canonice⁷ et omnem quem idem episcopus habet ubique modis quibuscumque contra omnes homines utriusque sexus. Et faciat ei curtes et placita et seguimenta sicut homo debet facere suo seniori sine aliqua fraude. Et hoc teneat ei omni tempore et successoribus eius post se.

Actum est hoc V idus aprilis, anno XL IIII^o regni regis Philippi.⁸

Guillelmus Guisads*.⁹

Alerandus clericus, qui hoc scripsit et sub (*senyal*) in prefato die et anno.¹⁰

1. En lloc de Vicensi al text; Vicensi C. En nota només indiquem les variants més significatives, tot prescindint de les simples variants ortogràfiques. 2. A l'exemplar A segueix un espai d'aproximadament vuit lletres, raspat. 3. pochos B i C. 4. Theloneo C. 5. eşş B i C. 6. inienio B. 7. kanonice B; canonicę C. 8. Filippi B i C. 9. Subscripció autògrafa A i B. 10. Les còpies B i C varen ser elaborades per altres escrivans coetanis, per aquesta raó, a la clausura, en lloc d'Alerandus clericus ... die et anno, apareix el nom de l'autor material de cadascuna, tal com segueix: Ermengaudus sacer, qui hoc translatavit et sub (*senyal*) prefato die et anno i Petrus diachonus, qui hoc transtulit fideliter die et anno (*senyal*) quo supra.

345

1104, abril, 9

Convinença. *Guillem de Lluçà posa el castell de Quer al servei del bisbe Arnau de Malla i dels canonges de la catedral de Vic.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 83b. Bon estat de conservació.
- B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 83b dupl. b. Bon estat de conservació.
- C Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 83b tripl. b. Bon estat de conservació malgrat l'esvaniment de la tinta.

Aquest document, tant a l'original com a les còpies, està copiat a continuació d'una altra convinença feta el mateix dia entre Guillem de Lluçà i el bisbe de Vic. L'hem contemplat, però, separadament. Les mides dels diferents pergamins i les signatures antigues consten a la taula de la tradició de la convinença (vegeu el document núm. 450).

Ego Guillelmus Lucianensis convenio vobis domno Arnallo episcopo et omnibus canonicis et canonice¹ Sancti Petri sedis quia de kastro² quod dicitur Cher³ a nobis ut in eo et eius fortitudine

si opus fuerit ipsi canonice aut episcopo habeatis adiutorium de me et intrare et exire et guer[r]am⁴ facere contra omnes homines qui abstulerint vel auferre voluerint ius vestrum et episcopi vel canonice, et sic fiat in mea progenie omni tempore.

Actum est hoc V idus aprilis, anno XLVIII regni regis Philippi.⁵

1. kanonicis et kanonice B, *que sempre utilitza k en aquest mot.* 2. kastro C. 3. Ker B i C. 4. Manca; guerram B i C. 5. Filipi B; Filippi C.

346

1104, abril, 28

Venda. *Ramon Goltred i la seva esposa Guidinilda venen a Pere Ermengol, a Joan Ermengol i a la muller d'aquest, Sança, una casa de la sagrera de l'església de Santa Maria de Cardedeu, pel preu de seixanta sous in rem valentem.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 84, 430 × 110 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'un forat a la part dreta del pergami.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 674.

In nomine Domini. Ego Reimundi Goltredi et uxor¹ mea Guidenel femina venditores sumus vobis Petro Ermengaudi et Iouan Ermengaudi et uxor tua Sancia femina, emptores. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus vobis casa una cum ipso curtilio et tigena I, qui michi [advenit],² ad me Reimun Goltred per vocem ienitoris meis, et ad uxor mea per su[u]m³ X. Est autem ec omnia in parroquia Sancta Maria, in villa Cartitulo, in ipsa sacraria. Afrontad ec omnia de parte orient in ipsa via qui vad[it]⁴ ante porta de Bernad Seniol, a parte meridie in ipsa via qui vadit ad ipsa frabega, a parte circi in closo de me venditore, a parte occiduo in via qui vadit ad ecclesia Sancta Maria vel in pariete de me venditor. Quantum infra istas afrontaciones includunt sic vendimus⁵ vobis ista omnia suprascripta ab integre, cum introitibus earu[m],⁶ propter precium solidos sexsaginta in rem valentem. Est manifestum. Quem vero predicta omnia de meo iure in vestro tradimus dominio ad vestrum proprium francum. Quod si nos vinditores aut ullus omo vel femina qui hoc venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat in d[uplum]. Et in⁷ antea ista carta firma permaneat omnique tempore.

Actum est oc IIII kalendas mai, anno XXXXVIII regnante Filip regi.

Sig+num Reimun Go[litred], Sig+num Guidenel femina, nos qui ista carta vindicione fecimus, firmamus firmarique rogavimus.

Sig+num Maior Oliba. Arbert [...].⁸

Arnallus sacerdos, qui hoc scripsit die vel anno quod (*senyal*) supra.

1. *Segueix tu, ratllat.* 2. *Manca.* 3. *Manca.* 4. *Manca.* 5. *vendrmus al text.* 6. *Manca. Segueix a, sense cancel·lar.* 7. *Interpretem la part il·legible a causa del forat del pergami.* 8. *Espai d'aproximadament vuit lletres, il·legible a causa del forat del pergami.*

347

1104, juliol, 13

Infeudació. *Guillem Dalmau, Berenguer Bermon i Berenguer Guillem encomanen a Bertran Roïllan el castell de Montargull amb la meitat del delme i altres drets. A canvi, Bertran promet fidelitat i serveis.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 17 de gener de 1240. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 92 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 61), 255 × 90 mm. Bon estat de conservació malgrat la tinta, una mica esvanida.

Cit. BISSON, *L'impuls*, pp. 47, 48. — KOSTO, *Making agreements*, p. 234.

Hec¹ est conveniencia² quam facit Bertrandus Rodlandi ad Guillelmus Dalmacii et Berengarium Bermundi et Berengarium Guillelmi. Donamus namque nos, supradicti seniores, ad iamdictum Bertran, kastrum de Mu[n]tergul³ per fevum cum medietate de X vel medietate de placitos et cum tercia parte de presentales et tercia parte de lexivos, exceptus de nostra dominaturam de nostros baiulos sive de exorchos. Et ego Bertran convenio ad vos, suprascripti seniores, ut sim vestrum solidum contra cunctos homines ac feminas, et faciam vobis cortes et placitos et segios et osten et cavalcadas. Et nos, seniores, dabimus ei asinos duos in oste. Et ego Bertran convenio stare in supradicto castro omni tempore et edificabo ipso castro et meliorabo cum omnibus de castro et faciam ibi vallos et defedam eis terminos et levabo aguats.

Facta ista conveniencia III ydus iulii, anno XLV regum regis Philipi.

Et ista conveniencia⁴ fuit facta in presencia de Guillelmus Ramon et de [Abinezar]⁵ et de Ramon Ingilbert et de Ermengaudus, qui hoc scripsit.

Iuro ego Bertran quia ista conveniencia suprascripta que fage atendre e fidele vos en ssiré per fide et sine enganno. Per Deum et per istos sanctos.⁶

1. B *comença*: Hoc est traslatum fuit (*sic*) fideliter factum XVI kalendas februarii, anno Domini [M°] CC° XXX° VIII°. 2. *Les dues i afegides a la interlínia*. 3. *Manca*. 4. *La darrera i afegida a la interlínia*. 5. *Lectura dubtosa*. 6. B *acaba*: Berengarius [Benfaci], qui hoc traslatum scripsit et hoc signum (*senyal*) feci die et anno quo supra.

348

1104, setembre, 17

Esponsalici. *Guillem dóna en esponsalici a Beatriu la desena part dels seus béns als comtats del Rosselló, Peralada i Empúries.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 85, 570 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 26. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 166, 167. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 119.

Prischa legum iura et universa ordo doxorum sancxit auctoritas ut in celebrandis nuptiis arrarum anuli de sponsalicii et ad ultimum quod necminus est libellum dotis a viris celebriter sociandis tradatur coniugibus ut iuxta divinum eloquium, quod Deus coniungere voluit, humana temeritas separate nequeat. Quociens aliqua agenda sunt: ex legali coniunctione debet esse ex voluntate viri et femine vel parentorum illorum ut in utrorumque voluntas sola permaneat actio nuptiali. Omnipotens Deus cum de limo terre formasset hominem precepit eum non esse solum dicens: «Faciamus ei adiutorium similem sibi». Et benedixit eis dicens: «Crescite et multiplicamini et replete terram». Ysaías quoque nobilissimus prophetarum sic cecinit dicens: «Accipite uxores et generate ex eas filios et filias». Paulus quoque vas electionis, pulcherrimus predicator christianorum, exorsus est dicens: «Propter fornicationem unusquisque suam propriam accipiat uxorem.» «Quod caritas iungit, longitudo terrarum non separet.» Et item in evangelio Dominus dicit: «Quod coniunxit homo non separet.» Ob hoc igitur ego, in Dei nomine, Gillelmus,¹ sequens divine auctoritas exemplum, volo in presencia multorum bonorum hominum fieri notum qualiter exigit mihi voluntas disponavi femina nomine Beatricis,² quod ita vero et facio. Et ideo, iuvante Deo, ad coniugium nuptiali sociari mihi quero. Et ideo, propter amorem parentum ipsius et pulcritudinem illius, gratuito animo de rebus meis propriis volo illa largire atque conferre. Quod ita vero et facio de omnibus rebus meis propriis

mobilibus scilicet et immobilibus quem hodie vel in antea visus sum habere vel possidere aut, Deo propicio, augumentare potuero, mobile et immobile, omnia in omnibus, quantum dici vel nominari potest, quod habeo in comitatu Rossilionense, Petralatensis scilicet atque Impuritanensis, X^{am} partem tibi dono atque concedo faciendi exinde quodcunque volueris potestatem, habendi sicut in lex gotorum continet. Si quis autem homo vel femina seu utriusque sexus qui contra hunc dotis titulum vel donacione ad irrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat in vinculo ex auro optimo libras centum. Et in antea hec dote donacionis omnique tempore maneat firma.

Acta est autem hec scripturam dotis donacionis XV kalendas octobris, anno XL^o V^o regnante Philipo rege.

Sig+num Gillelmus,³ qui hec dote donacione fieri iussi et manu mea signo punctis firmavi et hos testes firmare rogavi.

Sig+num Dalmatio⁴ vicecomiti. Sig+num Petrus⁵ Ponci de Torredella. Sig+num Gillelmus Sonifredi. Sig+num Gillelmus⁶ Remundi de Torredella.

Petrus⁷ presbiter, qui hec dote donacione scripsi sub (*senyal*) die et anno quod supra.

1. Guillelmus en lletres majúscules. 2. Beatricis en lletres majúscules.
3. Guillelmus en lletres majúscules. L'escrivà corregeix la m minúscula que havia escrit quan havia traçat el nom tot posant una M majúscula volada, sense cancel·lar la m minúscula. 4. Dalmatio en lletres majúscules. 5. Petrus en lletres majúscules.
6. Guillelmus en lletres majúscules. 7. Petrus monograma.

349

1104, octubre, 3

Jurament de fidelitat. *Riambau, fill d'Oda, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 86 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 362), 140 × 120 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 391.]
a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 386.

Iuro ego Reamballus, filius qui sum Ode femine, tibi domno Remundo comiti, filio qui fuisti Mahalt comitisse, quia de ista hora et deinceps, dum vivus fuero, fidelis ero tibi per directam fidem, sicut fidelis homo debet esse suo seniori, sine fraude et malo ingenio et sine ulla tua decepcione. Ego Reamballus iamdictus no dezebré

tibi predicto Raimundo de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de civitate Barchinona, neque de comitatu Barchinonense, neque de civitate Minorisa, neque de ipso comitatu quem dicitur Ausona, neque de civitate Gerunda, neque de comitatu Gerundense, neque de ipsis castris, puos vel rocas, condirectos vel eremos, qui infra predictos comitatus sunt, neque de ipsis episcopatibus vel abbaciis qui infra predictos comitatus sunt vel ad predictos episcopatus pertinent, neque de ipsa paria de Ispania quam hodie habes et in futuro, Deo dante, adquisieris. Ego, iamdictus Reamballus, tibi, predicto seniori meo, no t'o tolré heo omnia suprascripta ne te'n tolré, nec ego, homo vel femina per meum consilium neque per meum ingenium. Ego, predictus Reamballus, finem neque treguam neque societatem non habuero cum eis vel cum eo qui ista omnia suprascripta aut de istis omnibus supradictis tibi, predicto Raimundo, tulerint vel tulerit ad illorum proficuum, neque ad tuum dampnum, donec recuperatum habeas hoc quod tibi tulerint de predictis omnibus. Adiutor ero ego, predictus Reamballus, tibi, predicto seniori meo, supradicta omnia tenere et habere sine tuo engan sive quantum hodie habes et in antea adquisieris contra cunctos homines vel feminas qui ad te, iamdicte Raimunde, tulerint vel tulerit aut tollere voluerint vel voluerit. Hec omnia supradicta aut de his omnibus supradictis unde tu, iamdicte Raimunde, me commonueris per nomen aut in nomine de isto sacramento, per te ipsum aut per tuos missos vel missum; et comonir no me'n desvedaré nec de ipso comonimento ullum ingenium no faré et ipsum adiutorium sine tuo engan¹ lo faré. Sicut superius scriptum est, ego, predictus Reamballus, si o tenré et o atendré tibi, predicto seniori meo, per directam fidem, sine engan, nisi quantum tu, iamdicte Remunde, me absolveris per grad, sine forcia. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc V nonas octobris, anno XLV regni Philippi regis.

Sig+num Reamballi.

1. engan *afegit a la interlínia*.

350

[1094-1104]

Venda. *Blasco Fortún de Atosa ven a Cipriano una part de l'hort que té a Asosa, pel preu de seixanta sous.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3401 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 391), 215 × 360 mm. Estat de conservació regular, amb algunes taques d'humitat que en dificulten la lectura en alguns punts.

Datem pels anys del regnat de Pere I d'Aragó.

In Dei nomine. Hec est carta quam facio ego Blasco Fortuniones de Atosse ad vos don Cipriane. Placuit¹ michi et vendidi vobis illa mea parte de illo orto de illa Asosa qui fuit Albughasso, quam michi donavit rege domino Petro, tale parte quale michi tangit inter meos compangeros Enneco Galindez et Sancio Ennecones. Et prendo vobis inde precio LX solidos de denariis. Et ego vendo vobis istam suprascriptam partem meam ut abeatis eam ingenuam et salvam et securam in illa guisa sicut eam michi donavit rege, quod nullus omo non vobis possit ibi demandare nulla causa. Et est fidanza quod salva illam abeatis ista suprascripta mea parte sine ullo clamo, scilicet Lop Fortuniones, zabalmedina de Monteson, et de me et de illos meos totos et de totos qui istam partem demandare quesissent. Si quis autem han cartam inquietare quesisset, extraneus sit a societate christianorum et a societate omnium sanctorum separatim permaneat in secula seculorum.

Ego Blasco Fortuniones hanc cartam scribere mandavi et de manum mea hoc signum + feci.

Ego Lop Fortuniones, qui sum fidanza hoc signum (*senyal*) feci de manum mea. Signum Garin Eximinones de Villa Campa, testis (*senyal*). Signum Galin Blaskiz, testis +. Sancio Acenariz, alferiz + testis.

Ego Galindo, scriptor regis domini mei, hanc cartam scripsi et hoc signum (*senyal*) feci.

1. t *afegida a la interlínia.*

1105, gener, 4

Establiment. *Guillem Ramon de Castellvell, la seva esposa Ermessen-da, el seu germà Dorca i la muller d'aquest, Teresa, estableixen als esposos Pere Amat i Guilla i als seus descendents dos molins amb un cens de dos parells de capons anuals.*

- A [Original no localitzat.]
 B [Trasllat del 19 d'agost de 1172 no localitzat.]
 C Trasllat del 15 de juliol de 1226. Còpia de principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 87, 255 × 140 mm. Estat de

conservació regular a causa de la tinta, molt esvanida, i de l'enfosquiment del marge dret del pergami.

Cit. PEDEMONTE, *Notes*, p. 96.

In¹ Christi nomine. Ego Guillelmus Raimundi de Castri Vetuli et uxori mee Ermessendis femine, una cum fratre meo Dorcha et uxori sue nomine Thareze, femine. Manifestum est enim quia donatores sumus tibi Petro Amati et uxori tue Guilie femine et filiis vestris qui fuerint procreati ex vobis omnique posteritati tue sive progeniei. Damus vobis molendinos II nostros cum casalicios in qua sunt constructos atque rehedifichatos, cum aquam que pertinet ad prefectos molendinos vel pertinere debet, et cum omnia constructura atque utensilia de prefatos molendinos, scilicet cum regos et caput regos et cum ipsa omnia que ad molendinos pertinent vel pertinere debent. Advenit autem nobis hec omnia prenotata, michi Guillelmi Raimundi et Dorcha, fratre mei, pro genitores nostros; nostras vero coniugis per illorum decimum et per aliis vocibus et modis. Prescriptos molendinos cum omnia prenotata damus vobis sub tali quoque modo et ordine ut in ipsum annum, per tempus pluviarum, quando ipsos molendinos potuerint molere, ut detis nobis parilio I de capons, ita tamen ut ex uterque partem sit factum ut detis nobis prefatos capons in ipsum tempus pluvie vos et vestris successoribus nobis et nostris decessoribus, sine obtaculo contrarietate. Si vero nos donatores aut aliquis utriusque sexus vel ordinis homo hanc cartam donacionis dirumpere sive infringere temptavimus sive temptaverit, componamus vobis sive componat haec molendinos in duplum cum omnia utensilia illorum in duplum cum omnia sua melioracione atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Actum est hoc II nonas ianuarii, anno XLV regni regis Filippi.

Sig+num Guillelmi Raimundi, Sig+num Ermessendis fermina, Sig+num Dorcha, Sig+num Thareze femine, nos qui hanc donacionem fecimus, firmavimus punctati et subteri corroborari firmari rogavimus.

Sig+num Iohannis Bernardi de Lavaneres. Sig+num Bernardi Bonefilii. Sig+num Raimundi Iohanni.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis desuper in linea VIII, die et anno quo supra.²

1. *Comença*: [Hoc est] translatum fideliter transcriptum ab alio tranfacto sic se habente: Hoc est exemplum donacionis quam fecit Guillelmus Raimundi de Castri Vetuli et uxor eius Ermessendis et frater eius Dorcha et uxor eius Thareza aut Petro Amati et uxor eius Guilie et filiis earum et progenie earum, sic series sic se abet.

2. C *acaba*: Sig+num Poncii de Faro, Sig+num Guielmi de Roma de Iohanni, Sig+num Berengarii, fratri eius, Sig+num Guillelmi Dalmacii, presbiteri, nos que hunc translatum presentem vidimus et audivimus. Sig+num Raimundi de Faro, qui hunc translatum vidi fideliter scribere. (*Senyal*) Arnalli subdiachoni, qui hoc translatum presente scripsit, cum litteris rasis in linea VII et superappositis in VIII. Actum est translatum in IIIIX kalendas septembris, anno XXX^o VI regni regis Ledovici iunioris. Sig(*senyal*)num Petri Medicii. Sig(*senyal*)num Berengari Dapraria, testis. Sig(*senyal*)num Petri de Campo. Sig(*senyal*)num Raimundi de Riera, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum scripsit, cum literis emendatis in linea V, idus iulii anno Domni M CC vicesimo sexto.

352

1105, gener, 30

Venda. *Joan i la seva esposa Adelaida venen a Guitard una casa a Cervera pel preu de tres mancusos in rem valentem.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 81, 170 × 105 mm.
Estat de conservació regular, la tinta està una mica esvanida.

In nomine Domini. Ego Iouan et uxor mea Adaled vinditores sumus tibi Guitard. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus nos tibi kasal I cum solo et superposito. Et advenit michi, ad me Iouan per parentorum, et ad me Adaled per parentorum aut per ullasque voces. Et est ipso casal in comitatum Minorisa, intus ipsa vila de Cervera. Et abet affrontationes ipso casal de parte orientis in ipsa cal, de meridie in cal, de occiduo in casa de Adaled et de filio suo, de parte vero circii in ipso cingulo et in entrada de Adaled. Quantum inter istas affrontationes includunt sic vindimus nos tibi ipso casal cum egressis¹ et exitibus suis ad tuum proprium alaudem ad omnia facere quod volueris. Et est precium placibile mancusus III in res valente. Quod si de nostro iure² in tuo tradimus dominio et potestate ad faciendi tuam volumptatem. Quod si nos vinditores aut ullusque homo vel femina qui contra ista carta vindicione inquietare vel frangere voluerit in duplo tibi componat aut componamus nos cum omni sua inmelioratione. Et in antea ista carta firma sit modo vel omnique tempore.

Facta ista carta vinditione III kalendas februarii, anno XL^o IIIII^o regnante regis P[h]ilippi.³

Sig+num Iouan, Sig+num Adaled, nos qui ista carta fecimus scribere et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Mironi Bonifilius, Sig+num Arnall Ramon, Sig+num Mir Arnall, isti sunt visores et auditores.

Petrus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo sup(*senyal*)pra.

1. egressis al text. 2. Fórmula incompleta. La forma correcta és: Quem vero predicta que vobis vindimus de nostro iure. 3. Manca.

353

1105, febrer, 28

Empenyorament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, empenyora a Guillem Dalmau el mas Guitard per raó d'un deute de cinquanta-sis morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 88 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac 4, núm. 634), 255 × 130 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 56. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 39. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 96. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 272. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50.

In Dei nomine. Ego Reimundus Berengarii, Dei gratia Barchinonensis comes et marchio, empignoro tibi Guillelmo Dalmatii alodium meum proprium per paternam hereditatem, mansum videlicet quem dicunt de Guitardo, toto¹ cum omnibus suis pertinentiis, propter moabetinos LVI quos tibi debeo. Quicquid igitur ibi habeo vel habere debeo vel homo per me, totum impignoro tibi, et a meo iure in tuum trado dominium et potestatem ut habeas et possideas ipsa omnia quiete sine blandimento ullius hominis. Et si tu obieris antequam hec redimam, habeant ipsa omnia similiter canonici Sancti Adriani pro anima tua per te. Cum vero hec tibi omnia reddidero, reddatur michi hec scriptura sine mora et pignus absque usu² et fructu que inde consequutus fueris. Et ne aliquis hoc tibi dirumpere valeat, dono tibi quatuor fideiussores: Guillelm Remundi, senescalt, et Guillelm de Castelvil et Abram, ebreum, et filium eius Mahir, unumquemque pro moabitinis L, ut eos pariter donent ibidem tibi vel tuis moabitinos CC^{tos} si aliquis tibi hoc pignus dirru[m]perit³ et ego infra XXX dies postquam mihi dictum fuerit non fecero ipsa omnia emendare in duplum tibi vel tuis.

Actum est hoc II kalendas marci, anno XL^o V^o regnis regis Philippi.

Signum+ Raimundi comes*. Sig+num Guilberti Raimundi, senescalc. Sig+num Petri Ermengaudi. Sig+num Guillelmi Raimundi Castri Vetuli. ⁴.* אברהם בר יוסף

Sig+num Berengarii, subdiachoni atque canonici, qui hoc scripsit, cum literis super additis linex V, die et anno quo supra.

1. ioto *al text*. 2. usu *afegit a la interlínia*. 3. *Manca*. 4. Abraham, fill de mestre Iucef. *És la signatura en hebreu del fiador Abram, ebreum. Agraïm la lectura, transcripció, traducció i els comentaris al Dr. Eduard Felíu (e.p.d.)*.

354

1105, març, 23

Donació. *Els esposos Dalmau i Sança i Pere i Arsenda, filla de Sança, donen a l'església de Sant Salvador d'Arraona una terra a Sant Vicenç de Jonqueres.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 90 (*olim arm. 2* Barcelona, sac L, núm. 719), 355 × 110 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Dalmacius et Petrus, uterque fratres, et uxores nostras Sanscia et filia eius Arsindis donatores sumus domino Deo salvatori nostro cuius ecclesia sita est in chomitatu Barchinone, infra termines Arrahone. Scimus enim quod elemosinam a morte liberat animam, propterea damus atque tradimus ad predictum locum Domini Salvatoris terram nostram cum arboribus, quod habemus in iamdicto comitatu, infra parrochiam Sancti Vincencii Iuncherensis vel in Subarbaro. Advenit nobis per condam Ermellis¹ feminam sive per ullasque voces. Afrontat ex horiente in terram Guillelmus Bernardi, de meridie in via et in rivi Subarbaro, de occiduo simileter in rivo de Subarbaro, ex cirsci parte afrontat in terra Ihoanni Guifredo. Quantum has afrontaciones includunt, sic donamus Domini Salvatoris ipsam medietatem quod ibi abemus ab omni integritate, cum exiis et regressiis suis, et de nostro iure in potestate iamdictam ecclesiam Domini Salvatoris damus atque tradimus iure ipsius serviendum.² Et qui contra hanc donacionem pro inrumpendum venerit aut venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus predicta donacio ad iamdictum locum Domini Salvatoris in triplum cum sua melioracione. Et in antea hoc maneat firmum omne per evum.

Actum est hoc X kalendas aprilis, anno XLV regni regis P[h]ylippi.³

Sig+num Dalmacius, Sig+num Arsindis, Sig+num Petrus, Sig+num Sancia, nos qui hac donacione facimus, firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Guillelmi Bernard. Sig+num Guillelmi Eral. Sig+num Seniofredus Faber. Sig+num Arbertus*. Sig+num Pontius*.

Raimundus sacer, qui hoc scripsit et (*senyal*) die et anno quo supra.

1. i corregeix a. 2. i afegida a la interlínia. 3. Manca.

355

1105, març. Berbegal

Donació. *Alfons I, rei d'Aragó i de Pamplona, dona a Íñigo Galíndez el castell i la vila de Peralta de la Sal i diversos béns a Alcolea de Cinca i a l'Almúnia de San Juan.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 189 (*olim* arm. 17 Aragó, sac B, núm. 301), 390 × 550 mm. Bon estat de conservació.

a LACARRA, *Documentos* (1), doc. 6.

b LACARRA, *Documentos* (2), doc. 21.

c LEMA, *Colección diplomática*, doc. 2.

(*Crismó*) In Dei nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Adefonsus Sangiz, Dei gratia Aragonensium et Pampilonensium rex, facio hanc cartam donacionis ad vos s[eniori] Enneco Galindez. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et propter servicia que mihi fecistis et cotidie facitis dono vobis illo castello de Petra Alta cum tota ipsa villa ad vestrum proprium alodem, cum totos suos terminos et cum totos illos directaticos quos ego ibi abeo et cum totum quantum ad me[am]¹ regalem personam ibi pertinebat die quod ista carta fuit facta, extra illud quod ante abebat ibi donato meo germano cum carta ad cavalleros et ego similiter post eum; similiter dono vobis in Alkoleia tota quanta ereditate ibi abebatis, sicut eratis inde tenente die quod ista carta fuit facta et illas casas de Alfaki cum duas cortes qui se tenent in istas casas predictas. Et concedo vobis ibi, in locare ermo, quod vos faciatis casas quales meliores potueritis eas facere. Et dono vobis illa Almunia de Moz Arrabali cum toto suo termino quod abet et illa terra de illa aceita qui est in illo termino de ista Almunia supradicta. Hoc autem totum sicut suprascriptum est laudo et afirmo illum vobis quod abeatis et possideatis illud ingenuum et liberum ad vestra propria ereditate per facere inde vestra voluntate, vos et filii vestri et omnis vestra posteritas, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cuncta et salva illa decima ad illum locum ubi pater meus et meo germano cuius sit requies illam mandarunt.

Signum + Aldefonsius*.

Facta carta ista era M^a C^a XL^a III, in mense marzo in Berbecal.

Me Dei gratia regnante in Aragone et Pampilona et in Super Arvi vel Ripa Curcia. Episcopus domnus Stefanus in Osca. Domnus Petrus episcopus in Irunia. Episcopus domnus Raimundus in Barbastro. Comes domnus Sancius in Erro et in Tafalia. Senior Galin Sangiz in Funes et in Sos. Senior Lope Lopez in Uno Castello. Senior Fortunio Lopez in Luar et in Boleia. Senior Garcia Zekodinz in Albarola et in Tabe. Senior Fortunio Sangiz in Sarangena. Senior Enneco Galindez in supradicta Petra Alta.

Ego Garcia sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et hoc signum de manu mea (*senyal*) feci.

1. *Manca.*

356

1105, abril

Concessió. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, concedeix a Mossé, Jafia, Bonen i Abotaib, jueus, els privilegis d'amocfalafia i de no estar obligats a transportar cristians ni jueus en la seva embarcació.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 91, 185 × 200 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, p. 539. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, pp. 274, 280. — BONASSIE, *Catalunya*, II, p. 278. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 103-104.

Hec est donatio quam facit comes Remundus istis IIII^{or} iudeis, id sunt, Mosse et Iafia, Bonen et Abotaib. Donat namque eis ut nullus homo in omnem suam terram non ducat sarracenum neque sarracenam ad Yspaniam per redemptionem nisi isti soli iudei, et nullus homo iudeus neque christianus non vadat in illorum navem per mercatum si non fuerit voluntas eor[um]¹ aut per illorum manum. Et qui hoc eis fregerit det comiti libram I auri et postea hec datio stabilis permaneat. Et hoc teneant tantum quousque recuperetis inde XII^{cim} libras platę.

S+ Raimundi comes*.

Signum+ Remon Ermengod. Signum+ Remon Guillem. Signum+ Guillem Remon.

Signum+ Bernardi Ollegarii, qui hoc scripsit anno XLV Philipi, mediante mesis aprilis.

1. *Manca.*

357

1105, juliol. Ejea de los Caballeros

Carta de franqueses. *Alfons I, rei d'Aragó, concedeix carta de franqueses als pobladors presents i esdevenidors d'Ejea de los Caballeros, els declara exemptes les terres i cases que tenen i els reconeix el dret d'ocupar terres.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 5 (*olim* arm. 19 Osca, sac O, núm. 154), 340 × 320 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de 1399. ACA, Cancelleria, reg. 2193, f. 10r-v.

a LACARRA, *Documentos* (2), doc. 41 (amb data de 1110).

b LEMA, *Colección diplomática*, doc. 43 (amb data de 1110).

c LEDESMA, *Cartas de población*, doc. 26 (amb data de 1110).

Datem d'acord amb la data que figura a la còpia C.

In nomine Sancte Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Adefonsus, gratia Dei imperator, fatio hanc cartam ingenuitatis et franchetatis ad vos totos populatores qui estis populatos in Exeya et qui de ista ora in antea veneritis ibi populare. Placuit mihi libenti animo et obtimo corde et spontanea voluntate et pro amore quod Exeya sedeat populata et quod totos ibi veniatis populare, de bona voluntate fatio vobis francas et ingenuas vestras casas et totas vestras hereditates quod habetis in Exeya ad totos illos qui eratis ibi populatos die quando ista carta fuit facta et ad totos illos qui in antea veneritis ibi populare, quod totos abeatis illas ingenuas et liberas et francas per cuncta secula. Et concedo vobis quantum potueritis laborare et exanplare in scaldum in terminos de Exeya. Hoc autem totum, sicut superius scriptum est, laudo et concedo et confirmo vobis illud quod firmum permaneat et quod abeatis et quod possideatis¹ illud totum ingenuum et liberum et francum ad vestram propriam hereditatem facere inde ad totam² vestram voluntatem vos et filii vestri et omnis generatio vel posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per cuncta seculorum secula, amen. Et illos qui estis cavalleros, quod tota ora in tempus de guerra quod teneatis ibi singulos cavalleros armatos. Et illos qui estis pedones, singulos pedones armatos. Et quod nullus de vobis non intret fidantia ad nullo homine de alias villas nec de alia terra. Et qui vos pignoraverit, vos in Exeya stando, quod pariet D solidos de dineros.

Signum [...]³ Adefonsi.

Et si homicidio vel aliqua dampna venerit in vestros homines vel in vestras casas, quod vos inde prendatis illa colonia et non inde respondeatis ad nullo alio seniore nec ad nullo merino D solidos.⁴

Facta carta ista ingenuitatis [...] ⁵ in mense iulio, in villa que dicitur Exeya supranominata. Regnante domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio ego Adefonsus in Aragona et Panpilona, in Super Arvi et Ripa Curçia et in Castella. Episcopus Stephanus in Osca. Episcopus Petrus in Runia.⁶ Episcopus Raymundus in Barbastro. Don Remiro in Montzon et in Boyle. Don Calbet in Elson et in Abinzalla. Senior Ennecho Sanz in Calasanz. Fertunio Iohannes et Galindo Iohannes in Thamareto et in Alchezar et in Azara. Pere Petit in Loarre et in Boleya. Castanie⁷ in Biele et in Chalamera. Senyor Arnar Aznarez in Funes et in Sangossonia.⁸ Senior Lope Garcez in Aybar et in Stella. Senior Ximino Fertuinones in Punicasto et in Galipienzo. Senior Fertunio Garcez de Biele, mayordomo in curia regis. Galindo Lopez, merino in Unocastello et in supradicta Exeya.

Signum [...] ⁹ regis Adefonsi, filius Barchinonensium comitis, qui laudo et confirmo hoc suprascriptum [...] ¹⁰ Signum Raymundi comes.¹¹ Signum regis [...] ¹² Ranymirus. Signum [...] ¹³ Petri, Regis Aragonensis et comitis Barchinonensis.¹⁴

Ego autem Sancius sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [...] ¹⁵ feci.

Et nullus homo qui comprara casas vel terras vel vineas sine ullo clamo usque ad cap de anno et I^o die mas non demandet ad homine de Exeya qui sedeat populatore de Exeya, qui mas non respondeat nec ad homine nec nulla muliere.¹⁶

1. et possideatis C. 2. facere per inde totam C. 3. *Espai en blanc d'aproximadament set lletres per al signe del rei.* 4. D solidos omet C. 5. *Espai d'aproximadament setze lletres, raspai; era M^a C^a XLIII^a, C.* 6. *En lloc d'Irunia; Irunia, C.* 7. Don Castan C. 8. Sangossa C. 9. *Espai en blanc d'aproximadament vuit lletres per al signe del rei Alfons I (II).* 10. *Espai en blanc d'aproximadament disset lletres.* 11. *La còpia C altera l'ordre de les subscripcions de Ramon Berenguer IV i Alfons I (II), que situa després de la subscripció del rei Ramir, amb la redacció següent: Signum+ Raymundi comes, mando, laudo et concedo ut nullus homo qui comperavit casas vel terras vel vineas sine ullo clamo et possiderit annum et diem completum et deinceps non respondeat. Signum regis Adefonsi, filius Barchinonensium comitis, qui laudo et confirmo hoc suprascriptum.* 12. *Espai en blanc d'aproximadament sis lletres per al signe del rei Ramir.* 13. *Espai en blanc d'aproximadament set lletres per al signe del rei Pere I (II).* 14. Signum [...] regis Adefonsi... comitis Barchinonensis corresponen a confirmacions posteriors incloses en el document. 15. *Espai en blanc d'aproximadament cinc lletres per al signe de l'escrivà Sanç.* 16. B acaba: Hec est translatum fideliter factum.

358

1105, agost, 8

Establiment. *Ermengarda i el seu fill Ramon Bernat, clergue, estableixen als esposos Renard Miró i Mindònia un mas al territori de Barcelona, a Provençals.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 93 (*olim* arm. 42 Montblanc, sac Maria, núm. 1101), 215 × 255 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 93 duplicat (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1020), 235 × 240 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 348, 652.

In Dei nomine. Ego Ermeniardis cum filio meo Raimundo Bernardi, clerico, dono tibi Renardo Mironis et uxori tue Mindonie vestreque progeniei atque posteritati mansum unum quod habemus per pignus Guillelmi et Berengarii, episcoporum Auzonencium in territorio Barchinonensi, in parrohechia Sancti Andree de Palumbare, in Provincialis. Prephatum namque mansum, cum omnibus suis terminis et pertinenciis, cum ingressibus quoque et exitibus suis, donamus vobis ad hedificandum et laborandum per cartam precariam ut bene eum redirigatis et laboretis. Et de omnibus fructibus quos Deus ibi dederit super ipsam viam et de omni alodio quod de heremo traxeritis¹ de ipso videlicet prato donetis nobis per istos tres annos primos ipsam tascam quandocumque ipsum exeremaveritis² et post tres ipsos annos primos ipsum chintum. De aliis vero omnibus alodiis quartam partem ipsorum fructuum quos Deus ibi dederit, preter ipsum ortum et ferragenalem quod vobis damus. De supradictis itaque omnibus alodiis dabit nobis semper ipsam decimam et brassaticum, et de ipsa batedura talem partem qualem de aliis expletis secundum quod Deus ibi dederit. Et nichil inde excipietis nisi ipsum conductum in tritura aree necessarium pro quo dabit nobis ocham I et ipsum locet accipietis inde. Pro ipsis autem olearum fructibus dabit nobis migerias III olei ad measure Barchinone annuatim, et pro uvis ceterarumque arborum fructibus oches V. Et teneatis nobis ibi gansatam I de oches unde detis nobis ipsam medietatem et haec omnia fiant ab utraque parte sine engan. Senioraticum autem vel dominatorem nullum contra nos liceat vobis ibi aclamare vel facere. Si quis tam a nostra parte quam a vestra supradictum donum vel convenienciam disrumpere temptaverit, componat alteri cui iniuriam fecerit libram I auri si intra XXX dies quibus ab altero ammonitus

fuerit ipsum dampnum ei redirigere noluerit. Et postmodum haec scriptura firma permaneat.

Actum est hoc VI idus augusti, anno XLVI regni regis Filippy.

Sig+num Ermeniardis, Sig+num Raimundo Bernardi, clerici, nos qui hanc donacionem vel conveniencie fecimus, firmavimus et testes firmari rogavimus tali quoque modo et ordine ut si prefatum mansum redemit episcopus Auzonensi demus vobis per vestrum³ hedificium quod ibi habueritis factum libram I plate curribile Barchinone⁴ ita tamen ut vos reddatis nobis semper haec scripturam donacionis sine mora.

Sig+num Vivani sacerdotis. Sig+num Raimundus Seguni. Sig+num Guillelmus de Turnis. S+num Bernard Odegarii*.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit, cum litteris emendatis desuper in linea VI et emendatis et dampnatis in linea VIII, die et anno quo supra.⁵

1. *Segueix et, ratllat.* 2. *La tercera e afegida a la interlínia.* 3. *u corregeix a.* 4. *Barchinone omet B.* 5. *Signum+ Poncii ... quo supra omet B.*

359

1105, octubre, 29

Venda. *Berusard Ramon i la seva muller Bona venen als esposos Ricard Guillem i Ermessenda la meitat d'una peça de terra a Vespe-lla, a Rossos, al lloc anomenat Clauso, pel preu d'un sou de plata.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm 94 (*olim arm.* 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 852), 125 × 210 mm. Bon estat de conservació malgrat l'esvaniment de la tinta al marge dret.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 56.

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 104, 111.

In Dei nomine. Ego Berusard¹ Ramon et uxor mea nomine Bona vinditores sumus tibi Richardus Guillelmi et conyux tue Ermessindis emtores. Per hanc scripturam cartam vindicionis nostre vendimus vobis medietatem de unam peciolam terre francha. Qui mihi advenit, ad me Berusard per uxor mea nomine Bona, et ad me Bona per paterna vel per materna voce vel per omnes voces. Et est hec om[ni]a² in Ausona comitatu, intra terminum Gurbi, in parrochia Sancti Christophori, in villa Rossos, in locum que dicunt Clauso. Affrontat autem hec omnia, a parte orientis in terra complantata arboribus et vitis qui fuit de Arnallus Guilaberti, de

meridie in alveo Rementol, de occiduo in terra de nos emtores, de circii similiter vel in ipso Kalic. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt et ambiunt et circumeunt, sic vindimus nos vobis ista omnia suprascripta cum exiis vel regressiis earum, in propter precium sollido I plata a pes. Et est manifestum. Quem predicta omnia de nostro yuro in vestro tradimus dominio et potestate ad vestrum proprium legitimum et franchum. Quod si nos vinditores aut ullius persona ominis qui hoc frangere temtaverit, in duplo vobis componat. Et insuper firmitatem obtineat in eternum.

Hacta ista vendicio IIII kalendas novembris, anno XLVI Philippi regis.

Sig+num Berusard Ramon, Sig+num Bona, nos qui ista vindicione fecimus et firmamus et testes firmarique rogavimus.

Sig+num Raimundi Amati. Sig+num Bernardi Poncii. Sig+num Seniofredi Armentarii. Et per past quartera I vini.³ (*Senyal*) Petrus [sacerdos].⁴

Berengarius s[acer]dos, qui et scriptor (*senyal*).

1. *El nom de l'atorgant apareix sempre corregit.* 2. *Manca.* 3. *Et per past quartera I vini afegit per una altra mà.* 4. *iudex lectura dubtosa a causa de l'esvaniment de la tinta.*

360

1105, novembre, [5 o 9]

Convinença. *El comte Pedro Ansúrez i el vescomte Guerau Ponç de Cabrera, en nom d'Ermengol VI, infant, donen a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, la meitat de la suda de Balaguer i els castells de Montmur, la Ràpita, Sant Llorenç de Montgai, Gerb, Algerri, Castelló de Farfanya i Os de Balaguer. A canvi, Ramon Berenguer III els retorna la meitat de la suda en feu.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 95 (*olim* arm. 16 Urgell, sac [1], núm. 386), 255 × 245 mm. Estat de conservació regular: tinta una mica esvanida.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 150.]

a BOFARULL, *Historia*, I, pp. 367-368.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 159.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 161.

La datació *V nonas novembris* no és correcta atès que, feta la reducció, remet al dia 1, és a dir, a les calendes d'aquest mes. Es podria interpretar com a (dia) *V nonas novembris*, que correspondria al 5 de novembre; o bé pensar que, per un

lapsus, es va escriure *V nonas* en lloc de *V idus*; en aquest cas la data correcta seria el dia 9. Document escrit per dues mans diferents.

Hoc est convenientia quam facio ego comes Petrus et nos seniores de Urgelio vobis domno Remundo, Barchinonensi comiti, et uxori vestre.¹ Colligimus vos, cum Dei adiutorio, in medietate de ipsa tota çuda de Balager et donamus vobis ipsum castellum de Munmur vel de Rabita² ad totam vestram hereditatem ad facere quiquid volueritis vos et posteritas vestra vel cui illud donaveritis. Et donat Remundus comes ad comitem Petrum et ad nepotem suum Ermengaudum illam medietatem de zuda ut teneat eam per suam manum, sic quod per quantas vices ibi comes Remundus fuerit et voluerit demandare inde potestatem ille aut homo per illum cui ille mandaverit quod donent ei inde potestatem, per fidem, sine malo ingenio, in tali convenientia quod comes Remundus non tollad eam ad comitem Petrum et ad Ermengaudum, nepote suum, neque ad posteritatem eorum, nisi tale forfactum fecissent quod ille emendare noluerint et non³ potuissent infra quadraginta dies quod ille eis demandasset nisi fuerint per tale incumbro quod habeant sine ullo inganno et illo ecumbre passato infra quadraginta dies quod eis illud faciant⁴ et ei illud adrecent. Et convenit comes Petrus, per se et per Ermengaudum, quod illam partem de civitate Balagarii et de terminis suis quam comiti Remundo donatam habent, quod nec ille nec illorum forcia ne poder ne consei non eam illi tollant ne li'n tolen, et quisquis eam ei tollere quesierit quod illi per fidem ei inde valeant. Et similiter convenit istam ipsam convenienciam quod eam atendat comiti Reimundo ille vicecomes Gerallus per fidem, sine malo ingenio. Et si evenerit causa de illis comitibus aut de Geraldo vicecomite qui istam partem tenuerit, quod non sint in illis partibus aut in⁵ illis terris aut sit causa quod de illis deveniat quisquis unquam istam medietatem de illa zuda tenuerit quod ad comitem Reimundum inde respondeat et fidelis inde comiti predicto sit per fidem, sine ullo malo ingenio, sic quod comes Barchinonensis Reimundus totum suum talentum et totam suam voluntatem possit ibi facere. Et convenit Barchinonensis comes ad comitem domnum Petrum et ad Ermengaudum quod illam aliam medietatem de ipsa zuda et illam aliam partem de Balager et de omnibus suis terminis et castellis, scilicet, Laurenz et Ierb et Castelo et Algerre et Os, cum terminis suis, quod ille nec consilio suo non eis tollat, et nullus christianus qui eis hoc tollere querat quod comes Barchinonensis inde eis valeat et de oste palatina vel moros. Et convenit ille predictus comes Petrus et ille vicecomes

Geraldus predicto Remundo, Barchinonensi comiti, quod quando Ermengaudus fuerit crescud et grandís quod faciat hoc ipsum sacramentum et illum ipsum hominiscum comiti Barchinonensi qualem habet factum ille comes Petrus per illam suam partem de illa zuda. Et si hoc non facere quesisset, predictus comes Petrus et predictus vicecomes Geraldus torment illam suam medietatem de illa zuda Barchinonensi comiti Reimundo poderosament, sine ullo encombre et sine ullo embargo, per totam suam voluntatem et suum talentum facere. Et quisquis de illis vivis fuerit aut quisquis per eos illam medietatem comitis de illa zuda tenuerit, sicut hic suprascriptum est, sic illud attendat sine⁶ arte et sine malo ingenio, per directam fidem, sine ullo engan. Et ego Raimundus, comes Barchinonensis, dono uxori mee Almodiz⁷ et filiis quos de ea habuero omnia que captavi in Balagario.

Actum est hoc V^o nonas novembris, anno XL^o VI^o regnante Philippo rege.

1. et uxori vestre *afegit a la interlínia*. 2. *Segueixen cinc lletres ratllades*. 3. *non afegit a la interlínia*. 4. *A partir d'aquest punt el text continua escrit per una altra mà*. 5. *in afegit a la interlínia*. 6. *Segueix et, expuntuat*. 7. *Almodiz afegit a la interlínia*.

361

[1097-1105]

Jurament de fidelitat. *Ponç, vescomte de Cabrera, jura fidelitat al comte Ramon Berenguer III de Barcelona i promet donar-li la potestat dels castells de Blanes, Argimon i Cabrera.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 20 (*olim* arm. 4 Girona, sac I, núm. 501), 230 × 150 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 413.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 406.

Datem per l'any de l'accés de Ramon Berenguer III al comtat i per l'any de la mort de Ponç I de Cabrera.

Iuro ego Ponci vicecomes, filius qui fui Ermessindis vicecomitisse, quia de ista hora in antea fidelis ero ad te Remundum comitem, filium qui es Mahaltis comitisse, sine fraude et sine malo ingenio et sine ulla deceptione, per directam fidem, sine engan, sicut homo debet esse suo seniori. Et ego Poncius suprascriptus no dezebré te¹ suprascriptum senioreme meum de tua vita neque

de tuis membris que in corpus tuum se tenent; neque de ipsa civitate Gerunda neque de ipso castro Gerundella neque de ipsis fortedis que in predicta civitate sunt aut erunt aut intra iamdictam civitatem neque de ipso episcopatu sedis Gerunde, cum omnibus suis pertinentiis, neque de ipsis abbathiis que in prescripto episcopatu sunt neque de ipso comitatu Gerundensi, cum omnibus suis pertinentiis, neque de ipsis castris aut castellis neque de ipsas rochas aut puos, condirectos vel discondirectos, qui in predicto comitatu sunt, cum omnibus suis pertinentiis. Neque de ipsa civitate Barchinona neque de ipso comitatu Barchinonensi, cum omnibus suis pertinentiis, neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalie, cum omnibus suis pertinentiis. Neque de ipso comitatu Ausone, cum omnibus suis pertinentiis, neque de ipso episcopatu Sancti Petri sedis Vici, cum omnibus suis pertinentiis, neque de ipsa civitate Minorisa, cum omnibus suis pertinentiis; neque de ipsis omnibus castris et terris quas tu, prescriptus senior meus, habes et in antea Deo dante adquisieris. Neque de ipsis pariis Ispanie que tibi debentur dari aut debebunt. Et ego Poncius suprascriptus ista omnia suprascripta aut de his omnibus suprascriptis no t'ó tolrei ne te'n tolrei ad te Remundum comitem suprascriptum, nec ego nec homo nec femina per meum consilium neque per meum ingenium. Et ego Poncius suprascriptus² adiutor ero tenere et habere et defendere ista omnia suprascripta, omnia ad te Remundum comitem prescriptum contra cunctos homines et feminas qui ad te Remundum comitem suprascriptum tollere voluerint aut tulerint ista omnia suprascripta aut de his omnibus suprascriptis unde tu, prescriptus senior meus, me Poncium suprascriptum comonueris per nomen aut in nomine de isto sacramento suprascripto per te ipsum vel per tuos missos. Et comonir no me'n devedare et ipsum adiutorium, sine engan, de te prescripto seniore meo lo faré me sciente. Et ego Poncius suprascriptus potestadivum faré te, prescriptum seniore meum, de ipso castro de Blannes et de ipsa forteda que ibi est aut erit sive de ipso castro Argemundi sive de ipsis fortedis que ibi sunt aut in antea erunt sive de ipso castro de Cabrera sive de ipsis fortedis que ibi sunt aut in antea erunt sive de ipsis turribus³ et fortedis quas ego, prescriptus Poncius, habeo in civitate Gerunda aut in antea habuero. Et istam potestatem dabo tibi prescripto seniori meo ego Poncius suprascriptus per quantas [vices]⁴ michi mandaveris. Et istos castros suprascriptos unde ego Poncius prescriptus iuro potestatem dare tibi, prescripto seniori meo, no-ls te desvedaré ne ab forfait ne sine forfait, nec

ego nec homo vel femina per meum consilium neque per meum ingenium. Et si est homo aut femina chi-ls li tolla ne-ls li deved, ego Poncius suprascriptus finem nec societatem non habuero cum illis usque tu Remundus suprascriptus recuperatos habeas istos castros sine tuo engan.

Sicut superius scriptum est, ego Poncius suprascriptos si o tenrei et o atendrei ad te Remundum comitem suprascriptum sine tuo engan, me sciente, per Deum et hec sancta, nisi quantum tu Remundus suprascriptus me Poncium suprascriptum absolveris per tuum grad, sine forcia, cum duobus vel tribus de tuis⁵ hominibus cui tu mandaveris quod faciant me absolutum simul in unum cum te.

1. te *afegit a la interlínia.* 2. scriptus *afegit a la interlínia.* 3. b *corregeix*
s. 4. *Manca.* 5. t *corregeix* s.

362

1106, gener, 1

Venda. *Pere Guillem i la seva muller Susanna venen als esposos Ricard Guillem i Ermessenda una peça de terra i unes cases a Gurb de la Plana, al Serrat de la Serra, pel preu de quatre sous i mig; els venedors retindran aquestes terres en establiment a canvi d'un cens de dotze diners, moneda de Vic, i un parell de gallines.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm 96 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 857), 195 × 195 mm. Estat de conservació regular malgrat l'enfosquiment del pergami.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 57.

Cit.: RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 111.

In nomine Domini. Ego Petrus Guillelmi et conyux mea nomine Susanna vinditores sumus tibi Richardus Guillelmi et uxori tue nomine Ermessindis, emtores. Per hanc scripturam cartam vindicionis vendimus vobis peciola una terre francha simul cum ipsas chasas cum solos et suprapositos qui in ea peciola terre sunt fundatas. Qui mihi adventit, ad me Petrus per ienitores, et ad conyux mea per X^m vel per omnes voces. Et est hec omnia in chomitatu Ausona, infra kastrum Gurbi, in parrochia Sancti Andreę, in locum que dicunt ipsa Serra. Affrontat autem hec omnia, a parte orientis in alaude de Guillelmi Reamballi, de meridie in alaude qui fuit de Ramon Reamballo, de occiduo in alaude qui fuit de Mironi Guifredi, de circii in terra Sancti Andreę. Qua[ntum] infra

istas IIII^{or} affrontaciones includunt et ambiunt et circumeunt, sic vendimus nos vobis ista omnia suprascripta cum exiis et regresiiis earum, in propter precium solidos IIII et mig; sub tali conventu ut¹ nos venditores prescripti teneamus hec omnia prescripta et donemus per unumquemque annu denarios XII de monete Vici per censum mediante augusti² et pario I gallinarum. Et est manifestum. Quem predicta omnia de nostro yuro in vestro tradimus dominio et potestate ad vestrum proprium. Quod si nos vinditores aut ullus omo vel femina qui hoc dirumpere voluerit, in duplo vobis componat. Et insuper firmitatem obtineat in eternum.

Hacta hac vindicione kalendas yanuarii, anno XLVI regis Philippi.

Sig+num Petrus Guillelmi, Sig+num Susanna, nos qui ista vendicione fecimus et firmamus et testes firmarique rogavimus.

Sig+num Bernardi Poncii. Sig+num Seniofredi Armentarii. Sig+num Mironi Guillelmi. Et per past quartera I vini.³ Sig+num Petrus Onofre.⁴

Berengarius sacerdos qui et scriptor die vel anno prefixo (*senyal*).

1. t *afegida a la interlínia*. 2. mediante augusti *afegit a la interlínia*. 3. Et per past quartera I vini *afegit per una altra mà*. 4. Sig+num Petrus Onofre *escrit en el text al final del document, després de la clausura del rogatari*.

363

1106, febrer, 17

Convinença. *Guerau Ponç II de Cabrera, vescomte de Girona i d'Àger, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i es compromet a donar-li la potestat dels castells que té per ell.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 97 (*olim* arm. 12 Girona, sac 1, núm. 498), 275 × 140 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació malgrat la presència de dues taques d'humitat.

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 414.]

a MIRET, *Investigación*, pp. 90-91 (edició parcial).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 407.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 221, 222.

Hec est convenientia quam facit Gerallus Poncii, vicecomes Girundensis, ad domnum Raimundum, comitem Barchinonensem ac marchionem. Convenit namque predictus Gerallus vicecomes

iamdicto comiti ut ab hac hora et deinceps, per directam fidem, sine engan, sit ei fidelis de vita sua et de corpore suo et de omnibus membris quibus corpus eius compaginatur et de omni honore quem odie abet et in antea cum suo consilio adquiret. Et quod sit sibi adiutor sine engan in omni vita sua contra cunctos homines vel feminas qui voluerint ei tollere honore suo vel aliquid de honore suo, sicut homo debet facere suo meliori seniori per quem suum melius tenet, exceptis illis suis hominibus qui plus sunt aut erunt sui quam de ullo alii homine. Et de illis, postquam comes querelaverit se inde vicecomiti, vicecomes faciat illis redrecare malum quod comiti aut hominibus suis fecerint sine engan, si facere potuerit; si autem hoc facere non potuerit emparet illis suum benefactum sine engan, et postea adiuet comitem sine engan contra illos homines donec habeat inde plenam iusticiam. Item, convenit prefatus vicecomes iamdicto comiti quod faciat illi hostes et cavalcades et seguiments et cortes et placita et omnia alia servicia que fidelis homo debet facere suo meliori seniori. Idem etiam vicecomes convenit eidem comiti quod se sciente de ulla causa non decipiat eum, sed fideliter atendant illi omnes convenientias et sacramenta que sibi facit, sicut homo debet facere suo meliori seniori quandiu vixerit. Item convenit ei vicecomes quod sit suus fidelis homo per directam fidem, sine engan. Et non auferat ei honorem suum neque aliquid de suo honore neque aliquis homo vel femina per suum consilium aut per suum ingenium. Item vicecomes convenit comiti quod donet illi potestatem de suis castris que per eum tenet, scilicet, de ipso de Gerunda et de Argemun et de Blannes et de Cabrera et de Camarasa et de Merita¹ et de Cubels et de Stupagnano, quotiescunque requisierit eum inde per se aut per suos nuncios vel nuncium, per directam fidem, sine engan. Et convenit quod adiuet eum fideliter tenere omnem honorem suum non solum in christianitate sed etiam in Hispania.

Actum est hec convenientia XIII kalendas marcii, anno XLVI regni Philippi regis.

Sig+num Geralli vicecomitis, qui hanc convenientiam feci, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Guillelmi Raimundi de Castel Vill. Sig+num Guillelmi Renardi. Sig+num Poncii Ugonis. Sig+num Petri Renardi.

+ Raimundus levita, qui hoc rogatus scripsi, cum litteris superpositis in linea XII, die et anno quo supra.

1. et de Merita *afegit a la interlínia.*

1106, febrer, 17

Jurament de fidelitat. *Guerau Ponç II de Cabrera, vescomte de Girona i d'Àger, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 98 (*olim* arm. 4 Girona, sac 1, núm. 505), 270 × 295 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 414.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 408.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 221, 222.

Iuro ego Gerallus Poncii vicecomes, filius Ledgardis vicecomitis, tibi Raimundo comiti, seniori meo, filio Mahaltis comitis, quod ab hodierno die et deinceps fidelis ero tibi per directam fidem, sine engan, sicut homo melius debet esse suo meliori seniori, videlicet de tuo corpore et de tua vita et de omnibus membris eiusdem corporis et de omni tuo honore quem hodie qualicumque modo habes et tenes et in antea cum meo consilio adquisieris. Iuro etiam tibi, iamdicte senior, quod fidelis ero tibi per fidem, sine engan, de tuis civitatibus, scilicet Barchinona, Gerunda et Minorisa, et de omnibus castellis atque fortezis que in iamdictis civitatibus sunt aut erunt, et de omnibus roches et pugs que in predictarum civitatum comitatibus continentur, videlicet condirectis et discondirectis, et de ipsis castellis que habeo et teneo per te, scilicet de Blanes et Argemun et de Cabrera, atque de omnibus fortezis que in predictis castris sunt vel in antea erunt, exceptis castris de Barres et de Bruiola et Torcafalon.¹ Et ego iamdictus Gerallus vicecomes non vetabo tibi potestatem de predictis castris per quantas vices illam mihi requisieris per te vel per missum tuum neque de ipsis fortezis quas habeo per te in civitate Gerunda. Et non vetabo tibi iamdicto seniori meo potestatem ab forfet ne sine forfet de iamdictis castris per quantas vices illam michi requisieris per te vel per tuum nuncium, nec ego nec ullus homo vel femina per meum mandatum atque consilium. Si vero, quod absit, aliquis homo vel femina predictos castellos aut aliquod de iamdictis castris tibi abstulerit, nullam fiduciam, societatem vel amiciciam non habebō secum quousque tu habeas recuperatos prefatos castellos, sine tuo engan. Et de potestate prefatorum castrorum non me² vetabo videri tibi vel tuo nuncio ad illas vices quibus tu requisieris predictam potestatem per te vel per tuum nuntium. Iuro ego prefatus Gerallus vicecomes tibi iamdicte senior quod prefatum

tuum honorem neque aliquid de prefato honore non tibi tollam nec aliquis homo vel femina per meum mandatum, stabilimentum atque consilium. Quod si fecerit, ero tibi fidelis adiutor, sicut meo meliori seniori, tenere prefatum honorem, defendere et guerriare contra cunctos homines vel feminas, per fidem, sine tuo engan. Iuro, iterum, quod in loco dicto Quota vel Ostarich non condirigam castrum neque condirigi faciam quandiu vixero. Sicut superius scriptum est ita tibi tenebo et fideliter attendam per fidem rectam, sine engan. Per Deum et hec Sancta.

Actum est hoc XIII kalendas marcii, anno XL VI regni Philippi regis.

Sig+num Geralli vicecomitis, qui hoc sacramentum propria manu feci et testes firmare rogavi.

Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Poncii Ugonis. Sig+num Guillelmi Renardi. Sig+num Petri Renardi.

+ Bernardus, gratia dei Gerundensis episcopus*. + Berengarius, Barchinonensis episcopus.

+ Raimundus levita, qui hoc rogatus scripsit, cum litteris suprapositis in VII linea, die et anno quo supra.

1. exceptis castris de Barres et de Bruiola et Torcafelon *afegit a la interlínia*.
2. *Segueix un espai raspat d'aproximadament tres lletres.*

365

1106, març

Ordinació. *Repartiment de l'aigua de la sèquia d'Irués i de les tasques de neteja de l'esmentada sèquia entre diverses viles de la comarca del Somontano de Moncayo, tal i com, segons la investigació duta a terme per Fortún Aznárez, es feia en temps dels sarraïns. El rei Alfons I d'Aragó hi dona la conformitat.*

A [Original no localitzat.]

B Traducció de principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 101 (*olim* arm. 17 Aragó, sac B, núm. 276), 450 × 290 mm. Bon estat de conservació.

a LACARRA, *Documentos* (1), doc. 101.

b LACARRA, *Documentos* (2), doc. 26.

Document sospitós, sembla una falsificació.

(*Crismó*). In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Hec est carta del agua de Hyruesc que yxe de Moncayo como debe

andar por vez e como andava en tiempo de moros et como trobo en verdat don Fortun Aznarez de viellos moros. Leytonego que prendie el agua V dias, et Los Fayos que prendie una tellya del agua sobredicta cada dia, et la villa de Sancta Cruz la tercera part del agua, et Grisel XI dias. E Samangos V dias. E Cairan IIII dias. E Fuentes I dia e una nueit. E Rueda V dias. E Romareda III dias. E Cabez d·Olleros V dias. E assi como es escripto de suso, asi deve andar esta agua en ador. E quando la dicta cequia oviere mester a mondar, monde Leituenego V dias como prende el agua. E Los Fayos segunt la razon que prende el agua. E Sancta Cruz la tercera part como prende el agua. E Grisel XI dias como prende el agua. E Fuentes I dia e una nueit como prende el agua. E Samangos V dias como prende el agua. E Cairan IIII dias como prende el agua. E Rueda V dias como prende el agua. E Romareda III dias como prende el agua. E Cabez d·Olleros V dias como prende el agua. E si por aventura las sobredictas villas que son escriptas de part de suso no quisieren ir a mondar a la cequia sobredita por que venga dreita el agua fendo a saber las cavaçequias de la ciudad de Taraçona o aquellos cavalleros que seran alamis de la dita cequia d·Irues. Que si por ventura alguna de las ditas villas sobreditas non quisieren ir a mondar, que si danno venies por razon del dito mondar, que peite C moravedis en oro. E a qual tiempo que mas mester auran el agua a aquella villa que no fuere a mondar, que la partan el agua a las otras villas que fueren a mondar. E aquellos C moravedis d·oro de la pena que an de sser partidos assi: los L moravedis an a seder d·aquellos cavalleros qui seran alamis de la dita cequia. E los otros L moravedis de los çavaçequias de Taraçona e de las otras villas que son escriptas de part de suso. E debe seder el un alami por todos tiempos aquel cavallero que fuere seynor de Fuentes. E cada anno que·l den otro cavallero por compaynero de la ciudad de Taraçona. E don Alfonso, por la gracia [de] Dios rei d·Aragon, trobo la verdat como don Fortuyn Atznarez avia dito que trobo verdat en antigos moros como devia andar el agua como dito es de suso. E nengun omne que sobre la dita carta verra como escripto es de suso, que peite de pena mil moravedis en oro. E sean los D moravedis de don Alfonso, rei d·Aragon o de sus antecessores, e los otros D d·aquellos cavalleros que son de la ciudad de Taraçona e de las sobreditas villas.

Facta carta en el mes de março, en la era de mil e C XLIIII.
Signum de rey Alfonso.

366

1106, abril, 13

Convinença. *Guerau Ponç II de Cabrera, vescomte de Girona i d'Àger, i la seva muller, la vescomtessa Elvira, encomanen a Arnau Berenguer d'Anglesola la suda de Balaguer i li cedeixen diversos drets. A canvi, Arnau Berenguer d'Anglesola promet fidelitat i serveis als vescomtes.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 99 (*olim* arm. 16 Urgell, sac 1, núm. 389), 140 × 280 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 60, 656. — BISSON, *L'impuls*, p. 48.

In nomine Domini. Hec est convenientia que fecit ille vicecomes don Gerallus Poncii cum illa vicecomitissa domna Gelvira, uxore eius, et cum Arnallo Berengarii de Anglerola. Comendat predictus vicecomes cum predicta uxore sua ad prefatum Arnaldum Berengarium ipsam zudam de Balagario ut teneat et habeat illam per illos. Donat etiam prefatus vicecomes ad prefatum¹ Arnaldum [V] quantos p[.]ses populaverint in sua quartam partem de Balaguer, in illo decimo, sextam partem. Similiter de illo servicio censato quod inde exierit VI^{am} partem. De illo alode quod laboraverint illos suos cavalleros et suos merchateros, in illo decimo, VI^{am} partem. Retinet vicecomes in suum dominium illos merchateros sic francos quomodo mauros quam et iudeos cum suas casas et suas tendas et cum toto expleto quod inde exierit et illas V partes de illo decimo et de illo servicio censato quod superius sonat. Donat etiam vicecomes iamdicto Arnallo, in illa sua parte de illis tendis, una tenda, et de illo casale de illis molinis qui nunc molent in aval, locum de uno molino ubi ei ceciderit in parte ubi faciat sibi predictus Arnaldus molinum. Donat ei parelada de alod subtus regum quantum possit laborare unum parium per annum et una almunia in Mascanzan cum quatuor pareladas similes eadem predicta. Donat etiam VI cavallerias in suum dominium, et quantum minuaverit ad istas cavallerias quod non compleat de illo predicto expleto et decimo, complebit ei vicecomes in avere mobile extra cavallo et aspergo usque dum expleto valeat VI cavallerias, sicut ille comes et ille episcopus donant eius. Donat ei etiam VI^{am} partem de illis placitis quos abuerit vicecomes cum illos mercateros, excepta illa calumpnia que fecerint proprie vicecomiti, ad suo proprio homini, quod habeat vicecomes ab integro. Comendat etiam predictus vicecomes illos castellanos ad Arnaldum Berengarii in tali convenientia ut quocienscumque iamdictus Arnallus demandaverit eis

potestatem de ipsa zuda, donent ei inde potestatem per fidem et sine ingan de quantum illi tenent in illam zudam. Istos castellanos ut abeant per manus Arnalli Berengarii VI cavallerias. Et istas VI cavallerias siant pacatas de illis V partibus de illo decimo et de illo explecto qui remanet vicecomiti quod sursum sonat, id est, ut habeant unam quintam partem pro istas cavallerias et illas IIII restent vicecomiti, hec abeant per comparacari illas cavallerias. Quod si super habundaverit illo decimo et illo explecto super hoc quod convenit ad istas VI cavallerias ad crescat in cavalleros. Si minuaverit, compleat vicecomes in mobile avere ut superius dictum est. Donat igitur predictus vicecomes ad Arnallum Berengarii de sua IIII parte de illa lezda. VI^{iam} partem. Si vero prefatus Arnaldus Berengarii fecerit forifactum vicecomiti, quod ille emendare non querat aut non possit, unde ipse vicecomes querat ei tollere illam zudam isti castellani teneant se cum illa zuda ad illum vicecomitem usque quo pretextatus Arnaldus faciat ei rectum. Si vero ille emendare voluerit suo forifactum et vicecomes non querat recipere suum directum, illi castellani dimitant ipsam zudam et ille qui tenuerit illas VI cavallerias teneat se cum Arnallo Berengarii quo ad usque recuperet amorem vicecomitis et suam zudam. Si de illis castellanis mensvenerit aut si fecerint forsfactum unde vicecomes tollat eis illam zudam et alios ibi mitat, illos quos ibi mitat sic sint comendatos per manum vicecomitis Arnallo Berengarii quomodo et isti et sic serviant ei illi quomodo et isti. Convenit Arnaldus Berengarii vicecomiti ut faciat guaitare unam de illis turris ad suos proprios homines. Retinet vicecomes potestatem in ipsam zudam quocienscumque eam demandavit per se aut per suos nuncios. Si predictus Arnaldus non fuerit in Balager, illi castellani qui fuerint, a maiore usque ad minorem, donent ei inde potestatem absque dilacione propter prefatam comendationem et aliam adquisicionem quod propter hoc fecit. Convenit predictus Arnaldus vicecomiti ut faciat staticam in ipsa zuda proprie suum corpus cum illos cavalleros quos ei convenit, per fidem et sine engan. Convenit igitur ei ut sit suum hominem solidum et ut valeat ei contra cunctos homines vel feminas quod ille vicecomes mandaverit, per fidem, sicut homo debet suo seniori facere solide; et ut faciat ei hostes et cavalcadas et cortes ac placitos quando ei mandaverit ab bestias quas ille vicecomes habeat ei. Convenit etiam ei eadem fidem portare uxori eius post suum obitum et quibus ille dimiserit sua omnia de uno ad alium. Et hec omnia tenere et adtendere, tam iratus quam pacatus, per fidem et sine ullo malo engan.

Facta carta convenientie notum die VI feria quod est idus aprilis, annus incarnationis Domini M^o C^o VI, luna VI^a, anno Filipi regis regni XL^o VI.

Ego, predictus Geraldus, qui iussi hanc cartam scribere, manu mea confirmavi.

Presentes testes: + Gombaldus Bernardi. + Bernardus Berengarii. + Raimundus Ermengaudi. + Guillelmus Artaldi.²

1. prefatum ad *al text*. 2. *Les quatre creus de les subscripcions dels testimonis apareixen en el text sota el nom de cadascun.*

367

[c. 1106]

Convinença. *Pero Ansúrez, senyor de Valladolid, com a tutor del seu nét Ermengol VI d'Urgell, dóna a Alfons I, rei d'Aragó, la suda de Balaguer amb tres quartes parts de la ciutat. Ambdós convenen que es repartiran a mitges els castells de Llorenç de Montgai, Monteró, Os de Balaguer, Castelló de Farfanya, Algerri i Albesa, quan els puguin conquerir. El rei Alfons dóna la meitat de la suda en feu a Pero Ansúrez, com a tutor d'Ermengol VI.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 1 (*olim* arm. 16 Urgell, sac T, núm. 375), 285 × 270 mm. Estat de conservació regular a causa d'un estrip al marge superior dret que afecta el final de les cinc primeres línies.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 1 dupl. (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 243), 236 × 300 mm. Bon estat de conservació.
- C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 151.]
- D Còpia del final del segle XII o principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari Ramon Berenguer III, carp. 33, núm. 2403 (*olim* segona caixa, sac B, núm. 127), 100 × 400 mm. Bon estat de conservació.
- a CODOIN, IX, pp. 370-372.
- b VILLANUEVA, *Memorias*, ap. XIX.
- c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 160 (amb data de 1109).
- d LEMA, *Colección diplomática*, doc. 16 (amb data de [1105-1106]).

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55. — CORREDERA, *Noticia*, p. 77. — SOBREQUÉS, *Els grans comtes*, p. 167.

Datem d'acord amb la proposta de Jaime Villanueva.

In Dei nomine. Hec est conveniencia quam facio ego comite don Petro Assuriz ad vos seniori meo regi Adefonso, Arag[onensium]¹ et Pampilonensium rex, filio regis Sancii et regine Felicię. Id est, dono vobis tota illa zuta de Balager ingenua et libera [cum illas

tres] partes de tota illa civitate et de totos suos terminos et totos suos directaticos et cum omnibus suis pertinenciis qui pertinent ad illas tres partes [de illa] civitate et de suos terminos. Similiter adhuc dono vobis tota illa medietate de illos castellos unde moros sunt adhuc tenentes,² qua hora Deus [omnipotens] illos dederit ad christianismo, et per nomine Laurenz³ et Montoron⁴ et Huaso⁵ et Castilgon et Agierre et Albesa. Et si ego comite don Petro illos potuero prendere antequam vos, quod vobis inde donem illa medietate; et si vos domino meo regi illos potueritis prendere antequam ego, quod similiter mihi inde donetis illa medietate. Et de⁶ istos⁷ castellos, si nobis inde voluerint aliquo tornare per abere,⁸ de tro⁹ ad mille solidos, quod ego comite don Petro mitam¹⁰ mea medietate et vos domino meo regi illa altera medietate. Et de¹¹ mille solidis in suso quod vos ibi mitatis¹² quantum ad vos se assimilaverit, quoniam ego non inde ibi ponam¹³ nisi quingentos. Et hoc donativum supra nominatum dono et concedo eum vobis et quod illud abeat¹⁴ ingenuum et liberum ad vestram propriam hereditatem per facere inde totam vestram voluntatem, vos et omnis generatio vel posteritas vestra vel ad cui vos eam dederitis, extra illos castellos quod¹⁵ francos prendiderunt¹⁶ antequam vos prendidissetis¹⁷ illa zuta de Balager. Et convenit illo comite don Petro ad regem, per se et per Ermengauda suo nepto, quod istam partem suprascriptam quam abet¹⁸ donata ad regem, quod illos nec lure consilio neque lure forcia quod non eam ei tollat; et qui[s]-quis¹⁹ eam ei²⁰ tollere voluisset, quod illos inde ei valeant per fidem sine malo ingenio. Et ego comite don Petro retineo me ibi per ad meam propriam²¹ alodem et de mea muliere et de Ermengauda meo nepto, illa quarta parte de illa civitate cum tota illa quarta parte de totos suos terminos et de totos suos directaticos²² et de omnibus suis pertinenciis qui pertinent ad illa quarta parte de illa civitate et de suos terminos.²³ Et rex donat ad illo comite don Petro et ad Ermengauda suo nepto illa medietate de illa zuta quomodo in antea eam tenebant per feum²⁴ et quod eam teneant per sua manu et illam cognoscant per eum. Et illos homines de rege qui tenuerint illa zuta,²⁵ quod inde sedeant homines de illo comite don Petro et de Ermengauda suo nepto per illa medietate de illa zuta, salva illa fidelitate de rege. Et quando ibi voluerit intrare illo comite don Petro aut sua muliere²⁶ aut Ermengauda in illa zuta cum tantos²⁷ homines illos ibi colligant, quod tota hora sedeant inde plus poterosos illos homines de rege per illa zuta tenere, de²⁸ tale guisa quod illo comite nec suos homines quod non inde possint

sacare ad illos homines de rege. Et quando fuerit Hermengaudus²⁹ illo mancepo tan grande et fuerit cavallero, si quesierit otorcare istas comenenzas³⁰ quod abet factas illo comite cum rege et fecerit illos iuramentos ad regem quod ei fecit illo comite don Petro, est³¹ in convenio quod attendat rex ad Ermengaudus istos convenios quod abet³² factos cum illo comite don Petro per illa quarta de Balager et per illa medietate de illos castellos. Et si tantum quod non illud quesisset facere Hermengaudus,³³ quod se retineat rex illa quarta de illa civitate et illa medietate de illa zuta quod per eum tenebant³⁴ post obitum de illo comite et de sua muliere. Et rex quod fuisset absolutum de illo sacramento quod fecit. Et convenit rex ad illo comite don Petro per illa media zuta³⁵ quam ei abet³⁶ donata per feum³⁷ et per ista quarta parte de Balager, et per illa medietate de illos castellos qui sunt suprascriptos per ad alode,³⁸ quod ille nec suo consilio neque sua forza quod non eam illi tollat. Et quisquis illud ei tollere voluisset, quod rex inde ei valeat, per fidem, sine malo ingenio. Et rex donat ad illo comite don Petro et ad sua muliere in lures dies tandiu vivos fuerint et prendere illud quesierint, pane et vino et carne per ad X homines et zebata per ad X caballos, et per lure sollata tres³⁹ mille solidos de dineros.

1. *El text que manca a l'original el restituïm entre claudàtors a partir de la còpia*
 B. 2. unde moros sunt tenentes B. 3. Laurez D. 4. Monteron B. 5. Hauso B.
 6. quod D. 7. illos B. 8. avere B. 9. quod ero D. 10. mittam B i D.
 11. quod D. 12. mittatis B i D. 13. quoniam ego non inde ponam B.
 14. habeatis B i D. 15. quos D. 16. prediderunt D. 17. predidissetis D.
 18. habet B i D. 19. *Manca*; quisquis B i D. 20. ei *omet* D. 21. *En lloc de*
meum proprium; meum proprium B. 22. dretaticos D. 23. et de suos terminos
afegit a la interlínia; et de totos suos terminos B. 24. fevum B i D. 25. illa
 guerra B. 26. mulier D. 27. cunctos B. 28. quod B. 29. Ermengaudus B i
 D. 30. comenenzas B. 31. et B. 32. habet B. 33. Ermengaudus D. 34. te-
 nebat B. 35. per illa zuta B. 36. habet B. 37. fevum D. 38. alodem
 D. 39. III^{es} D.

368

1107, gener, 14

Donació. *Berenguer Folc dóna a Santa Maria de l'Estany dues peces de terra a Sant Feliuet de Terrassola.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 28, núm. 100, 350 × 90 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 26.

Sub Trinitatis nomine sacro. Ego¹ Berengarius Fulchoni ad noticiam cunctorum scire volencium deducere volo quia donator sum domino Deo omnipotenti et Sancte Marie de Stagno. Per hanc pactum scripture dono et presentialiter trado, libenti animo et mea spontanea volumptate, omne meum alodium quod habeo in Stagnum, solidum et liberum trado sub iure et dominio pre-taxate ecclesie totum ab integrum cum exiis et regreessiis eorum quod est iuxta Stagnum. Hoc sunt pecias duas alaudii quod ibi habeo. Advenit mihi prelibata omnia per vocem paternam sive per quascumque voces. Est autem predicta omnia in comitatu Minorisa, in parrochia Sancti Felicis Terraciola, in loco vocitato, hoc est, iuxta Stagnum. Preditum alodium trado sub iure eiusdem ecclesie omne meum directum quod ibi habeo vel habere debeo propter remedium anime mee, cum omnibus suis afrontacionibus et cum omnibus utilitatibus que ad eundem alodium pertinent vel pertinere debent. Et qui hanc scripturam donacionis dirrumpere temptaverit nullo modo facere possit, sed in triplo cogatur exolvere et insuper sit a liminibus Sancte Ecclesie segregatus ac cum Iuda traditore in infernum deputatus. Et in antea hec donacio fima permaneat in perpetuum.

Que facta est VIIIIX kalendas febroarii, anno XL VII Philipi regis.

Sig+num Ramon Lobera. Sig+num Pere Ermengod. Sig+num Ramon Compag. Sig+num Berengarius Fulchoni, qui hanc donacionem feri et firmavi et aliis testibus firmare rogavi.

Et ego Bernat² Fulconi, frater prefati Berengarii, similiter dono domino Deo et³ ecclesie prefate omnem hereditatem quam habeo vel habere debeo in iamdicto alaudio et laudo, et manu propria per hos punctos (*senyal*) confirmo.

Guillelmus clericus. Sig+num Pere Bernard* (*senyal*).

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit, cum litteris fuis in prima linea, sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1. *Segueix Arsendis, ratllat.* 2. *Bernanat al text.* 3. *et afegit a la interlínia.*

1107, abril, 18

Venda. *Bernat Guillem, el seu fill Guillem Bernat i altres fills i filles venen a Guillem Guisat i a la seva esposa Guilla un alou a Prats*

de Lluçanès, al lloc anomenat el Quer, pel preu de sis sous de moneda de Vic.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 102 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 280), 120 × 220 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 176.

In nomine Domini. Ego Bernard Guillem et filio meo Guillem Bernard et alios filios et filias vinditores sumus vobis dompno Guilelmi Guisadi et uxor sua dompna Guill[a], emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus nos vobis ipsa nostra alodia que habemus in ipso kastro de Cher vel habere debemus. Advenit nobis per parentorum nostrorum vel per qualesque voces. Est autem hec omnia in chomitatu Ausona, in apendicio Sancti Vincencii de Prads, in locum vocitatum ad ipso Cher. Affrontat aut[em]¹ hec omnia a parte orientis in ipsa Brugera, de meridie in ipsa Cabanna, de occiduo in Prad Lannares, de circi in rocha de Torrozella. Quantum infra istas IIII^{or} affrontationes includunt,² sic vindimus nos vobis ipso alodio suprascripto, cum exiis vel regresiiis earum, in propter precium placibile solidos VI de monete Vicho. Et sic de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate ad omnia que volueritis³ facere ipsas nostras voces que ibi habemus vel abere debemus.

Actum est hoc XIII kalendas mai, anno XLVII regni Philipi regis.

Sig+num Bernardi Guillelmi, Sig+num Guillem Bernar[d],⁴ nos simul in unum qui ista karta vindicione⁵ fecimus scribere et testes firmarique rogavi[mus].⁶

Sig+num Girbert Armenter. Signum Guillem Malet. Sig+num Marti Marches. Sig+num Guillem Guiffre.

Bernardus subdiachonus, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Manca. 2. includunt *afegit a la interlínia*. 3. u *corregeix* o. 4. Manca.
5. *Segueix* rotgitus, *ratllat*. 6. Manca.

1107, octubre, 1

Contracte d'esposalles. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, dona en matrimoni la seva filla, tinguda de Maria Roderic, a Bernat II, comte de Besalú, i la dota amb el comtat d'Osona, amb el*

benentès que si ella mor sense haver infantat, aquest comtat passarà a mans de l'esmentat Bernat.

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 103 (*olim* arm. 9 Vic, sac O, núm. 202), 100 × 390. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 9.]
- a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 337, cols. 1230-1231.
- b MENÉNDEZ PIDAL, *La España del Cid*, pp. 882-883.
- c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 505.
- Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 159. — BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 101, 196. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 27. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50. — AURELL, *Les noces*, pp. 146-148. — KOSTO, *Making agreements*, p. 223.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quoniam ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensis comes et marchio, dono atque trado tibi Bernarde, Bisullunensis comes, filiam meam prolem Marię Ruderici in coniugium et dono atque concedo eidem filię meę post mortem meam pro hereditate sua Ausonensem comitatum cum episcopatu eiusdem comitatus, sicut terminatur a colle qui dicitur Spina usque ad terminum Girundensis comitatus, cum omnibus meis castris infra prefatos terminos constitutis, scilicet ipsum de Tagamanent et de Taradel et de Solterra et de Tonna et de Madalla, et ipsum de Vico et de Gurb et de Veltregan et de Oris et de Besaura et de Curul et de Torelluno et de Cabrera et de Dua Castella et de Lucano et de Merles. Sicut habentur et continentur prefata omnia superius scripta, cum dominiis et stationibus meis et cum omnibus terminis sibi debitis necnon et cum omnibus honoribus infra iamdictos terminos ad se qualicumque modo pertinentibus, ita trado in potestatem filię meę iamdictę ut habeat hec omnia solide et libere post mortem meam pro sua hereditate, tali modo quod si ipsa infantem non habuerit de prefato comite Bernardo, ad diem mortis suę deveniat hec omnia superius scripta in dominium et potestatem iamdicti Bernardi comitis ad quodcumque voluerit faciendum.¹ Si autem in crastinum aliqua utriusque sexus persona contra hanc donationem ad irrumpendum venerit, nihil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem tibi persolvat cum omni immelioratione. Hac scriptura fermissime persistente.

Actum est hoc kalendas octobris, anno XLVIII regni regis Philippi.

Signum+ Raimundi comes,² qui hanc scripturam fieri iussi, propria manu firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Guillelmi Raimundi senescalc. Sig+num Guillelmi Raimundi de Castro Vetulo. Sig+num Ermesindis vicecomitisse.³ Sig+num Arnalli de Lerc. Sig+num Bertran de Lerc. Sig+num Bernardi Raimundi de Mata. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Dalmatii de Petra Talada. + Bernardus,* gratia Dei Gerundensis episcopus. + Petrus,* caput scole atque iudex. Stephanus,^{4*} nutu Dei Ameriensis abbas.

+ Raimundus levita, qui hoc donum rogatus scripsit die et anno quo supra, cum litteris superpositis in V et VI linea.

1. Tali modo quod ... voluerit faciendum *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament 18 cm amb una línia que uneix la signatura del comte amb el text que segueix a continuació*. 3. *vice afegit a la interlínia*. 4. *Stephanus monograma*.

371

1107, octubre, 10

Donació. *Bernat II, comte de Besalú, dóna a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, totes les seves possessions, és a dir els comtats de Besalú, Ripoll, Vallespir, Fenollet i Perapertusa, a excepció dels dominis d'Olot i Ripoll, donats al monestir d'aquest darrer lloc. La donació serà efectiva quan mori l'esmentat Bernat si mor sense fills barons de la seva dona, filla de Ramon Berenguer III; si hi ha algun fill baró, la donació només tindrà una vigència de quinze anys.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 104 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac E, núm. 386), 170 × 400 mm. Bon estat de conservació, malgrat alguns estrips als marges superior i inferior.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 104 (*olim* arm. Girona, sac E, núm. 395), 170 × 245 mm. Bon estat de conservació.
- C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 9.]
- a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 338, col. 1231.
- b MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, I, pp. 265-266.
- c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 506.
- d *Catalunya Romànica*, IV, p. 30.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 159. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 28. — CAULA, *Nuestros aborígenes*, p. 458. — AURELL, *Les noces*, pp. 146-148. — KOSTO, *Making agreements*, p. 223. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 115.

Hec est scriptura largicionis et spontanee concessionis per quam ego Bernardus, Dei gratia Bisullunensis comes, propiciante Dei clemencia, dono et concedo tibi Raimunde Berengarii, Barchinonensis comes ac marchio, omnem honorem meum cum

omnibus comitatibus mihi subiectis, scilicet Bisillunensi et Rivis Pollensi et Valle Spirensi et Funolletensi et Pera Pertusensi, et cum omnibus castris intra hos comitatus positis et cum omnibus abbatiis et ecclesiis et dominiis et stationibus et adempramentis et petris et montibus et vallibus et cum omnibus ad iamdictos comitatus pertinentibus, que regie potestati quocumque modo debent congruere, eo tenore ut tu predictus habeas omnia superius scripta post mortem meam, si filium masculum non habuero ex dotata coniuge. Si vero filium masculum ex dotata coniuge habuero, plenarie remaneant omnia superius scripta in potestatem et baiuliam tuam usque ad XV annos. Omnia superius scripta votive et potencialiter tibi concedo sicut superius est prenotatum, preter illa duo dominia, scilicet de Oloto et de Riopullo, que iam concesseram Rivi Pollensi cenobio. Si vero, quod absit, cuiuscumque ordinis persona hanc donationem dirumpere temptaverit, nihil sibi proficiat, sed hæc omnia superius scripta in duplo tibi componat. Et deinde hæc scriptura firma permaneat.


Acta donatione VI idus octobris, anno XLVIII regni Philippi regis.

+ Bernardus, Bisillunensis comes, qui hanc scripturam fieri iussi signoque crucis firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Ermessindis vicecomitisse. Sig+num Bernardi Raimundi. Sig+num Petri Raimundi de Mata. Sig+num Berengarii de Avignuno. Sig+num Bernardi Arnalli de Solario.¹ Sig+num Bernardi Adalberti de Navata. Sig+num Guilelmi senescalch. Sig+num Guillelmi de Castel Vil. Sig+num Dorchadis. Sig+num Cuculle.² Sig+num Dalmacii de Petra Taiata. Sig+num Riembali³ de Baseia.⁴ + Bernardus*, gratia Dei Gerundensis⁵ episcopus. Sig+num Arnalli de Lerc. Sig+num Bertrandi de Lerc. Sig+num Arnalli, archidiaconus de Guardia.⁶ Sig+num Guilelmi Huc de Cabrenc. Sig+num Arnalli de Palera.⁷

(*Senyal*) Petrus presbiter,⁸ qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

1. *La primera o corregeix a.* 2. *La primera l afegida a la interlnia.* 3. *Riembali B.* 4. *Baseia afegit a la interlnia.* 5. *Ierundensis B.* 6. *En lloc de Guardia.* 7. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar. Segueix, tamb sense cancel·lar, una P aillada, damunt del nom del rogatari.* 8. *Petrus presbiter monograma.*



372

1107, octubre, 10

Jurament de fidelitat. *Bernat II, comte de Besalú, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 105, 120 × 190 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Estat de conservació regular a causa d'una taca d'humitat que no impedeix, però, la lectura del text.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 10.]
- a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 339, col. 1232.
- b MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, I, pp. 267-268.
- c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 508.
- d *Catalunya Romànica*, IV, p. 29.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 159. — AURELL, *Les noces*, pp. 146-148. — KOSTO, *Making agreements*, p. 223.

Aquest document i el següent, document núm. 373, són els dos exemplars dels juraments de fidelitat mutus, redactats en forma de carta partida, traçant A, B, C, que es varen fer Bernat II de Besalú i Ramon Berenguer III de Barcelona. Els presentem separadament, atès que cadascun està intitulat pel comte corresponent.

Iuro ego Bernardus, Dei gratia Bisullunensium comes, filius Stephanie femine,¹ tibi domne Reimunde, Barchinonensium comes ac marchio, quod ab hodierna die et deinceps fidelis ero tibi de tua vita et de tuo corpore et de omnibus membris eiusdem corporis et de omni tuo honore quem hodie habes et in antea cum meo consilio adquisieris, ut nec tollam tibi prefatum honorem nec partem eiusdem honoris, nec aliquis per meum consilium. Et si quis tibi abstulerit prefatum honorem vel partem prefati honoris, ero tibi fidelis adiutor tenere, defendere et guerriere contra cunctos homines vel feminas qui eum tibi abstulerint per fidem, sine tuo engan. Insuper iuro tibi quod ipsum donum quod tibi feci de honore meo fideliter tenebo et attendam tibi per fidem, sine tuo engan, sicut in scriptura continetur quam de prefato honore fieri iussi et propria manu firmavi et firmata[m in] potestatem tuam tradidi. Sicut superius scriptum est, si t-o tenré et t-o atendré² per fidem, sine tuo engan. Per Deum et hec sancta.

Facta sacramentalis scriptura VI³ idus⁴ octobris,⁵ anno XLVIII regni Philippi regis.

+ Bernardus, Bisullunensium comes, qui hoc sacramentum propria manu iuravi et signo crucis firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Guillelmi Raimundi senescalch. Sig+num Guillelmi de Castel Vel. Sig+num Dorchadis. Sig+num Bernardi Ramundi Amati. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Bernardi Arnalli.⁶

(*Senyal*) Petrus⁷ presbiter.

1. filius Stephanie femine escrit per una altra mà en un espai del text deixat prèviament en blanc. 2. d afegida a la interlínia. 3. V corregeix II. 4. idus escrit a sobre d'una raspadura. 5. El rogatari escriu aquesta paraula per mitjà de les lletres octbris, escriu una i volada a la t i afegeix una ratlleta d'abreviació a la b. Tot i això hem transcrit la forma correcta octobris. 6. Segueix Sig+num sense cancel·lar. A les subscripcions de Guillelmi Raimundi senescalch i de Dorchadis els manca un punt; a les de Bernardi Ramundi Amati, Petri Raimundi i Bernardi Arnalli els manquen tots. 7. Petrus amb algunes lletres encabides dintre les altres.

373

1107, octubre, 10

Jurament de fidelitat. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, jura fidelitat a Bernat II, comte de Besalú.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 106 (*olim arm.* 1 Catalunya, sac B, núm. 252), 200 × 120 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

Cit. AURELL, *Les noces*, pp. 146-148. — BENSCH, *Barcelona*, p. 99. — KOSTO, *Making agreements*, p. 223.

Aquest document i l'anterior, document núm. 372, són els dos exemplars dels juraments de fidelitat mutus, redactats en forma de carta partida traçant A, B, C, que es varen fer Bernat II de Besalú i Ramon Berenguer III de Barcelona. Els presentem separadament, atès que cadascun està intitulat pel comte corresponent.

Iuro ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensium comes, filius Maaltis femine,¹ tibi domne Bernarde, Bisullunensium comes, quod ab hodierna die et deinceps fidelis ero tibi de tua vita et de tuo corpore et de omnibus membris eiusdem corporis et de omni tuo honore quem hodie habes et in antea cum meo consilio adquisieris, ut non tollam tibi prefatum honorem nec partem eiusdem honoris nec aliquis per meum consilium. Et si quis tibi abstulerit prefatum honorem vel partem prefati honoris, ero tibi fidelis adiutor tenere, defendere et guerreiare contra cunctos homines vel² feminas qui eum tibi abstulerint per fidem, sine tuo engan. Insuper iuro tibi quod ipsum donum quod tibi feci de honore meo fideliter tenebo et attendam tibi per fidem, sine tuo engan, sicut in scriptura continetur quam de prefato honore fieri iussi et propria manu firmavi et firmatam in potestatem tuam tradidi. Sicut superius scriptum est, si t-o tenré et t-o atendré per fidem, sine tuo engan. Per Deum et hec sancta.

Facta sacramentalis scriptura VI idus octobris,³ anno XLVIII regni Philippi regis.

Signum+ B[ernardus, Bisullunensium]⁴ comes, qui hoc sacramentum propria manu iuravi et signo crucis firmavi firmarique rogavi.

Signum+ Raimundi Comes.

Sig+num Guilelmi [Raimundi]⁵ senescalc. Sig+num Guilelmi de Castel Vil. Sig+num Dorchadis.⁶ Sig+num Bernardi Raimundi. Sig+num Petri Raimundi.⁷

(*Senyal*) Petrus⁸ presbiter.

1. filius Maaltis femine escrit per una altra mà en un espai del text deixat prèviament en blanc. 2. l corregeix c. 3. El rogatari, de la mateixa manera que a l'altre exemplar, escriu aquesta paraula per mitjà de les lletres octbris, escriu una i volada a la t i afegeix una ratlleta d'abreviació a la b. Tot i això hem transcrit la forma correcta octobris. 4. [ernardus, Bisullunensium] sembla que ha estat raspat. 5. Manca. 6. Segueix Sig+num, sense cap nom i sense cancel·lar. 7. Segueix Sig+num, Sig+num, Sig+num, Sig+num, sense cancel·lar. A totes les subscripcions els manquen els punts. 8. Petrus amb algunes lletres encabides dintre les altres.

374

1107, desembre, 10

Testament. *Adelaida atorga testament. Fa diversos llegats als seus fills, a l'església de Santa Maria del Mar i a altres persones.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 107 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 841), 220 × 225. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 618, 620, 621 i 637. — BENSCH, *Barcelona*, p. 130.

In nomine Domini. Ego Adalaidis femine iaceo in magna egritudine, timeo ne veniat mihi repentino chasu mortis meę et ideo heligo meos manumissores, id est Bernardus Ollegarii, baiuli comitis, et Poncius Guilelmi et Bernardus Basseto. Precipio namque vobis helemosinariis meis ut si mors michi advenerit in ac infirmitate in qua detempta sum ante quam alium testamentum faciam, licenciam atque plenariam potestatem habeatis aprehendere et distribuere omnes res, facultates meas quod habeo vel habere debeo in cunctisque locis, tam de mobile quam immobile, sicut hic inveneritis exaratum. In primis concedo domino Deo et Beatę gloriose virginis Marię, quod est sita Mare, et ad cunctis presbiteris qui in eodem loco fuerint omnique tempore per Deum et remissionem anime meę tabulam una de fusto cum suis pedis in qua sustinet. Et dimitto ad filios meos, videlicet Bernardum et Petrum, ipsum meum directum de ipsas vineas cum terra in

qua sunt hedificatas, quod habeo cum Petrus sutor et Guilelmus Bunucii, quod sunt in terminio Provincialis ad ipsos Vinealis, et ipsum meum directum quod habeo de ipsis vineis cum Sunnarii carnifice, quod sunt in termino Monterollis. Dimitto [aęc omnia] ad Bonefilee meę fidele femine: archa 1 et cannada 1 et forres¹ de ferro,² scilicet pastera I cum sedaz I, pila I de petra et omnia mea indumenta, videlicet broscilla I de lin[teum] cum g[o]nnela I, et mantello I cum correg I atque guadenga I. Item dimitto ad Marie Tortæ rastello I de ferre et fusto, cum padela I de eramno et ampulla I de vitreum. Item dimitto ad supradictis filiis meis, videlicet Bernardum et Petrum, cubos II grandes et pauco cum barrilia I de kaficios quinque, quod habet Arnallus Sunnarii de Thamarit, et alia barrilia I cum cetera alia mea vascula maiore vel minore quod habeo vel habere debeo in cunctisque locis, exceptus hoc quod concedo ad Sancte Marie,³ ad supradicte Bonefilee et ad Marie Torte. In ea videlicet racione et tenore concedo ad prefatis filiis meis, iamdictum Bernardum et Petrum, quod ipsis baiulum qui voluerint eos accipere in baiulia ut teneat eos usque ad XII annos completos⁴ cum omnia que illis concedo. Duodecim annos vero⁵ completos, revertatur in dominium et potestatem illorum predicta haęc omnia ad que voluerint faciendum, ita ut si morierit unum ex illis sine infantes ex legitimo coniugio, revertatur suam porcionem in potestate de illum qui vivus supersteterit. Ita ut rogo ad supradictis meos manumissores ut donent a Poncius Gerallo clerici kafficio unum de vinum de ipsum quod habeo in ipsa mea barrilia quod est in domum meam et censum de ipsas domos et amplius si opus est ibi. Alium quod remanserit concedo ad supradictis filiis meis.⁶

Facto ac testamento IIII idus decembris, anno XLVIII regni regis Filippi.

Sig+num Adalaidis, qui hunc testamentum fieri iussi, firmavi et testes firmari rogavi.

Sig+num Reimundi Petri de Civert. Sig+num Petri sutor. Sig+num Petri Bernad* presbiter. Sig+num Ermengaudus. Sig+num Adalbertus. Sig+num Bernardus Basseto. Sig+num Reimundus Sendredi. + Poncio Guilelmi*.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui aęc scripsit, cum litteris⁷ emendatis in linea IIII et suprapositis in XX linea et rasis et emendatis in XXII et in XXIII et in nomen meum ubi dicit «cum litteris», die et anno quo supra.

1. *La primera r corregeix s.* 2. *rr corregeixen g.* 3. *ad Sancte Marie afegit a la interlínia.* 4. *completos escrit a sobre d'una raspadura.* 5. *vero afegit a la interlínia.* 6. *Ita ut ... filiiis meis escrit a continuació de la signatura de l'autor.* 7. *cum litteris escrit a sobre d'una raspadura.*

375

1107, desembre, 17

Definició. *Odalguer i els seus fills renuncien a favor del monestir de Santa Maria de l'Estany a tots els drets sobre l'alou de Torroella.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 108, 200 × 340 mm. Estat de conservació regular a causa de taques d'humitat, que no impedeixen, però, la lectura.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris qualiter Uzalgarius et filiis suis querelabant ipsum alodium de Torrezela quod pater eius sive mater emerunt de Guanalgauo et dicentes quod prior Sancte Marie et clerici eisdem loci iniuste auferebant supradictum alodium. Ideo autem firmavit iamdictus prior in potestate Petri Fulconi per viginti uncias ut fecisset eius prior directum et recipisset ab eis. Petrus vero iamdictus mandavit eis placitum ad ecclesiam Sancti Petri de Urriols ibique adfuere nobiles viri, id sunt Petrus Amalrici atque Bermundus Aianrici sive Bertrandus¹ Ungberti atque Raimundus Arberti² seu Petrus Fulconi et aliorum bonorum hominum. Ibi vero hostendit eis prior voces quas habebat ex predicto alodio, sicut ipse prelibatus Uzalgarius actenus venderat Arberto Franco uxorique eius Arsindis ipsamque difinicionem sive evacuacionem quam fecerat Ermengauo fratri suo ex predicto alodio sive de omnibus querimoniis quas de ipso habebat. Quas videntes Petrus Amalrici atque Bertrandus Ungberti, iudicaverunt quod ipse deberet facere ipsam compositionem³ quam in scripturis resonabat.⁴ Quod audiens predictus Uzalgarius quia tam gravia iudicia veniebant super eum, noluit facere directum neque recipere, sed incitavit filios suos ut depredarent domos Sancte Marie sive alodium eiusdem ecclesie, sicuti et fecerunt. Propter fractionem vero domorum et predam quam fecerant, Guilelmus Guisalli, qui erat exinde baiulus, adiunxit placitum cum Bermundo Aianrici ad ecclesiam Sancti Petri de Urriols et ibi interfuerunt nobiles viri, id est supradictus Guilelmus Guisaldi atque Bermudus Aianrici sive Petrus Fulconi seu Bertrandus⁵ Ungberti fratresque eius Raimundus atque Bernardus et Raimundus Arberti et aliorum quam plurimorum militum atque vulgus. Ibi que audientes voces Sancte Marie,

intellexerunt quod non posset facere directum prelibatus Uza[lga]-rius⁶ [...] ex predicto malefacto. Rogaverunt etiam omnes qui ibi aderant domnum priorem⁸ ut ad pacificacionem⁹ venisset cum eis et dedisset eis ipsum sacrarium quod tenebat Guadallus et alium eis definisset, sicuti et fecit, illique¹⁰ reddidissent medietatem de ipsa preda que secum abebant, ita sicut ipse Guilabertus averaset per sacramentum. Igitur, in Dei nomine, ego predictus Uzalgarius,¹¹ cum filiis et filiabus meis, per hunc namque pactum scripture difinimus et evacuamus domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno et clericis eiusdem loci omnem partem quam requirebamus in alodio prelibato de Torredela cum comutatione que fecimus cum Ermengaudo ex decimo de Urriols, ut ab hodierno die et deinceps nullo modo repetamus neque nos neque ullus homo pro nobis, sed sit solidum et liberum predictae ecclesie Sancte Marie eiusque clericis sine ulla reservatione. Si quis autem contra hanc scripturam difinicionis vel evacuationis venerit ad inrumpendum, nullo modo facere possit, sed componat aut componamus in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista difinicio firma permaneat modo vel omni tempore.

Actum est hoc XVI kalendas ianuarii, anno XLVIII Phil[i]-pi¹² regis.

Sig+num Uzalger, Sig+num Ramon Udalger, Sig+num Bernat Udalger, Sig+num Pere Udalger, Wilelmus levita (*senyal*), Sig+[num]¹³ Ermengod Udalger, Sig+num Arsen, Sig+num Ermesen, Sig+num Adalez, Sig+num Ermengards, nos qui istam difin[i]cionem¹⁴ fecimus et firmavimus testibusque firmare rogavimus.

Sig+num Guilelmus Guisaldi. Sig+num Ramon Arbert. Sig+num Guilabert. Sig+num Guia Guilabert.

Berengarius sacerdos, qui hoc scripsit, cum literis superpostis in IIII linea sive fuis in XIII linea, (*senyal*) die et anno quo supra.

1. *L'escrivà havia escrit Bestrandus i rectificà la s tot afegint un traç a la part superior per convertir-la en r.* 2. *Arberti afegit a la interlínia.* 3. *La tercera o afegida a la interlínia.* 4. *La primera a corregeix e.* 5. *L'escrivà havia escrit Bestrandus i rectificà la s tot afegint un traç a la part superior per convertir-la en r.* 6. *Manca.* 7. *Espai d'aproximadament sis lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat.* 8. *priorem afegit a la interlínia.* 9. *ca afegit a la interlínia.* 10. *Segueix n, ratllada.* 11. *Segueix per hunc namque pactum ratllat.* 12. *Manca.* 13. *Manca.* 14. *Manca.*



376

[1070-1107]

Jurament de fidelitat. *Ademar, fill d'Adalgarda, jura fidelitat a Bernat II, comte de Besalú.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 4738 (*olim* arm. 4 Girona, sac S. Feliu, núm. 147), 530 × 480 mm. Estat de conservació regular. Restaurat antigament.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 5.]
- C Còpia del segle XVII. ACA, Batllia General de Catalunya, vol. 10, Liber instrumentorum de feudis, vol. II, ff. 90-94, *ex* B.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 500, *ex* C.

Datem el document per l'any de l'inici del regiment de Bernat II i pel de les esposalles amb Ximena de Barcelona, aquest fet fa suposar que el germà Ramon Guillem, que figura en el document, ja era mort. El document va ser reutilitzat per a rebre el jurament de molts altres personatges.

El text A presenta molts mots afegits a la interlínia i correccions coetànies o lleugerament posteriors. El text base del jurament va ser interpolat, de vegades ratllant el text original. A més, el text va ser reaprofitat per a la realització d'altres juraments, tot afegint els noms de les persones que juraven en els espais lliures del pergami. Editem primer el text base i a continuació donem les notícies dels altres juraments, seguint l'ordre més probable en què varen ser fetes, deduït de la disposició al pergami.

Iuro¹ ego Ademar, filius qui sum de Adalgards femina, tibi Bernardo comitè, filius qui es Stephania comitisse, ut de ista hora in antea fidelis ero tibi² per fidem rectam, sine engan, sine fraude et male ingenio et sine ulla decepcione. Et non dedebre tibi Bernardo prescripto, seniori meo, de tua vita neque³ de tuis membris que in corpus tuum se tenent,⁴ neque de tua honore vel onores, comitatu vel comitatos quos⁵ odie⁶ abes⁷ et tenes⁸ vel in antea adquisieris tu aut homo vel omines, femina vel feminas. [Et] no-t dedebre ne no-t tolrei⁹ ne-t devedarei ne devedar no-t farei, ad te prescripto¹⁰ ipsum kastrum que dicunt Bisilluno neque¹¹ de ipso comitatu que dicunt Bisillunense neque de ipsos kastros¹² que in ipso comitatu sunt¹³ neque de ipsas rrokas vel pugas eremos aut condirectos qui in ipso comitatu sunt. Ne no-t tolrei¹⁴ [ne no-t]¹⁵ dezebrei¹⁶ ne no-t vedarei ne desvedar no-t farei ipsum kastrum Beuda cum sua kastellania et cum omnibus suis¹⁷ pertinenciis. Ne no-t¹⁸ tolrei ne no-t dedebre ne no-t vedaré ne desvedar no-t faré ipsos kastros de Fenestres¹⁹ cum illorum kastellantias et cum illorum pertinenciis. Ne no-t tolrei ne no-t dedebrei ne no-t vedarei ne devedar no-t farei ipsum kastrum Coltort cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no-t tolrei ne no-t dedebrei ne no-t vedarei ne desvedar no-t faré²⁰ ipsum castrum de Malagno

nec ipsum Castello²¹ cum suas kastellantias et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Bassegoda cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Monte Rogo cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Kabrera cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré²² ne no·t dedebré²³ ne devedar no·t faré ipsum kastrum Kabrera cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré de no·t vedaré ne devedar no·t faré comitatu²⁴ Valle Asperi²⁵ neque de ipso comitatu cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum de Clusa cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsa torre de Cirsed cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Monte Domno cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastellum Sera Longa cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Kastel Nou cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsa abacia Sancti Stefani qui est circa flumen Ted cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Penna cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré²⁶ ne no·t dedebré²⁷ ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Fenioliotense vel comitatu²⁸ cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis.²⁹ Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsa torre de Tringag cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsum kastrum Talteul cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no·t tolre³⁰ ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipso comitatu Petra Pertusense neque de ipso comitatu nec ipsum kastrum Petra Pertusa neque ipsa Popia nec ipsum kastrum Kerboc neque ipsum de Rufian, neque Cugunnia cum illorum kastellantias et cum omnibus illorum pertinenciis. Ne no·t tolré ne no·t dedebré ne no·t vedaré ne devedar no·t faré ipsa

abacia de Sancte Marie de Cubera cum omnibus suis pertinenciis. Ne no-t tolré ne no-t dedebré ne no-t vedaré ne devedar no-t faré ipso comitatu de Riopullo nec ipso comitatu Berchitano neque de prescriptos comitatos cum omnibus illorum pertinenciis. Ne no-t tolré ne no-t dedebré ne no-t³¹ vedaré ne devedar no-t faré ipsum kastrum Melan cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no-t tolré ne no-t dedebré ne no-t vedaré ne devedar no-t faré ipsa torre de Riopullo cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis. Ne no-t tolré ne no-t dedebré ne no-t vedaré ne devedar no-t faré ipsum kastrum Guardia cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis.³² Ne no-t tolré ne no-t dedebré ne no-t vedaré ne devedar no-t faré ipsum kastrum Porte[la] cum sua kastellania et cum omnibus suis pertinenciis, neque de tuis fevos aut alodes neque de tua onore vel onores quas odie abes vel abere debes³³ aut omo vel omnes, femina vel feminas, per te. Ne no-t tolré ne no-t dedebré ne no-t vedaré ne devedar no-t faré ista omnia neque de ista omnia superius scripta neque prescriptos kastros ab forfet et sine forfet, ad te Bernardo, comite Bisillunense, filius qui es Stepania comitisse,³⁴ nec ego nec omo nec omnes, femina vel feminas, per meum consilium neque per meum ingenium. Et si omo est aut omnes, femina vel feminas, chi t'o tola o te'n tola, finem nec societatem cum illo nec cum illis, illa nec cum illas, non abuerim a nullo tuo damno usquequo recuperatum abueris.³⁵ Et de oc quod superius scriptum est adiutor en seré e te'n seré³⁶ sine tuo engan et sine tua decepcione et per quantas vices³⁷ me'n comonràs³⁸ per te ipsum aut per tuos misos³⁹ vel missum; per nomine de istum sacramentum adiutor en seré e te'n seré et de nulla guisa no t'enganaré e comonir no me'n desvedaré; et ipsos adiutorios vel adiutorium sine tuo engan los faré e-ls te faré;⁴⁰ et de ipsos consilios che tu mihi diràs e-m comonràs, per nomine de istum sacramentum che te'n cel no te'n descubriré.

Sicut superius scriptum est, si t'o tenré e ssi t'o atendré ad te Bernardus prescriptus comes⁴¹ excepto quantum tu me'n absolveràs tua gradiente animo, sine forcia. Per ec sancta.

[Iuro ego] Berengarius Cap[...], filius qui sum Ermessendis femina, tibi Bernardo comite, filius Stephania comitissa [...].⁴² Vulgara, filius qui fui de Stephania femina + [...].⁴³

Iuro ego Raimundus Ademari, filius qui fui Sicardis femine.⁴⁴
+ Petro Udalgario, vicecomite Fenioliotensi, filius qui sum de Gilla femina.⁴⁵

Iuro ego Raimundus Ademari, filius Sicardis femine condam.⁴⁶

Iuro ego Guillelmus Petri, vicecomes Folionatensis, filius qui fui Amaltrudis femine, tibi domne Bernarde, Bisildunensium comiti, filius qui es Stephanie comitisse.⁴⁷

Iuro ego Petrus Guillelmi, filius qui fui Elliardis femine, tibi domne Bernarde Bisildunensium comite, castrum de Monte Acuto quod vocant Corzc et omnem honorem tuum quem hodie ubique terrarum habes vel in antea adquisieris. Sicut in hoc sacramentale scriptum est, ita iuro et laudo et iurando confirmo et potestatem de predicto castro tibi dabo quociescumque me requisieris inde per te aut per tuum nuncium et non vetabo me inde videri.⁴⁸

Iuro ego Petrus Raimon Cavarochas, filius Sicardis femine.⁴⁹

Iuro ego Arnallus Guillelmi de Castellar, filius Ermengardis femine, tibi domne Bernarde, Dei gracia Bisildunensium comes, filius Stephanie comitisse,⁵⁰ castrum de Monte Acuto quod vocant Cocz sive castrum de Palatiolo quod vocant Balloria et omnem honorem tuum quem hodie ubiq[ue terra]rum habes vel in antea adquisieris. Et sicut melius in hoc sacramentale scriptum est, ita iuro et laudo et iurando confirmo; et potestatem de predictis⁵¹ castris tibi dabo quociescumque me requisieris inde per te aut per tuum nuntium; et non vetabo me inde videri. Et fidelis ero tibi per fidem rectam, sine engan, de abbatias qui in ipso comitatu sunt sive in ceteris tuis comitatibus vel de omni vita tua et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et in omnibus causis in quibus homo debet esse fidelis suo meliori seniori; et adiuvabo te de omnibus hominibus tocius mundi, sine engan.⁵²

Ego Gauzelmi Bernardi, filius que sum Arsende femine.⁵³

[Iuro ego Bernardus], filius qui fui Ermessendis femina, tibi Bernardo comite, filius Estephania comitissa +.⁵⁴

Iuro ego Willelmus Udalgarici, filius qui fui de Stephania femina +.⁵⁵

Ego Gaucerandus, filius qui fui⁵⁶ de Guila femina.⁵⁷

Ego Ugo Dalmacii, filius qui sum Arsindis femina atque vicecomitise.⁵⁸

Bernardus Ugonis, filius qui sum Bellesindis femine.⁵⁹

Arnaldus Raimundi, filius qui sum Ermessindis femina.⁶⁰

Guillelmo Remundo, filius qui sum de Ulliards femina.⁶¹

Arnallo Remundo, filius qui fui de Amaltrud femina.⁶²

Arnal Bernard, filius qui sum de Ermengards femina.⁶³

Raimundus Guillelmus, fratri tuo, filius Stephanie.⁶⁴

[Iuro ego Guillelmus Bernardi], qui vocor Bernardus Adalberti de Navata, filius Adalaidis femine.⁶⁵

Iuro ego Aimericus, filius Fidis femine, tibi domino Bernardo, filius Stephanie.⁶⁶

Iuro ego Arnallus Guillelmus, vicecomes Feliotensis, filius Amaltrudis femine.⁶⁷

Iuro ego Arnallus Arnalli de Lercz, filius qui fui Arsindis femine que est conda[m],⁶⁸ tibi domne Bernarde, Bissillunensium comite, castrum de Rocha Bruna cum omnibus suis pertinenciis et adiacenciis et terminis et affrontacionibus ut melius dicere vel nominare potest, sicut hodie est condirectus de parietibus et vallibus interioribus et exterioribus sive petris et rochis atque locis in quibus⁶⁹ ulla hedificacio est vel esse potest vel in antea erit aut meliorabitur; sive aliis castris que similiter habeo per te et teneo. Et iuro tibi ego prenominate Arnallus Arnalli tibi prenominate domne Bernarde⁷⁰ comiti sicut continetur in hoc sacramentario de omnibus comitatibus et de omnibus castris et rochis ac de omnibus causis que resonant in hoc sacramentario, tam de vita quam de membris tuis qui in tuo corpore se tenent. [Et] de omni honore et honoribus quos hodie habes vel in antea habueris vel quisieris ero tibi fidelis omnibus modis sicut homo debet esse suo seniori cui manibus propriis se comendat. Et de omnibus castris quos habeo et teneo per te et tu me comendasti dabo tibi in potestatem quocienscumque me requisieris inde per te aut per tuos nuntii vel nuncium sine ulla fraude, ab forfeit et sine forfeit, et⁷¹ et non vetabo me inde videri +.⁷²

Iuro ego Bernardus Adalbertus, filius Adalaidis femine, tibi Bernardo comite, filius Stephanie comitisse.⁷³

[Bern]ard, filius Amaltrud.⁷⁴

[...],⁷⁵ filius qui sum Madalene.⁷⁶

1. El text comença amb alguns juraments amb tinta més clara, que hem situat al final, amb la resta de mencions de juraments. 2. Sobre tibi està escrit vos. Al llarg de tot el document una mà coetània o lleugerament posterior ha fet aquesta correcció i les terminacions verbals corresponents. En alguns casos el text principal apareix escrit a sobre d'una raspadura. No indicarem aquestes correccions. 3. La primera e afegida a la interlínia. 4. Iuro ego Ademar ... in corpus tuum se tenent, escrit a sobre d'una raspadura amb una altra tinta per la mateixa mà. Segueix un espai de 90 mm, fins al final de la línia, en blanc, i, a la línia següent, ratllat, vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tene. 5. o corregeix a. 6. Segueix ubique terrarum afegit a la

interlínia per una altra mà. 7. abes escrit a sobre d'una raspadura. 8. Segueix un espai de 70 mm, raspat. 9. ne tolre no te faré afegit a la interlínia per una altra mà. 10. Bernardo comite afegit a la interlínia per una altra mà. 11. La primera e afegida a la interlínia. 12. et abbatias afegit a la interlínia per una altra mà. 13. sive in ceteris tuis comitatibus afegit a la interlínia per una altra mà. Segueix que in ipso comitatu sunt, ratllat. 14. ne no-t afegit sobre raspat, per una altra mà. 15. Manca. 16. r afegida a la interlínia. 17. Segueix suis, ratllat. 18. No-t tolré nec tolre no te faré afegit a la interlínia per una altra mà. 19. maigorem vel minorem et per quantas vices potestatem mihi quesieris per te ipsum aut per tuos missos vel missum no la te'n desvedaré no desvedar no la te'n faré et darla te ne per rectam fidem sine tuo engan afegit a la interlínia per una altra mà. 20. fafaré al text. Segueix de Malagno nec ipsum afegit a la interlínia per una altra mà. 21. neque ipsum castrum Kastelon afegit a la interlínia per una altra mà. 22. ne tolre no te faré afegit a la interlínia per una altra mà. 23. ne no-t vedaré afegit a la interlínia per una altra mà. 24. ta afegit a la interlínia. 25. nec ipsum castrum Montferrer afegit a la interlínia per una altra mà. 26. ne tolre no te'n faré afegit a la interlínia per una altra mà. 27. ne dedebré no-t faré afegit a la interlínia per una altra mà. 28. neque ipsum castrum que vocan Kasig sive Montserad ne rocha Santargana afegit a la interlínia per una altra mà. 29. Segueix Nec aliquid de ipso comitatu Foliotensi, nec ipsas rochas vel pugos heremos vel condirectos qui in ipso comitatu sunt vel de honore et honores qui in ipsi comitatu sunt neque abbatia Sancti Pauli cum villa Mauritis nec aliquid de honore eius, sed ero fidelis sine omne engan de predicto honore vel honoribus sive de abbatia sancti Martini Lenis sed de omni eius honores, nec aliquid de predicto honore non [...] faciam ullo ingenio afegit a la interlínia per una altra mà. 30. Segueix tolre, ratllat. 31. Segueix t, sense cancel·lar. 32. sive eremum quam condirectum neque rocha de Castellar afegit a la interlínia per una altra mà. 33. vel abere debes ratllat i corregit per una altra mà en abes et tenetis. 34. Segueix un espai de 195 mm, raspat. 35. Segueix un espai de 60 mm, raspat. 36. Segueix un espai de 215 mm, raspat. 37. Segueix un espai de 65 mm, raspat. 38. Segueix un espai de 55 mm, raspat. 39. Segueix un espai de 20 mm, raspat. 40. et fidelis ero tibi sicut omo debet esse ad seniori cui manibus propriis se comendat afegit per una altra mà. 41. Segueix un espai de 140 mm, raspat. 42. Espai de 50 mm, il·legible. 43. Berengarius Cap[...] ... Stephania femina + afegit a la interlínia. 44. Iuro ego Raimundus ... Sicardis femine afegit a la interlínia de la línia 1. 45. + Petro Udalgaro ... Gilla femina afegit a la interlínia de la línia 1. 46. Iuro ego Raimundus ... femine condam afegit a la interlínia de la línia 2, probablement raspat. 47. Iuro ego Guillelmus ... Stephanie comitisse afegit a la interlínia de la línia 3. 48. Iuro ego Petrus ... me inde videri afegit a la interlínia de la línia 4, continuant al marge dret i sobre la línia 5. 49. Iuro ego Petrus ... Sicardis femine afegit a la interlínia de la línia 5. 50. filius Stephanie comitisse afegit a la interlínia. 51. Segueix un espai de quatre lletres ratllades i il·legibles. 52. Iuro ego Arnallus ... sine engan afegit a la interlínia de les línies 5, 6 (dues línies afegides a la interlínia) i 7. 53. Ego Gauzelmi ... Arsende femine afegit a la interlínia de la línia 10. 54. [Iuro ego Bernardus] ... Estephania comitissa afegit al marge superior, línia 1. 55. Iuro ego Willelmus ... Stephania femina + afegit al marge superior, línia 1. 56. fui corregeix fuit 57. Ego Gaucerandus ... Guila femina afegit al marge superior, línia 2. 58. Ego Ugo Dalmacii ... atque vicecomitise afegit al marge superior, línia 3. 59. Bernardus Ugonis ... Bellesindis femine afegit al marge superior, línia 3. 60. Arnaldus Raimundi ... Ermessindis femina afegit al marge superior, línia 3. 61. Guillelmo Remundo ... Ulliardis femina afegit al marge superior, línia 4. 62. Arnallo Remundo ... Amaltrud femina afegit al marge superior, línia 4. 63. Arnal Bernard ... Ermengards femina afegit al marge superior, línia 4. 64. Raimundus Guillelmus ... filius Stephania afegit al marge superior, línia 4. 65. [Iuro ego ... Adalaidis femine escrit a la interlínia de la línia 1 de l'afegit del marge superior. 66. Iuro ego Aimericus .. filius Stephanie escrit a la interlínia de la línia 1 de l'afegit del marge superior. 67. Iuro ego Arnallus ... Amaltrudis femine escrit a la interlínia de la línia 2 de l'afegit del marge superior. 68. Manca. 69. Segueix u, ratllat. 70. Bernardarde al

text. 71. et repetit. 72. Iuro ego Arnallus Arnalli ... me inde videri + escrit a la interlínia de la línia 2 de l'afegit del marge superior, continuant i aprofitant espais en blanc d'altres afegits a la interlínia. 73. Iuro ego Bernardus ... Stephanie comitisse escrit a la interlínia de la línia 3 de l'afegit del marge superior. 74. [Bern]ard filius Amaltrud escrit a la interlínia de la línia 3 de l'afegit del marge superior, probablement raspat. 75. Espai de 30 mm, il·legible. 76. [...] filius qui sum Madalene escrit a la interlínia de la línia 4 de l'afegit del marge superior, probablement raspat.

377

1108, febrer, 9

Testament. Arnau, sacerdot, atorga testament, pel qual llega els seus béns a diverses persones i institucions eclesiàstiques.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 109, 210 × 450 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 593.

In¹ Dei eterne nomine sancte Salvatoris. Ego Arnadlus sacer iaceo in egritudine in lectulo meo, timeo et expaveo de penas inferni et sum cupidus pervenire ad gaudia paradissi. Ideo iubeo atque discerne² averem meum ut si mors mihi advenerit ante quam alium testamentum faciam, istum habeat firmitatem. Et eligo meos manumissores, id est Poncius Raimundi et Berengarius Raimundi et Raimundus Erromir et Wilelmus Bernardi. Precor vos, amicis meis, ut si mors mihi advenerit, licencia[m]³ abeatis apreendere meum avere mobile, dare et distribuere pro anima mea sicut ego in hoc testamentum iniungo. In primis mando vobis solvere ad Sancte Andree medietatem de libram unam platee quod abuerunt Girardus et Aianriicii⁴ medicus et aliam⁵ medietatem qui fuit illam conventatam ad resurreccionem Domini, dimitto ad Sancte Andree pro[p]ter⁶ Deum et remedium anime mee. Ad suum sacerdotem qui tenebat sacerdotium quod ego tenui⁷ in vita mea, dimitto letica una et quadenges II et capa I de nadio et pelles unes de agnos. Ad Petrus levita, solidos III de plata. Ad canonicam de Sancto Petro sedis Vico, baco I obtimo. Ad Sancta Maria de Rivipullo, tona I. Et ad Berengarius nepoti meo, barilli II et archa I et vascula maiore vel minore. Et Bere[n]garius⁸ nutriti meo remaneat in baiulia de Sancte Andree et de suos parochianos. Et alium qui remanet de avere⁹ meum, ubi videtis¹⁰ salvum es[s]e¹¹ in Deum. Et ipsum avere quod suprascriptum est libero vobis amicis meis in memoria et loquela plena. Et ipsas meas ereditates que habeo in par[o]chia¹² de Sancte Ienessii de Oris ubique invenire¹³ potueritis et alias que abeo in Sancte Feliciis Teraciola vel in eius terminis,

exceptum ipsum mansum qui fuit de patre meo, remaneat ad canonicam de Sancto Petro sedis Vico de post obitum mater mea. Et ipsas meas hereditates de mansum qui dicunt Pla, qui fuit de patre meo, et post obitum mater mea remaneat ad Sancta Maria de Extangno.

Hactum est hoc V idus febrearii, anno XLVIII regnante Filipo rege.

Sig+num Arnadlus sacerdos, qui istum testamentum mandavit scribere et manu¹⁴ propria firmavi et a testes firmare rogavi.

Sig+num Poncius Raimundi, Sig+num Bere[n]garius Raimundi, Sig+num Raimundus Erromir, Sig+num Wilelmus Bernardus, id est manumissores.

Sig+num Guifre Erromir. Sig+num Ramon Guifre. Sig+num Pere Iovan.

Petrus levita, qui hoc rogatus scripsi die et anno (*senyal*) quod supra.

1. Al marge esquerra, un dibuix, que ocupa deu línies, d'un gos lligat pel coll a la i capital. 2. En lloc de discerno. 3. Manca. 4. En lloc de Aianricus. 5. i afegida a la interlínia. 6. Manca. 7. tenuit al text. 8. Manca. 9. a afegida a la interlínia. 10. videsttis al text. 11. Manca. 12. Manca. 13. La segona i corregeix e. 14. manus al text.

378

1108, febrer, 26

Empenyorament. *Bernat Ramon empenyora a Berenguer Guanalgod, anomenat Savarís, un alou situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Santa Eulàlia de Provençana, per raó d'un deute de dos morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 110 (*olim* arm. 13 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 708), 80 × 345 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 56.

In nomine Domini. Ego Bernardi Raimundi inpignoratores¹ sum tibi Berengarii Guanalgolli. Manifestum est enim quia debitores sum tibi moabitinos II. Propterea inpignoro tibi alodem nostrum proprium, exceptus ipsa pignoratione qui fuit de Abrahm ebreo, ipsas nostras hereditates qui sunt meas et de fratres meos, quem habemus in territorio Barchinone, in parroechia Sancte Eulalie Provinciana. Advenit mihi et ad fratres meos per vocem paternarum ad² ali[i]³ quibuslibet vocibus aut modis. Et habet affrontaciones

ipsa alodia suprascripta a parte orientis in Monte Iudaicho, de occiduo in alveo Lubri[ca]to,⁴ de meridie in littore maris, de circio in montem Ursa, est omnia iamdicta. Quantum iste afrontaciones includunt vel isti termini ambiunt, sic impignoramus nos tibi ipsa alodia iamdicta in tali⁵ vero convenie[n]cia⁶ quod tu teneas⁷ Berengarii, qui vocant Savarici, prephata alodia de ipsa festa sancti Michaelis⁸ prima veniente⁹ usque ad alia et postmodum ad alias. Et si vobis iam supranominatos potuistis reddere ipsum debitum iamdictum¹⁰ que faciatis et post modum teneatis prephata alodia usque nos reddamus iamdictum prenominatum debitum ad vos. Et quando nos redderemus ad tib[i]¹¹ ipsum debitum, quem vos reddatis mihi ista scriptura sine mora.

Actum est hoc V kalendas marci,¹² anno XLVIII regni regis Philippi.

Signum+ Bernardi Raimundi, qui ista pignoratione fecimus, firmavimus testibusque firmare rogavimus.

Signum+ Raimundi Seniofredi. Signum+ Petri Raimundi.¹³

(*Senyal*) Petrus levita, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in linea V et VI, die et anno quo supra.

1. *L'escrivà utilitza sovint formes plurals.* 2. *En lloc d'ac.* 3. *Manca.* 4. *Manca.* 5. *tali corregeix vero.* 6. *Manca.* 7. *s corregeix t.* 8. *de ipsa festa sancti Michaelis escrit a sobre d'una raspadura.* 9. *i corregeix c.* 10. *dictum escrit a sobre d'una raspadura.* 11. *Manca.* 12. *i afegida a la interlínia.* 13. *Segueix S+, sense cancel·lar.*

379

1108, maig, 11

Empenyorament. *Amat Guifré i la seva muller Solestenda empenyoren a Bernat Guifard, vicari de Castellví de Rosanes, diversos béns situats al terme del castell de Castellví de Rosanes, per raó d'un deute de cinc mancosos morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 111, 130 × 370 mm.
Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 56.

In nomine Domini. Ego Amatus Guifredus et coniux mea Soleustendis femina impignoro sumus tibi Bernardus Guifardus, vicharius de Castello Vetuli. Manifestum est enim quia debitores sumus tibi mancosos V¹ morabetinos legitimos pensatos. Propterea impignoramus tibi ipsas vineas que vocant ad ipsa Roca, cum arbores qui infra sunt de diversis ieneris, et ipsos kasalos qui sunt in

ipsa Roca et ipsos duos mansos, unum de Bellocho et alium qui fuit de Reimundi Zabatela, apud terris et vineis eremis, cultum vel eremis, et arbores qui infra sunt de diversis ieneris et ruviras qui infra sunt qomodo Bernardus Guadalli tenebat ad ipso die quando ipsa hec homnia missi impignoracio ad socrus meus Guitardus. Et est ipsa hec homnia in comitatu Barchinonensi infra termine de Kastro Vetuli. Advenit nobis predicta homnia per patrem meum Guitardus, ad me uxor, sive per ullasque voces. Afrontad predicta omnia a parte orientis in ipso bosco qui vocant de Galinno et pervadit per ipsa Corbatera usque ad sera de Autegone, de meridie in ipsa sera et in garigas de seniore de Castello Vetuli, de occiduo in ipso manso qui est de Sancti Ienessi et in alio qui est de Bernardus Sinfredi apud suos eredes, de circii vero parte in ipso torente qui excurit de Loreda et pervadit per ipso Castelarit.² Quantum infra istas IIII^{or} afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic impignoramus tibi ipsa hec omnia qomodo superius est scripta, cum exios et regresios earum. Et vos Bernardus abeatis ipsum expletum de ipsa hec omnia usque nos redimemus hoc umquam semper abeatis vos. Quod si nos impignorores aut aliquis omo sexus utriusque qui contra hanc istam impignoracione venerit pro inrumpendum aut nos venerimus, nichil valeat, set componat ut ad³ nos componamus tibi in duplo cum omne suam melioracionem. Et in antea ista impignoracio firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista impignoracio V idus madii, ano XL^{mo} VIII regnante Filippo rege.

Sig+num Amatus, Sig+num Solestendis femina, nos qui ista impignoracione fecimus scribere et firmavimus et testes firmarique rogamus.

Sig+num Pere Marcuc. Sig+num Bernardus* levita.⁴

Signum+ Reimundi levita, qui hoc scripsit, cum litteras suprapositas ubi videtis, die et ano qo supra.

1. *Segueix de, raspat.* 2. et pervadit per ipso Castelarit *afegit a la interlínia.*
3. *En lloc d'aut.* 4. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar.*

1108, maig. Barbastre

Convinença. *Alfons I, rei d'Aragó i de Pamplona, i el comte Bertran de Tolosa i Rodés pacten un acord en virtut del qual el comte dóna*

al rei les ciutats i terres de Rodés, Narbona, Besiers, Agde, Tolosa, Càors, Albi i Carcassona, les quals es reté amb el compromís de donar la potestat al monarca quan li sigui requerida. Bertran jura al rei que complirà els compromisos pactats.

A [Pseudooriginal no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 23, núm. 29 dupl. (*olim* arm. 7 Concòrdies Reials, sac Sant Josep, núm. 61), 430 × 275 mm.

C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, ff. 2-3.

D Còpia tardana imitativa del pseudooriginal. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 23, núm. 29, 370 × 290 mm.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, docs. 2 i 3 (amb data de 1078).

b LEMA, *Colección diplomática*, docs. 29 i 30.

Cit. AURELL, *Jalons*, p. 360.

In Dei nomine. Hec est conveniencia qui est facta inter regem domno Adefonso Sancii de Aragone et de Pampilona et illo comite don Bertran de Tolosa et de Rodengos. Donavit illo comite don Bertran ad regem illa civitate de Rodengos cum tota illa honore et cum toto illo comitatu qui pertinet ad Rodengos. Similiter ei donavit illa civitate de Narbona cum toto Narbones et Biterris, cum toto suo comitatu et illa civitate de Agade, cum toto Agades. Et totas istas honores supradictas donat illas ei cum totos iures, directaticos et cum totos illos foros quod habere ibi debet illo seniore qui tenuerit Rodengos. Et quod ei donet potestatem de illa civitate de Rodengos et de illos castellos et de illas civitates qui pertinent ad illo comitatu de Rodengos, in illa guisa quod illo comite don Bertran illam inde potuerit habere per ad suum opus. Et convenit illo comite don Bertran ad regem quod si Deus omnipotens illi dederit Tolosa quod eam ei donet ad regem cum toto illo comitatu de Tolsan et illa civitate de Chaorz cum tota terra de Chaercin¹ et illa civitate de Albi cum toto Albies et illa civitate de Carcassona, cum toto Carcasses, et tota illa honore de illo comite de Fox qui pertinet ad illo comite de Tolosa. Et totum hoc suprascriptum donavit illud ad regem, cum totos illos directaticos² et cum totos illos foros et usaticos qui ibi pertinent ad illo comite de Tolosa. Et convenit illo comite don Bertran ad regem quod ei donet potestatem de illa civitate de Tolosa et de castel Narbone³ et de illas totas alias civitates et de illos castellos qui pertinent ad illo comitatu de Tolosa unde quod ille potestatem potuerit habere per ad suum opus. Et rex donavit ad illo comite don Bertran totas istas honores supradictas quod illas teneat⁴ per suam manum et per suum fevum quomodo debet homo tenere


honore per manum de suo bono seniore per fidem, sine ullo malo ingenio. Et quod ei inde donet potestatem ad regem vel ad cui rex mandaverit per suo missatico quocienscumque rex mandaverit. Et ista causa quod eum attendat illo comite don Bertran ad regem per fidem sine malo ingenio. Et si desvenerit de rege quod attendat don Bertran totos istos convenios supradictos ad sua posteritate de rege vel ad cui ille dimiserit suum honorem. Et si desvenerit de illo comite don Bertran illo suo filio qui tenuerint illum honorem post suos dies quod similiter attendant ad regem et ad sua posteritate totos illos convenios qui sunt suprascriptos quomodo illos convenit comite Bertran ad regem. Et in illa civitate de Tolosa donavit illo comite don Bertran ad regem ad suam propriam dominicaturam III^{or} iudeos et III^{or} burgenses cum omni earum hereditates et cum totos illos foros et illos usaticos quos facere debent ad illo comite de Tolosa. Adhuc autem ei donat in unoquoque anno CC solidos de dineros de Tolsan. Similiter ei adhuc donat ad suam propriam dominicaturam illa villa que dicitur Blaniac et illa villa que dicitur Undas, cum totos iures, terminos et cum totos illos directaticos et cum totos illos usaticos qui ibi pertinent ad illo comite de Tolosa. Et de isto pleito suprascripto est inde illo comite don Bertran homo de rege. Et quod ei attendat ad regem totos illos convenios sicut sunt supradictos per directam fidem, sine ullo malo ingenio.

Ego Adefonsus Sancii, Dei gratia Aragonensium rex, laudo et confirmo hoc testamentum suprascriptum et de manu mea facio hoc + signum. Ego autem comite Bertrando laudo et facio hoc + signum.

Facta carta era M^a C^a XLVI^a, in mense maio, in civitatem quem vocatur Barbastro, audiente et vidente comite Hugo et comite Peire Ramon de Palares et don Bertran de Prexac et don Dalmaz de Castris et don Belenger de Ceverrana.

Iuro ego comiti Bertrando tibi seniore meo regi Adefonso, filio regis Sancii et regine Felicie, quod tibi attendam totos illos convenios quomodo hic sunt suprascriptos et homo legere illos potest per fidem directam, sine ullo malo ingenio, per Deum et istos sanctos.

1. Chaercin escrit a sobre d'una raspadura. 2. ta afegit a la interlínia. 3. Se-
gueix et si, afegit a la interlínia i sense cancel·lar. 4. ne afegit a la interlínia.



381

1108, agost, 13

Donació. *Els germans Arnau Joan i Berenguer Arnau, ardiaques, donen al monestir de Sant Joan de les Abadesses l'església de Sant Martí d'Ogassa amb els delmes, primícies, oblacions dels fidels i totes les seves possessions, entre les quals hi ha el puig del castell de la Pena.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 113, 150 × 350 mm. Bon estat de conservació.
- B Trasllet [coetani]. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 113 dupl., 80 × 530 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.
- C Trasllet de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 113 tripl., 240 × 160 mm. Bon estat de conservació.
- a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 325-326.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 27. — JUNYENT, *El monestir*, p. 46.

Omnis ordinatio viventium sive morientium per litterarum¹ seriem ad noticiam transmituntur succedentium. Quapropter nos Arnallus Iohannis et Berengarius Arnalli, archidiachoni fratres, propter remedium animarum nostrarum seu nostrorum parentum donamus atque tradimus domino Deo et Sancto Iohanni Baptiste Rivipollentis² cenobii, videlicet Abbatissarum³ ecclesiam Sancti Martini de Aquatia, cum decimis et primitiis et fidelium oblationibus, cum suis omnibus pertinentiis atque directis, solide et libere, absque ullo retentu, cum omnibus alodiis, terris cultis et incultis, mansis dirutis vel condirectis et omnibus laborationibus hominum habitantium in ipsis, et cum eremis et boschis, calmibus atque pasturis necnon et tractis, molendinis atque molendinariis,⁴ cum illorum caput aquis, montuosum et declivium, et cum ipso podio in quo castrum Pinne fuit constructum, cum ipso monte Irato et monte de Taga et colle de Iove et quicquit nos prenominati habemus, tenemus atque possidemus iure propinquorum atque parentum vel aliarum vocum ratione vel quicquit Guilelmus Raimundi tenet per nos infra parroechiam Sancti Marti iamdicti de Aquatia vel si quis alius homo vel femina habet [et]⁵ tenet⁶ aliquid per nos cuiuscumque rei sit, sine ulla reservatione vel minoratione, cum omnibus illorum terminis et affrontationibus et exitibus et reitibus, sicut nos prefati iamdicta omnia tenemus et habemus qualicumque modo vel voce in prefatis locis et homines per nos. Sic tradimus sepefata omnia in dominium et potestatem predicti Sancti Iohannis Abbatissarum⁷ et monachorum⁸ et Dei ancillarum

ibique Deo famulantium sine ullo retentu et ullo enganno. Quam donationis scripturam⁹ nec nobis nec alicui liceat infringere. Quod si quis voluerit facere, in quadruplo cogatur componere cum omni sua melioratione. Et postmodum maneat inconvulsa omni tempore.

Facta donationis scriptura idus augusti, anno I^o regni Leovici regis.

Sig+num Arnalli Iohanni[s],¹⁰ Sig+num Berengarii Arnalli archidiaconi, nos qui hanc scripturam nostre donationis fieri iussimus et manibus propriis signum puncti firmavimus et testes firmare rogavimus.

+ Arnallus,* gratia Dei Ausonensis episcopus.¹¹ Sig+num Petri Raimundi de Mata. Sig+num Raimundi Bernardi de Portella. Sig+num Raimundi Geraldi.¹² Sig+num Raimundi¹³ Guiellmi de Beuda. Sig+num Petri Raimundi Cavarochas. Sign+num Raimundi Stephani capellani. Gaufredus*¹⁴ abba +. Sig+num Ennegonis* prioris. Sig+num Berengarii Sancii.

Sig+num Bernardi, Dei gratia comitis. Arnallus Arnalli* +.¹⁵ Rodegarius* levita +. Sig+num Olivario. Sig+num Wifredus* sacer. Girbertus* sacer (*senyal*). Petrus Raimundi,* baiulus huius possessionis +. Michaelis¹⁶ Salomonis,* capellanus et iudex. + Ego Bernardus Iohannis ad vicem illius sua iussione hoc firmo. Raimundus,* Sancti Felicis abbas. Petrus,* abbas Aggerensis (*senyal*).

Bertrandus clericus, qui hoc scripsit prefato die¹⁷ (*senyal*) et anno.¹⁸

1. lit *corregeix* ser. 2. La primera i *corregeix* e. 3. Abastissarum al text, amb la primera s *afegida* a la interlínia. 4. La segona i *afegida* a la interlínia. 5. Manca. 6. La primera t *corregeix* a. 7. Entre a i t, s *expuntuada*. 8. h *afegida* a la interlínia. 9. scripturam donationis al text, amb dos *senyals* d'avís que indiquen l'ordre correcte. 10. Manca. 11. Aquesta subscripció apareix a A i a C abans de la datació; a B apareix abans de les subscripcions dels atorgants. 12. l *corregeix* d. 13. La primera i *afegida* a la interlínia. 14. Gaufredus al text; Gaufredus B i C. 15. Arnallus Arnalli + *avantposat* a la signatura anterior a C. 16. Michaelis monograma. 17. *Segueix* et [a], sense *cancel·lar*. 18. B *omet* Bertrandus ... anno i en el seu lloc *afegeix* [... monachus], qui hoc translatum scripsit die et anno (*senyal*) quo supra. C *afegeix* Guilelmus sacerdos, qui hoc translatum scripsit.

1108, agost, 28

Convinença. Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, cedeix als vescomtes Bernat Amat i Almodis i a llur descendència tot allò

que el pare de Bernat, Deudat, posseïa en feu del comte Ramon Berenguer I. Per la seva banda Bernat es compromet a respectar les convinences fetes entre Deudat i Ramon Berenguer I. El compromís comprèn també la solució d'altres contenciosos entre el comte i Bernat Amat.

- A [Original no localitzat.]
 B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 114 dupl. (*olim* arm. 5 Tarragona, sac M, núm. 79), 100 × 290 mm. Bon estat de conservació.
 C Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 114 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 305), 250 × 110 mm. Bon estat de conservació.
 D. [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 226.]
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 209.

Cit. BALARI JOVANY, *Origines*, pp. 554-555, 568. — KOSTO, *Making agreements*, p. 221.

Sit notum cunctis presentibus et futuris quoniam ego Raimundus Berengarii, comes Barchinonensis ac marchio, filius qui fui Mahaltis comitisse, dono atque concedo per fidem, sine ulla fraude, tibi Bernardo Amati vicecomiti tueque coniugi Almodi vicecomitisse necnon et filiis tuis aut illi de predictis filiis quem tu elegeris totum ipsum honorem quem pater tuus Deusde Bernard tenebat et habebat per fevum avii mei, Raimundi Berengarii comitis, ad diem mortis eiusdem comitis. Item ego iamdictus comes convenio tibi iamdicte vicecomes ut sim tibi adiutor de omnibus alodiis quos habet et tenet iamdictus pater tuus. Hoc donum superius scriptum atque convenientiam facio ego iamdictus comes tibi prephate vicecomes sine tuo engan, exceptis omnibus dominicaturis quas mihi retineo, quas prenominatus pater tuus Deusde aliquo modo ampliavit necnon et impetravit de comitibus Barchinone post mortem iamdicti avii mei. Et ego iamdictus vicecomes convenio tibi iamdicte comes ut mortuo iamdicto patre meo faciam atque attendam tibi illas convenientias que fuerunt inter iamdictum patrem meum Deusde et iamdictum avium tuum Raimundum comitem de predicto honore. Et ego Bernardus vicecomes relinquo ad te Raimundum comitem illud mobile quod avus tuus convenit ad avum meum Bernard per ipsam guardam de Tamarit. Et ego Raimundus comes dono atque emendo tibi Bernardo vicecomiti per illud supradictum mobile ipsas leddas et quintas de Tamarit per mare et per terram et naufragios de capud de Hebre usque ad honorem qui fuit de Arnallo Mironis. Et ego vicecomes definio ad te Raimundum comitem ipsas su-

prapresones et acaptas que fecit pater meus Deusde post mortem avii tui Raimundi comitis.

Facta convenientia V kalendas septembris, anno I regni Leudovici regis.

Signum+ Raimundi comes. Bernardus vicecomes +. Sig+num Adalmus vicecomitissa.

Signum+ Wilelmus de Castro Vetuli. Sig+num Wilelmus Gaucfredi¹ Signum+ Bernardus Wilelmi de Luca.²

Raimundus, qui ista convenientia rogatus³ scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. Sig+num Wilelmus Gaucfredi *omet* C. 2. Lucano C. 3. rogatus *omet* C.

383

1108, octubre, 28

Definició. *Odalguer i els seus fills i filles renunciem als drets sobre l'alou de Torroella que disputaven amb el monestir de Santa Maria de l'Estany. A canvi, reben de l'esmentat monestir deu sous d'argent.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 115, 80 × 350 mm.
Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris qualiter ego Uzalgarius cum filiis filiabusque meis multocias altercati fuimus cum clericis Sancte Marie de Stagno de parte quam requirebamus in alodio de Torrezela, quod fuit de Guanalgauo. Et postea venimus ad concordiam in presencia sive laudamentu¹ suorum amicorum vel nostrorum, id sunt Petri Fulconi atque Raimundi Arberti sive Raimundi Berengarii de Olon matrisque ipsius et Bertrandi Fulconi atque Geralli Arberti aliorumque bonorum hominum. Igitur ego predictus Uzalgarius cum filiis filiabusque meis per hoc namque pactum scripture difinimus et evacuamus omnem quam requirebamus in alodio de Torrezela, quod fuit de Guanalgauo, ut ab hodierno die et deinceps nullo modo repetamus neque nos neque ullus homo vel femina pro nobis, sed sit solidum et liberum predictae ecclesie suorumque clericorum sine ullo tenore atque reservacione. Ideoque accipimus de mobile predictae ecclesie X solidos plate. Si quis autem co[n]tra² hanc cartam difinicionis vel evacuacionis venerit ad inrumpendum, nullo modo facere³ possit, sed componat aut co[m]ponamus⁴ in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista difinicio firma permaneat modo vel omni tempore.

Actum est hoc V kalendas novembris, anno primo Leudoici regis Francorum.⁵

Sig+num Uzalger,⁶ Sig+num Ramon Uzalger, Sig+num Bernard Uzalger, Sig+num Pere Uzalger, Sig+num Ermegod Uzalger, Sig+num Arsen,⁷ Sig+num Ermesen, Sig+num Adalez, Sig+num Ermengars,⁸ nos omnes qui istam difinicionem facimus et firmamus testibusque firmare rogamus.

Sig+num Pere Folc. Sig+num Ramon Arbert. Sig+num Bertran Folc. Sig+num Ramon Berenger. Sig+num Gerall Arbert.⁹ Sig+num Ermesen de Olon. Sig+num Guadall¹⁰ Bernard. Vilelmus* sacer.¹¹

Berengarius sacerdos, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1. Entre a i m una lletra raspada. 2. Manca. 3. facerem al text. 4. Manca. 5. La primera r corregeix a. 6. e corregeix a. 7. Afegit volat un signe d'abreviació sense cancel·lar a la n. 8. A les subscripcions d'Arsenda, Ermessenda, Adelaida i Ermengarda manca la puntuació. 9. A les subscripcions de Pere Folc, Ramon Arbert, Ramon Berenguer i Gerall Arbert manca la puntuació. 10. Segueixen quatre lletres raspades. 11. Vilelmus* sacer escrit a continuació de la clausura del rogatori.

384

1108, desembre, 17

Donació. Arnau de Sentmenat entra com a monjo al monestir de Santa Maria de l'Estany. Fa donació al monestir d'un mas situat a Pomar, a Badalona, i d'un altre situat a la Llosa, a Castellterçol, aquest darrer amb usdefruit de la seva mare, que pagarà cada any un parell de capons al cenobi.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 116, 160 × 230 mm. Bon estat de conservació malgrat unes taques d'humitat petites.

In Dei nomine. Ego Arnallus, vocitatus Sancti Minati, donator sum domino Deo et ecclesie Sancte Marie Estagni. Per hanc scriptur[am]¹ donationis dono et trado memedipsum suprascripta ecclesia et in manu Guilelmi, eiusdem loci prioris, ut ibi maneam et vivam sine proprio et sub regula beati Augustini omnibus diebus vite meę. Iterum dono sepe dicta ecclesia unum mansum in parrohecchia Sancte Marie de Bedelona, ipsum videlicet quod Guilelmus Berengarii tenet, cum omnibus pertinenciis et affrontationibus et introitibus et exitibus et censis et usaticis et pascuis et aquis ut ab ista hora et deinceps abeat et teneat iamdicta ecclesia et abitatoribus suis, ita ut nullus ex posteris meis ibi aliquid re-

quirat. Similiter dono iam nominata ecclesia unum mansum infra terminis Castrum Tercioli que vocant de Losa post obitum matri[s]² meę cum omnibus terminis et pertinenciis et affrontationibus [...].³ Propter tenedonem abeat ibi annuatim unum paria caponum. Post discessum eciam matris meę sit solidum et liberum sicut superius est scriptum. Est autem hec omnia in comitatu Barchinonæ et in supradictis terminis et parroechiis⁴ et in locis vocitatis Pomar et Losa. Si quis autem contra hanc scriptura venerit ad inrumpendum, non valerit, set si fecerit tamdiu anatematis vinculo subiacet donec satisfaciat. Et post ec firma semper fiat.

Actum est hoc XVI kalendas ianuarii anno I regnante rege Ledoici.

Sig+num Arnallus, qui hanc donationem fatio et firmo et firmare rogo.

Sig+num Batrix, mater eius, Sig+num Petrus, Sig+num Berengarius, Sig+num Guilelmus, fratres eiusdem Arnallo, qui hoc firmamus et laudamus et donamus corpora nostra suprascripta ecclesia ut ad obitum nostrum in sepulturam abeamus.

Sig+num Bernardus de Talamancha. Sig+num Bernardus de Barbera.

Sig+num Raimundus subdiachonus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Manca. 2. Manca. 3. Espai de tres lletres, aproximadament, il·legible a causa d'una petita taca d'humitat. 4. h afegida a la interlínia.

385

1109, febrer, 21

Donació remunerada. *Els germans Bernat Berenguer, Guillem Berenguer i Pere Berenguer donen al monestir de Santa Maria de l'Estany l'alou de Torroella, a Santa Maria d'Oló. Reben a canvi un morabatí.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 117, 110 × 360 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris qualiter nos¹ Bernardus² Berengarii et³ Guilelmus Berengarii atque⁴ Petrus Berengarii evacuamus, difinimus sive donamus domino Deo eiusque genitrici beatissime et gloriosissime virgini Marie de Stagno et domino Bernardo priori ceterisque ibi Deo degentibus clericis

illud alodium quod dicitur de Torrodella, quod et fuit Guanalgaudi condam defuncti quod et mater nostra domino Deo et predicte Sancte Marie per firmam scripturam vendicionis vendidit et nos illud conquerebamur. Diffinimus autem sive evacuando donamus in prefato alodio omnes nostras hereditates cum universis illarum pertinenciis vel affrontacionibus, sicut in carta resonat quam mater nostra Deo et beate Marie fecit sicuti nos ibi illas aliquo modo vel hereditario iure habere debemus per fidem rectam, sine ullo malo ingenio vel retentu. Et accipimus inde a predicto priore et eius clericis morabetinum unum et hoc facimus pro redempcione animarum nostrarum et ut semper simus participes in oracionibus ibi Deo et eius genitrici a prescriptis clericis factis. Est autem prefatum alodium in comitatu Minorise sive in parrochia Beate Marie de Olon vel in loco vocitato Torrodella. Si quis vero, quod absit, temerario hore hanc scripturam evacuacionis, difinicionis sive donacionis disrumpere vel inquietare presumpserit, nullo modo facere valeat, sed quod temptaverit in duplum componat. Et postea hec scriptura firma permaneat omne per evum.


Actum est hoc VIII kalendas marcii, anno primo Ludoicii regis Francorum.

Sig+num Bernardi Berengarii, Sig+num⁵ Guilelmi Berengarii, Sig+num Petri Berengarii,⁶ nos qui hanc scripturam evacuacionis, difinicionis sive donacionis facimus fieri, firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Berengarii Guilelmi. Sig+num Raimundi Uzalgarii. Sig+num Bernardi Uzalgarii. Sig+num Guilelmi Isarni. Sig+num Arnalli Gommari Castri Incisi. Guilelmus Bernardi* levita Roturenensis (*senyal*).

Berengarius sacerdos, qui hoc scripsit, cum literis damnatis et superpositis in linea prima et rasis⁷ in nona, die et anno (*senyal*) prefixo.

1. Segueix un espai de quatre lletres, aproximadament, raspat. 2. Berenardus al text. 3. Segueix Raimundus, ratllat, i Guilelmus, afegit a la interlínia. 4. Segueix un espai de tres lletres, aproximadament, raspat. 5. Segueix Raimundi, ratllat, i Guilelmi, afegit a la interlínia. 6. A les subscripcions de Guillem Berenguer i de Pere Berenguer els manca la puntuació. 7. Segueix et, sense cancel·lar.



1109, març, 6

Venda. *Ermessenda i el seu fill Bernat Ramon venen als esposos Ricard Guillem i Ermessenda la meitat d'una vinya situada al territori de Barcelona, al terme dels molins del Clot de la Mel, a les vinyes de ipso Collo, pel preu de quatre morabatins.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm 118 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 903), 150 × 220 mm. Bon estat de conservació.
a CONDE, *L'archivio*, doc. 58.

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 56. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 112.

In nomine Domini. Ego Ermessendis femina et Bernardus Raimundi filius meus venditores sumus tibi Ricardo Guillelmi uxorique tue Ermessendi vestreque proieniei atque posteritati. Manifestum est enim quia vendimus vobis medietatem vinee quam a vobis ad complantandum accepimus, sicut nostrum est directum, quam habemus in territorio Barcinonensi, in terminio de ipsis molendinis Cloti Mellis quem vocant, ad vineas de ipso Collo. Advenit mihi predictae Ermessendi per complantacionem,¹ ad me Bernardum per vocem patris mei. Affrontat autem predicta vinea, ab oriente in terris et vineis canonice Sancte Crucis,² a meridie in alodio de vobis emptoribus, a circio in alodio uxoris Guifredi Iohannis, ab occiduo in torrente qui discur[r]it³ tempore pluviarum. Quantum iste includunt affrontaciones, sic vobis vendimus iamdicta vineam integre simul cum exiis vel illius regressibus propter precium moabetinorum quatuor legitimorum, quos vos emtores precio nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus sicut est manifestum. Predicta quoque vinea quam vobis vendimus de nostro iure in vestrum tradimus dominium ac potestatem ab omni integritate ad quodcumque exinde volueritis facere ad vestrum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aud aliquis homo utriusque sexus⁴ contra hanc vendicionem venerimus vel ve[ne]rit⁵ pro irrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aud componamus vobis prefatam vineam in duplo cum omni sua melioracione. Et ista carta vendicionis in antea firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Actum est hoc II nonas marcii, anno I Ledovici regis.

Sig+num Ermessendis femine, Sig+num Bernardi Raimundi, qui hanc vendicione fecimus et firmavimus atque testibus firmari eam rogavimus.

Sig+num Berengarii Donucii. Sig+num Arnalli Guillelmi. Sig-num+ Guillelm Donnucii*.

Sig+num Pelegrini levite, qui hanc scripsit donacionem cum literis rasis in linea IIII et suprapositas in linea V.

1. per comp *escrit a sobre d'una raspadura*; tacione *afegit a la interlínia*.
 2. *Crucis expressat en el text per mitjà d'una creu*. 3. *Manca*. 4. *Segueix qui, raspat*. 5. *Manca*.

387

1109, març, 30

Venda. *Sesuana, Engòncia i Auxília venen a Fruga, sacerdot, un terreny amb una casa a Sant Feliuet de Terrassola, a la vall de Postius, pel preu de sis sous in rem valentem.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 120, 50 × 335 mm.
 Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Sesuana et Enguncia et Ausilia feminas vinditrices sumus tibi Fruia sacer, emtore. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus tibi casa cum solo et superposito et terras cultas et ermas et arbores totis que ibi [abe]mus, qui nobis advenit per genitores nostros vel per q[ua]lliacumque¹ voce. Et est hec omnia in comitatum Menresa in castrum Olone, in Terrazola, in valle Posticios. Et afrontat hec omnia de orientis in terra de Lopardo, et de meridie in ipso rio vel in casas de te comparatore vel eres, et de occiduo in ipso alio rio vel in terra de Lopardo vel de te comparatore, et de circii in ipso torente de Rando vel in vinea de Lopardo vel in rio vel in ipsa era de te comparatore. Quantum infra istas IIII afrontaciones includunt in ipsa era et in ipsas ribas cultas et ermas, ipsas nostras ereditates et in arbores et ego Sesuana in ipso Kuselo ipsa mea ereditatem ab integrum, simul cum ipsa riba erma et arbores usque ad ipsa era de te comparatore; et ego Ausilia in ipsa casa et in ipsos II ortos et in ipsos boscos vel ad ipso torente de Rando et in ipsa riba que est ad ipsa era de te comparatore vel in omnique loco ubi invenire potueris ipsa mea ereditatem ab integrum, cum exio et regresio earum, in precium solidos VI in rem valentem, et nihil exinde non remansit, est manifestum. Quem vero predictta omnia de nostro iuro in tuo tradimus dominio abeas firmam potestatem. Quod si nos vinditrices aut ullusque homo qui contra hanc ista scriptura venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set in duplo

componamus ipsa omnia quod superius scripta est. Et in antea ista vindicione firma e[*t*]² stabilis permaneat omni tempore.

Facta ista scriptura III kalendas aprili, ano I regnante Leu-
devico rege.

Sig+num Sesuana, Sig+num Enguncia, Sig+num Ausilia, qui
ista vindicione fecimus et firmare rogavimus.

Sig+num Oliba. Sig+num Oldemare. Sig+num Salamone.

Bonusomo presbiter scripsit et sub (*senyal*) die et anno quod
supra.

1. *Manca.* 2. *Manca.*

388

1109, abril, 11

Empenyorament. *Guillem Ramon, senyor de Castellví de Rosanes, empenyora a Bernat Guifard dos masos situats a Sant Andreu de la Barca, per raó d'un deute de cinquanta-sis morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 122, 110 × 410 mm.
Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que dificul-
ten la lectura.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 116. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 56. — MAS,
Notes històriques, XIII, p. 98.

In nomine Domini. Ego Guilelmus Reimundi, senior de Kastro Vetuli, impignorator sum tibi Bernardus Guifardo. Manifestum est enim quia debitor sum tibi L^aVI^{sex} moravedinos legitimos pensatos que sunt curibiles. Et est manifestum. Propterea impignoro tibi mansos duos, unum in q[u]o¹ stabat Guifre Godmar et alium que vocant de ipsa Font in q[u]o stabat Sendredi, aput illorum apertinencias et aput illorum servicios, et in alios locos pecias de terras et de vineas, cultum vel eremum, et arbores qui infra sunt de diversis ieneris, quod abeo in comitatu Barchinona, in parochiam de Sancti Andree des Aguatosas, infra termine de Kastro Vetuli. Advenit michi ehc² omnia per parentorum meorum sive per ullasque voces. Afrontat predicta homnia de parte orientis in flumine Lubricato, de meridie in termine de Corbaria et in torente que vocant de Ulastro, de occiduo in ipsas Rochetas et in alaude de Bernard Gifre et de suo fratre et pervadit ad ipso q[u]oieto, supra kasa de Pere Marcuc, de circii vero parte in torente que vocant de Kagalello et in alaude de Pere Marcuc, et pervadit ad ipso torente de Renovallo. Quantum infra istas IIII^{or} afrontaciones

includunt et isti termini ambiunt, sic impignoro tibi quantum ego abeo vel abere debeo, exceptus ipsum fevo de Pere Marcuc,³ simul cum exios vel regresios earum. Fructus tamen quod inde exierit per unumquemque anum omni tempore et servicium abeatis vobis Bernardus usque⁴ ego Guilelmus potuit rendere predictum debitum qui est suprascriptum et tu rende mihi ista scriptura. Quod si ego impignorator aut aliquis⁵ homo sexus utriusque qui contra hanc ista impignoracione venerit pro irrumpendum aut ego venero, nichil valeat, set componat ipsum aurum qui est suprascriptum in duplum. Et in antea ista impignoracio firma stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista impignoracio III idus aprilis, ano primo regnante Ledovic[i] rege.

Sig+num Guilelmus, ego qui ista impignoracione feci et firmavi et testes firmarique rogavi.

Sig+num Dorcha, qui hoc confirmo.

Sig+num Pere Marcuc. Sig+num Bernardus* levita. Sig+num Bernard Guillem. Sig+num Guillem Reimundi baiulo. Sig+num Bataga.

Signum+ Reimundi levita, qui hoc scripsit, cum literas suppositas in linea VII, die et ano q[u]o supra.

1. Manca. Es repeteix altres vegades en el text; en aquests casos s'ha restituit la lletra u sense indicar-ho en nota. 2. En lloc d'hec. Hem deixat la forma original al text perquè és habitual en els textos de l'època. 3. exceptus ipsum fevo de Pere Marcuc afegit a la interlínia. 4. Sobre la e hi ha un signe d'abreviació volat sense cancel·lar. 5. aliquis al text.

389

1109, maig, 11

Empenyorament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, empenyora a Guillem Ramon, senescal, i a la seva muller Agnès la meitat de la terra d'Osor, per raó d'un deute de trenta lliures d'argent de moneda de Girona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 112, 140 × 260 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus Berengarii, gratia Dei comes Barchinonensis ac marchio, per presentem meę impignoracionis scripturam impignoro tibi

Guilherme Reimundi, qui dicitur seneschalch, et uxori tuę Agneti ipsam meam medietatem de ipsa terra de Osur, videlicet ipsum dominium et ipsos homines quod inibi habeo vel habere debeo per qualescumque voces. Quantum ego habeo et teneo infra ipsos terminos de Osur, totum votive et potentialiter impignoro vobis iamdictis Guillelmo et Agneti propter XXX^{ta} libras platę modo percurrentis Girundę, tali modo ut tantum ac tandiu teneatis atque omnibus modis expletetis prefatum pignus donec ego reddam vobis XXX^a libras plate sine vestro engan. Si quis contra hanc impignorationem ad irrumpendum venerit, nihil penitus proficiat, sed pro sola presumptione duplam compositionem vobis persolvat cum omni immelioratione. Hac scriptura firmissime persistente.

Actum est hoc V idus maii, anno XLVIII regni regis Philippi.

Signum+ Raimundi comes, qui hanc cartam fieri iussi, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Guilelmi Rudballi. (*Senyal*) Petrus Raimundi* levita.

Signum+ Raimundus levita, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.¹

1. Document cancel·lat per mitjà de quatre talls fets al centre del pergami.

390

1109, juliol, 6

Testament. *Guillem Ramon de Castellvell, abans d'anar en pelegrinatge al Sant Sepulcre de Jerusalem, atorga testament. Fa diversos llegats a persones i institucions eclesiàstiques i distribueix les seves possessions entre els familiars, tot establint l'ordre successori.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 129, 390 × 300 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat a la part superior del pergami que no n'impedeixen la lectura.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 719. — MAS, *Notes històriques*, XIII, pp. 35, 38. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 97.

In legibus Gotorum continetur scriptum ut morientium extrema voluntas, si sit auctoris et testium manu subscripta licet utrarumque partium signis extiterit roborata, omni perhenniter valere subsistat. Propterea ego Guillelmus Raimundi, in Dei nomine, cupiens pergere, si Deus concesserit, ad Sanctum Sepulcrum Domini, facio hoc testamentum de rebus meis sano corpore et mente integra in ecclesia Sancti Genesis. Et rogo atque eligo ut sint elemosinarii mei Dorcha, frater meus, et Petrus Mironis de Baieres

et Bernardus Gifardi atque Berengarius Raimundi de Lubrichato seu Udalardus Raimundi de Rodanes, quibus omnibus precipio per Deum et per fidem quam mihi promisistis ut, sicut videritis in hoc meo testamento, ita faciatis de omni mea honore et omnem meum avere distribuatis pro anima mea, sicut ego vobis iniungero, si contigerit me mori ante quam alium testamentum faciam.¹ Primum concedo ad Sanctam Crucem et ad kanonicam Barchinonensem C mancosos pro anima mea. Et ad episcopum Barchinonensem C mancosos per missas et ad Sanctum Cucuphatem mancosos C pro anima mea. Et ad Sanctam Mariam Rivipollentem mancosos C pro anima mea. Et ad Sanctum Laurentium L pro anima mea. Et ad Sancta Marie Monti Serrati L. Et ad Sanctum Genesium C, C ad opera ecclesie. Et ad Sanctum Michaellem Kastri Vetuli V mancosos et ad clericos eius alios V per missas. Et ad Sanctam Mariam de Martorello V ad dedicacionem et alios V ad clericos eius per missas. Et ad Sanctum Michaellem Kastri Vetuli de Marchia V et ad clericos eius alios V per missas. Et ad Sanctum Petrum Bredensem V ad dedicacionem et ad clericos eius similiter per missas. Et ad Sanctam Maria[m]² de Oulesa V ad opera et V ad clericos eius per missas. Et ad Sanctum Vincencium Castelli Episcopalis V et ad clericos eius similiter per missas. Ad Sanctam Mariam Civitatis Fracte V et ad clericos eius similiter per missas. Ad Sanctum Andream de Lavaneres V ad dedicacionem et V per missas. Et concedo ad Sanctum Genesium pro anima mea alodium quod abeo in Castelet de Voltrera, quod fuit Raimundi Isarni, et alium meum alodium quod habeo in termine Kastelli Episcopalis, in loco vocitato Prunereres. Et rogo te fratrem meum Dorcham atque mando per Deum et fidem quam mihi debes ut reddas Sancto Genesio omn[em] alod[ium] de Lubricato quod est iuris Sancti Genesii et quod misi pro te in pignore ut peccatum non remaneat mecum. Et similiter p[re]cor³ te frater meus Dorcha et valde precipio ut istos mancosos supradictos tu dones pro anima mea sicut superius dimitto cum manumissoribus meis ad sanctos in rem valentem. Et concedo ad fratrem meum Dorcham omnem meum honorem, alodium scilicet et fevum quod habeo de senioribus meis et omnes castellos meos cum terminis suis et pertinenciis ut teneat et habeat potencialiter usque ad XV annos. Et post XV annos concedo ad Guilelmum filium meum Kastrum Vetulum et Rodanes cum terminis suis et pertinenciis et Kastrum Vetulum de Marchia et castrum de Matero cum illorum terminis et pertinenciis et omnes meos fevos et baiulias,

ut hec omnia habeat ipse Guilelmus, filius meus, et teneat cum fratre meo Dorcha, sicut ipse Dorcha, frater meus, modo habet mecum, et ut ipse Guilelmus, filius meus, sit homo fratris mei Dorcha quamdiu frater meus ipse vixerit. Et concedo ad filium meum Petrum, quem mando ut sit clericus, kastellum de Voltrera et dominicaturam de Oulesa cum illorum terminis et pertinenciis ut habeat similiter cum fratre meo Dorcha quamdiu ipse vixerit, et post mortem ipsius remaneat filio meo Guilelmo.⁴ Et concedo kastrum de Mathero cum terminis suis et pertinenciis ad Ermesendis uxorem meam ut teneat eum in vita sua si maritum non acceperit et⁵ ad in terram suam reversa non fuerit. Et si maritum acceperit vel in terram suam reverti voluerit, tunc frater meus Dorcha aut filius meus, si ipse frater meus mortuus fuerit, donent ei ducentas uncias tunc currentes in kavallis et mulis, et ipsum kastellum remaneat fratri meo et filiis meis sicut superius mandavi. Post mortem autem fratris mei Dorcha concedo ad filium meum Guilelmum solide et libere Kastrum Vetulum de Rodanes cum terminis suis et pertinenciis et omnem alium meum honorem. Mando ut ipse Wilelmus, filius meus, habeat cum filio de Dorcha, fratris mei, sicut ego modo habeo cum illo fratre meo, id est ut filius fratris mei sit homo Guilelmi filii mei. Et si Wilelmus mortuus fuerit sine infante legitimo, remaneat totum Petro fratri suo. Et si ipse Petrus similiter mortuus fuerit sine infante legitimo, totum meum honorem ad filium de Dorcha remaneat.⁶ Et si infra istos XV annos frater meus Dorcha mortuus fuerit, remaneant filii mei et omnem meum honorem in baiulia domini Dei et Sancti Sepulcri et de hominibus meis et de Gerallo Alamanni de Cerveio. Sed modo dimitto fratrem meum Dorcha et filios meos in custodia domini Dei et omnem meum honorem in defensione domini Raimundi Berengarii comitis senioris mei et episcopi Barchinonensis. Et sit Deus inter me et vos.

Actum est hoc II nonas iulii, anno⁷ II regnante Leudevicho rege.

Sig+num Guilelmi Raimundi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Petrus Mironi. Sig+num Udal[a]rdus⁸ Raimundi de Rodanes. Sig+num Bernardus Gifardi.

Deusde⁹ sacer, quem nuncupant Arnallus Arnalli, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in linea VII et VIII et XXVIII et XXXV et XXXVI, die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Alium testamentum faciam *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. *Manca*. 4. et post ... meo Guilelmo *afegit a la interlínia*. 5. et *afegit a la interlínia*. 6. *Segueix et remaneat fratri mei, raspat*. 7. *Segueix regnante, ratllat*. 8. *Manca*. 9. Deus-de *monograma*.

391

1109, juliol, 13

Convinença. *Guillem Ramon de Castellvell i el seu germà Dorca arriben a un acord amb Bertran Sunyer, la seva muller Adelaida i llur fill Pere Bertran sobre l'honor que fou de Geribert Guitard, que els concedeixen amb la meitat de les dominicatures amb la condició que els en reconeixin la potestat i facin per ell hosts i cavalcades. Els encomanen, a més, el castell de Mataró i els donen en feu sengles masos a Mataró, Castellví de Rosanes, Castellví de la Marca i Volterra.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 14 d'agost de 1309. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 130 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac A, núm. 254), 185 × 305 mm. Bon estat de conservació.

Cit. PEDEMONTE, *Notes*, p. 97.

Hec¹ est conveniencia quam faciunt Guilelmus Raimundi et Dorcha frater eius cum Bertrando Suniarii et Azaledis² uxor eius et cum Petro Bertrandi illorum filio de honore que fuit Guiriberti Guitardi. Mandant namque Guialmus et ffrater eius Dorcha castellanis qui tenent Castellum Bellum et Castrum de Far ut donent potestatem de iamdictis castellis quantascumque vices quesierint cum illis et sine illis Bertrando Suniario et uxori eius Azaledis et Petro Bertrandi filio eorum, et ipsi milites qui tenent fevos de onore iamdicti Guiriberti Guitardi sint homines illorum et faciant hostes et cavalgades et servicios de ipsa honore Petro Bertrandi et habeant medietatem de dominicaturis iamdicti onoris Guilelmus Raimundi et Dorcha frater eius, et retinent sibi potestatem de supradictis castellis quantascumque vices quesierint cum illis et sine illis. Ipse autem Petrus Bertrandi faciat hostes et cavalgades et servicios cum militibus iamdictis onoris Guilelmo Raimundi et ffratri eius et sit homo illorum et adiuvet illos tenere et garregare atque deffendere cunctum onorem illorum quem habent odie vel antea adquisierint cum illorum consiliis. Et si Petrus Bertrandi non fecerit supradicta omnia si Guilelmus Raimundi et ffrater eius mandaverint, ipsi milites faciant hostes et cavalcades et servicio illis. Super hec omnia sepedictus Guilelmus Raimundus et Dorcha

frater eius comandant Bertrando Suniario et Azaledis uxori eius et illorum filio Petro Bertrando castellum de Matero et castellanum, salva illorum fidelitate, et donant eis per fevum in eodem castello mansum unum et alium in Castro Vetulo de Martorell, cum mulino, et alium in Castro Vetulo de Marchia et alium in Voltretra, ut sint homines illorum et uxoris jamdicti Guielmi et adiuvent illis tenere et deffendere onorem quem odie habent et antea adquisierint cum illorum consilio. Et ipse castellanus de Matero donet eis potestatem de ipso castello quantascumque vices quesierint et alberget cum eis in hoste ubi ipsi albergaverint cum Guielmo, seniore eorum, et serviat eis ad curtes et cavalgades.

Actum est hoc III^o idus iulii, anno II regnante Loudovico rege.

Sig+num Guielmi Raimundi, Sig+num Dorca, Sig+num Bertrandi Sugnarii, Sig+num Azaledis femina, Sig+num Petri Bertrandi, qui inter nos hanc convenienciam facimus, firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Petri Mironi de Bageres. Sig+num Bernard Gifard. Sig+num Uhalart Ramon. Gerallus.

Raimundus scriptor, qui hoc scripsit, cum litteris fuis et superpositis, ex die et anno (*senyal*) quo supra.³

1. B *comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento per alphabetum diviso cuius tenor talis est. 2. i *corregeix* [o]. 3. B *acaba*: Sig(*senyal*)num Jacobi de Folcheriis, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Jacobi Davidis, notarii Barchinone, testis huius translati. Sig+num Guilelmi Ollomarii, gerentis vices venerabilis Bernardi de Ponte, vicarii Barchinone et Vallesii, qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobato ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut ei, tanquam originali suo, fides plenaria ab omnibus impendatur, appositum per manum mei Bernardi de Cumbis, notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii eiusdem civitatis, in cuius manu et posse dictus gerens vices vicarii hanc firmam fecit nono decimo kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC^o nono, presentibus testibus Petro Baiuli, Arnaldo Rubei et Petro de Roseto, iurisperitis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis, notarius predictus, hoc scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Bernardi de Beliz, auctoritate regia publici notarii per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobatum scripsit et clausit in Barchinona, XIX^o kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC^o nono.

[1095-1109]

Jurament de fidelitat. *Galceran Miró, fill de Sicarda, jura fidelitat a Guillem Jordà I, comte de Cerdanya, en especial pels castells de Pinós, Espà, Gósol, Saldes, el Quer Foradat i Vallmanya.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Berenguer Ramon II, carp. 26, núm. 90 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 326), 305 × 148 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 432.

Datem el document pels anys del regiment de Guillem Jordà I de Cerdanya.

Iuro ego Gaucerandus Mironis, qui fui filius Sicardis femine, quia fidelis ero ad te Guilelmum comitem, seniore[m] meum,¹ filius² Sancier comitisse,³ sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea no dezebré te, prefatum comitem et comitissam, de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent; neque de tuos kastos aut kastellos, rochas vel puios, condirectos vel heremos, terram honoremque, alodes vel fevos, comitatos vel comitatum; et de ipsis kastellis quos teneo de te et per te, scilicet Pinos et Espadam et Gosal et Salices et Cher Foradad et Valle Magna,⁴ et de fortedis que in eo vel in eis sunt aut in antea erunt. Et de omnibus que hodie habes vel habere debes et in antea adquisieris quocumque modo no te tolré ni te'n tolré ni t-o vedaré ni te'n vedaré ni te'n enganaré ni te'n dezebré ni t-o contendré ni⁵ te'n contender, nec ego iamdictus Gaucerandus nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina nec femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Gaucerandus, de illa hora in antea, finem nec societatem non auré ne tenré cum illo vel cum illis, cum illa vel cum illas, donec tu prefate comes recuperatum habeas hoc totum quod perdideris de iamdictis omnibus sine tuo engan. Et predictos kastellos et fortedas omnes quas te teneo vel tenere debeo et tenuero no-t vedaré ne devedar no-ls te faré ne les te faré et potentes vos ne faré e te'n faré et de libere los vos liuraré e les vos liuraré. Et te comes et comitissa et omnes illos quos vel quibus predicta omnia mihi iusseris, poderós ne fare, sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs, per te ipsum vel per tuos missos vel missum, sine tua forsfactura et cum forsfactura. Et adiutor t'o seré a tener et ad aver et a defendre contra omnes homines vel feminas sine tuo engan per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré ullo ingenio, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et insuper potentialiter tibi adiutor ero contra omnes

homines vel feminas, sine tuo engan. Societatem non auré ne tenré cum tuis inimicis aut inimico, inimicas vel inimica, infidelibus vel infidele, ad ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum no-t vedaré ne-t contendré per ullum ingenium. Senioremem nec seniores no faré ni tenré ni affidaré et, si fat l'e, no-l tenré sine tuo solvemento et consilio. Tuum consilium aut consilia no descubriré ad ullum tum dampnum, me sciente.

Sicut superius scriptum est, de te comes⁶ sí o tenré et o atendré ad tuum filium vel filiam sive ad illum vel illam cui vel quibus dictis vel testamento dimiseris tuum honorem; et per suam vel eorum manum o prendré et manibus ad illum vel illa vel illos me'n comannaré; et tale sacramenti [l'en fa]ré quale hodie iuro ad te. Et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala⁷ contentione et sine alio lucro.

Sicut superius scriptum est, sí o tenré et o atendré ad te prefatum comitem⁸ et ad predictum filium tuum vel ad predictos, sicut [...] exceptus quantum vel quantas tu comes et comitissa vel predictos successores post vos me'n absolveràs o me n'absolve[ran ... vel eorum]¹⁰ gradiente animo, sine ulla [retinen]cia sine malo [ingenio]. Per Deum et hec sancta.

1. meum *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* que fuisti, *ratllat*. 3. Sancie comitisse *afegit a la interlínia*. *A la línia repeteix* comitisse. *Segueix* et ad uxorem tuam Santiam, que fuit filia Almodis comitisse, *ratllat*. 4. scilicet Pinos et Espadam et Gosal et Salices et Cher Foradad et Valle Magna *afegit a la interlínia*. 5. *Segueix* tenure, *ratllat*. 6. *Segueix* et comitissa, *ratllat*. 7. l *corregeix* r. 8. *Segueix* et comitissam, *ratllat*. 9. *Espai de 80 mm, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta*. 10. *Espai de vuit lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta*.

[1095-1109]

Jurament de fidelitat. *Berenguer Ecard, fill de Garsenda, jura fidelitat al comte Guillem Jordà I de Cerdanya, fill de Sança, en especial pels castells de Peguera, Fígols i Vallmanya i el palau de Berga.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 33 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 202), 475 × 145 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'algunes taques.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 76.]
- a MIOUEL, *Liber feudorum*, II, doc. 567.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 224.

Datem pels anys del regiment de Guillem Jordà I de Cerdanya.

Iuro ego Berengarius Echardi, filius qui¹ sum Garsindis femine, quod fidelis ero ad te Guillelmum comitem, filius qui es² Sancie comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea no dezebré te prefatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent; neque de tuis comitatibus vel comitatu, neque de tuis kastris aut kastellis, roccis vel puis, condirectis et heremis, terra et honore, alodiis vel fevis quos hodie habes et habere debes et in antea adquisieris. Nominatim³ ego tibi iuro ipsum kastellum de Pegera et de Figols et de Valle Magna⁴ et domum de Berga et omnes fortedas que in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt. Quod de predictis omnibus rem tibi no tolré ni te'n tolré, ni te'n engannaré ni te'n dezebré, ni t'o vedaré ni te'n vedaré, ni t'o contendré ni te'n contendré, nec ego Berengarius Echardi nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Berengarius finem nec societatem⁵ nec amiciciam de illa hora et deinceps non habebō nec tenebo ad ullum bonum de eis neque ad ullum tuum dampnum. Et adiutor t'o seré a tener et ad aver et a defendre contra omnes homines vel feminas sine tuo engan semper. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de omnibus predictis fortedis et kastellis, sicut modo sunt aut in antea erunt, ego prefatus Berengarius potestatem deliberam tibi et tuis quos volueris vel iusseris dabo sine tuo engan, tam cum forsfactura quam sine forsfactura, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Similiter tibi iuro omnes ecclesias et eis omnia pertinentia sicut scriptum est inter me et te et omnia sanctuaria et definiciones et amissiones quas tibi habeo factas, ut ab hac hora et deinceps eas tibi non querelem nec ullus per me vivens nec meo assensum vel voluntate neque tuis cui vel quibus ea vel de eis dabis nisi quantum cum tua mercede de eis acquirere tecum possim tuo gradiente animo sine ulla fortia. Societatem non auré ne tenré nec amiciciam non auré ne tenré cum tuis inimicis aut inimico, inimicas vel inimica, infidelibus vel infidele ad ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum no-t vedaré ne-t contendré de me ipso neque de ullis meis. Tuum consilium aut consilia no descubriré ad

ullum tuum dampnum, me sciente. Seniore[m] nec seniores no[n] faré ni tenré ni afidaré sine tuo solvimento et quem vel quos volueris. Sicut superius scriptum est de te predicto comite, si o⁶ tenré et o[atendré] post te ad tuum filium vel filiam sive ad ipsum vel ipsam cui vel quibus dabis vel dimiseris honorem Bergitani, sive de sacramentis quam de omnibus rebus predictis; et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contentione et sine alio lucro. Et propter hoc quod superius scriptum est, ut hoc tibi et tuis teneam et atendam totum sine tuo vel eorum engan, mito tibi et tuis post te omne fevum vel alodium quod habeo vel habere debeo in pignus in omni honore tuo sine tuo vel eorum engan. Quod si non fecero et ita non atendero sicut prescriptum est, incurrat predictum pignus in potestate tua et tuorum ad faciendum quod volueritis liberamente. Sicut superius scriptum est et melius dici et cogitari⁷ potest ad tuum bonum et tuorum, si t'ó tenré e t'ó[atendré] ego prefatus Berengarius et tuis predictis de ista hora et deinceps, exceptus quantum vel de quanto tu me'n absolvràs vel absolverint, tuo vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia.⁸ Per Deum et hec sancta.

1. *Segueix fui, ratllat, i sum, afegit a la interlínia.* 2. *Segueix Adale, ratllat, i Sancie, afegit a la interlínia.* 3. *t'ó tolr ratllat entre no i mi.* 4. *et de Valle Magna afegit a la interlínia.* 5. *nec societatem repetit.* 6. *o afegida a la interlínia.* 7. *a afegida a la interlínia.* 8. *r afegida a la interlínia.*

394

[1095-1109]

Jurament de fidelitat. *Dalmau Bernat, fill de Ledgarda, jura fidelitat al comte Guillem Jordà I de Cerdanya, especialment pels castells de Madrona, Casserres i Montfalcó el Gros.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 34 (*olim* arm. 13 Cervera, sac A, núm. 73), 255 × 120 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 72.]

C Còpia del segle XIII, incompleta. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 9d.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 557.

Datem pels anys del regiment de Guillem Jordà I de Cerdanya.

Iuro ego Dalmacius Bernardi, filius qui fui Ledgardis¹ femine, quod fidelis ero ad te Guillelmus comite, seniore[m] meum, filius qui sum² Sancia comitissa, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan, per directam fidem. Et de ista

hora et deinceps no-t dedebré te prefatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent; neque de tuis comitatus vel comitatu neque de tuis chastris aut chastellis, rochas vel puios, condirectos vel eremos, terram et honorem, alo-des vel fevos, que prefate comes hodie habes vel habere debes et in antea adquisieris. Et nominatim tibi iuro ipsum chastrum de Madrona et ipsum de Chastro Serras et ipsum de Monte Falcho et omnes fortedas que in eo vel in eis³ modo⁴ sunt aud in antea erunt. No te tolré ni te'n tolré, ni te n'enganaré ni te'n decebré, ni t'o vedaré ni te'n vedaré, ni t'o contendré ni te'n con[ten]dré,⁵ ne consenciens⁶ alicui ad hoc no siré ad ullum tuum ingenium. Et si homo est au[t]⁷ homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent, predicta omnia au[t]⁸ aliquid de predictis omnibus, ego predictus⁹ Bernardus, adiutor te'n siré, tecum et sine te, contra omnes, sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de ipso adiutorio no t'enganaré ni comonir no me'n¹⁰ vedaré per ullum ingenium ad ullam vicem. Et de predictis castellis et eorum fortedis semper potestatem tibi dabo et omnibus tuis quos volueris vel iusseris, sine tuo engan, tam cum forsfactura quam cum¹¹ [fors]factura,¹² per quantes vegades me'n recherràs¹³ o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos¹⁴ missos vel missum. Et¹⁵ predicta omnia ero tibi adiutor a tener et ad aver et a defendre et gerregar semper, sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherràs o me'n comonràs per te ipsum vel per tuos missos vel missum, tecum et sine te. Tuum consilium aut consilia no-t descubriré ad ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticia neque directum no-t vedaré ne-t contendré neque de me ipso nec meis.¹⁶ Sicut predictum est de te prefato comite post te si o tendré et o atendré ad tuum filium vel filiam au[t]¹⁷ cui vel quibus dimisseris Bergitanum dictis vel testamento, de sacramentis et hominaticis, et quod tuam manum o prendré sine tuo engan sicut per te habeo factum et o tendré. Et hoc faciam infra primos LX dies quibus [mor]tuis¹⁸ fueris et ego hoc sciero, sine mala contencione et sine alio lucro.

Sicut superius scriptum est si t'o tenré et o atendré ad te Guillelmum iamdictum et ad te predictos post te, exceptus quantum vel de quanto¹⁹ tu²⁰ me'n absolv[e]ràs²¹ vel illi post te, tuo vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia. Per Deum et hec sancta.

1. Primera d corregeix g; Legardis C. 2. En lloc d'est; est C. 3. e afegida a la interlínia. 4. Les dues o afegides a la interlínia. 5. Manca; contendré C. 6. nec

sensciens C. 7. Manca. 8. Manca. 9. u volada, corregeix i, sense cancel·lar.
 10. Segueix lexaré, mal esborrat. 11. En lloc de sine; cum C. 12. Manca. forsactura
 C. 13. rechearràs al text; recherràs C. 14. C acaba aquí. 15. Segueix et,
 raspat. 16. Segueix Sicut predictum, ratllat. 17. Manca. 18. Manca. 19. En
 lloc de cuanto. 20. Segueix e, mal esborrada. 21. Manca.

395

[1095-1109]

Jurament de fidelitat. *Galceran de Pinós, fill de Sicarda, jura fidelitat al comte Guillem Jordà I de Cerdanya, especialment pels castells de Pinós, Espà, Gósol, Salses, el Quer Foradat i Vallmanya.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 45, 390 × 130 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 35 (*olim* arm. 10 Manresa, sac P, núm. 286), 305 × 230 mm. Bon estat de conservació.
- C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 58.]
- D. Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 4b-c.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 538.

Datem pels anys del regiment del comte Guillem Jordà I de Cerdanya.

Iuro ego Gaucerandus, filius qui fui Sicardis femine, quod de ista hora in antea fidelis ero ad te Guillelmum comitem, filius qui es Sancie comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et ab hac hora¹ et deinceps ego predictus Gaucerandus no dezebré te predictum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent; neque de tuis kastris aut kastellis,² rochas vel puios, condirectos vel heremos, terram et honorem, alodes vel fevos, comitatos vel comitatu, quod hodie habes et habere debes et in antea adquisieris. Et nominatim tibi iuro ipsos kastellos³ quos teneo de te, id sunt Pinos et Espada⁴ et Gosal et Salices et Cher Foradat et Valle Magnam et omnes fortedas que in eis modo sunt aut in antea erunt. No t·o⁵ tolré ni te'n tolré, ni t'o vedaré ni te'n vedaré, ni t'o contendré ni te'n contendré, ni te n'engannaré ni te'n dezebré, nec ego prefatus Gaucerandus nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel femine, que tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de iamdictis omnibus, ego predictus Gaucerandus de illa hora in antea finem nec societatem non auré ne tenré cum illo vel cum illis, cum illa vel cum illas, ad illorum ullum bonum nec ad ullum tuum damp-

num, donec tu recuperatum habeas hoc totum quod perdideris de iamdictis omnibus, sine tuo engan. Et predictos kastellos⁶ et omnes eorum fortedas quas per te teneo et tenere debeo et tenuero no-t vedaré ne-ls te vedaré, nec ego nec ullus vivens meo assensu, sed poderós te'n faré et delibere los te liuraré e liurar-los te faré tue voluntati et tibi eos liberabo et omnibus illis quibus iusseris vel vuleris sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras per te ipsum vel per tuos missos vel missum, tam cum tua forsfactura quam sine forsfactura. Et adiutor te seré predicta omnia a tener et ad aver et a defendre et a guerregar⁷ contra omnes homines vel feminas, sine tuo engan, per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras te ipso vel alio. [Et de ipso adiutorio no t'engannaré ne comonir no me'n vedaré ullo ingenio per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras te ipso vel alio]⁸ tuo. Et potentialiter tibi adiutor ero contra omnes homines vel feminas sine tuo engan. Societatem non auré ne tenré cum tuis inimicis aut inimico, inimicas vel inimica, infidelibus vel infidele, ad ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum no-t vedaré ne-t contendré⁹ ullo ingenio de me ipso neque de ullis meis. Seniores nec seniores no faré ni tenré ni affidaré, et si fait l'e, no-l tenré sine tuo solvamento¹⁰ et consilio. Tuum consilium aut consilia no descubriré ad ullum tuum damnum, me sciente.

Sicut superius scriptum est de te comes, si o tenré et o atendré ad tuum filium vel filiam sive ad illum vel illam cui vel quibus dimiseris tuum honorem dictis vel testamento, quod habeas post mortem tuam; et per suam¹¹ vel eorum manum o prendré et manibus ad illum vel illam m'encomannaré et tale sacramenta¹² le'n juraré¹³ quale hodie iuro ad te. Et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contentione et sine alio lucro.

Sicut prescriptum est, ego prefatus Gaucerandus si o tenré et o atendré totum ad te prefatum comitem, sine tuo engan, et post te ad prenomatos tuos successores, exceptus quantum vel de quanto tu vel post te tui me'n absolv[e]reds,¹⁴ tuo vel eorum gradiente animo, sine forcia. Per Deum et¹⁵ hec sancta sanctorum. Amen.

1. Et ab hora B. 2. ckastris aut castellis B. 3. ckastellos B. 4. Espadan B. 5. No no B. 6. castellos B. 7. *La darrera r corregeix* s. 8. [Et de ipso adiutorio ... te ipso vel alio] omet D. 9. contenre B. 10. solvamento B. 11. suum B. 12. sacramentum B i D. 13. faré B. 14. *Manca*; absolverds B. 15. et *repetit*.

[1107-1109]

Jurament de fidelitat. *Pere Ramon, fill d'Adelaida, jura fidelitat a Bernat II, comte de Besalú, fill d'Estefania, pels castells de Sant Martí de Tous, Miralles i Queralt, així com defensar-lo contra tothom excepte contra el comte Guillem Jordà de Cerdanya i el seu fill Bernat Guillem.*

A ACA, Cancelleria, perg. Berenguer Ramon II, carp. 26, núm. 92 (*olim* arm. 3 Lleida, sac P, núm. 300), 94 × 220 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del casament de Bernat II amb la néta del Cid, que li portava com a dot el comtat d'Osona, i per l'any de la mort de Guillem Jordà.

Iuro ego Petrus Raimundi, filius qui fui Adalaidis femine, tibi domne Bernarde comiti,¹ filius qui fuisti Stephane comitisse, quod ab hac ora et deinceps quandiu vixero, per directam fidem sine engan, fidelis ero tibi de omni vita tua et de omnibus membris tuis que in corpore tuo se tenent; et de omni honore tuo quem hodie ubique terrarum habes vel in antea adquisieris. Et adiuvabo te contra omnes homines vel feminas qui voluerint tibi tollere honorem tuum vel aliquid de predicto honore, exceptus² de Guilelmo Iordanis vel de Bernardo Guilelmi, senioribus meis. Insuper iuro tibi quod ero tibi fidelis de ipso castro Sancti Martini et de castro Miralles et de castro Ceralto que modo ibi sunt vel in antea melius erunt; et de omnibus illorum pertinentiis et terminis et affrontacionibus que³ modo accepi per manum tuam quodc[umque modo].⁴ Quod dabo tibi potestatem de predictis castris quocienscumque requisieris me inde per te aut per tuos nuntios vel nuntium; et non vetabo me inde videri, sed ero tibi fidelis quamdiu vixero et de prenomatis castris et honore et de omnibus in quibus homo debet esse fidelis suo meliori seniori.

Sicut superius scriptum est, sic tenebo et attendam tibi ex toto quamdiu vixero, per fidem rectam, sine engan. Per Deum et hec sancta.

1. it *corregeix* es. 2. La primera e *corregeix* l. 3. u *corregeix* d. 4. Manca. *Segueix un espai de 90 mm, en blanc.*

1110, gener, 19

Contracte d'esposalles. *Gausbert i la seva muller Sicarda donen les seves filles en matrimoni als germans Guillem Ramon i Dalmau*

Ramon i els cedeixen tots llurs béns; és a dir, el castell de Creixell amb tots els seus alous, amb l'excepció dels alous prèviament donats a l'església de Santa Maria de Lledó, de l'esponsalici de Sicarda i de l'alou que aquesta havia rebut dels seus pares.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 124 (*olim arm.* 4 Girona, sac M, núm. 592), 210 × 130 mm. Carta partida pel mot *Cirographum*, pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Sub trino Dei omnipotentis nomine. Ego Gaucbertus et uxor mea Sicards donatores sumus vobis Guielmo Raimundi et Dalmatio Raimu[n]di,¹ qui sunt vocitati filii Raimundi Poncii de Malan, filias nostras ad uxores et omnes nostros honores, id est ipsum kastrum de Crexel cum omnes alodios quos habemus, exceptus ipsos alodios qui sunt dati ecclesie Sancte Marie Letonis per scripturis aud per aliis donationibus, et fevuos et baiulias et omnes nostros assentimentos quantum² nos habemus et homines tenent per nos, exceptus esposalitium et donationem quam ego Gaucbertus dedi uxori mee iamdicte Sicards ut teneat eum omnibus diebus vite sue. Et ego Sicards retineo ipsum alodium qui advenit michi per genitoribus meis ad meam voluntatem. Sicut superius scriptum est, hec omnia predicta sic tradimus in vestra potestate, exceptis retenuitionibus qui superius sunt scripti, ut habeatis et possideatis vos et filii et filie vestre qui erunt procreati ex vos et illas, et est manifestum. Si quis³ hoc irrumpere temptaverit, nil valeat.


Facta hec scriptura donationis X⁰⁴ IIII kalendas febroarii, anno II regni Ledovici regis.

Sig+num Gaucberti Adalberti, Sig+num Sicardis uxoris eius, qui hanc donacionem fecimus, laudamus⁵ et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Guielmi Ponci. Sig+num Guielmi Bertrandi. Sig+num Berengarii Arnalli.⁶ Sig+num Karbonel. Sig+num Petri Ermengaudi. Sig+num Petri Adalberti de Kabaneles. Sig+num Raimundi Arnau. Sig+num Arnalli Guielmi.

Olivarius presbiter, qui hec scriptura donationis scripsi et sub (*senyal*) die annoque prefixo.

1. Manca. 2. qauntum al text. 3. quiis al text. 4. X^o afegit a la interlínia. 5. La primera u afegida a la interlínia. 6. La r afegida a la interlínia.



[1098-1100], febrer, 19

Testament. *Valença de Tost, vídua del comte Ramon V de Pallars Jus-sà, atorga testament. Fa deixes a diverses esglésies i monestirs, ordena que es compleixi el testament del comte i deixa l'honor paterna, que té al comtat d'Urgell, al seu fill Arnau i, si aquest mor sense fills, a l'altre fill seu Bernat.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 16 (*olim* arm. 30 Testaments reials, sac R, núm. 88), 540 × 170 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 49a-c.
- C Còpia de principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 16 dupl., 300 × 215 mm. Bon estat de conservació.
- a LLEDÓS, *Història de Tremp*, pp. 563-564.
- b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 142.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 626.

Datem entre l'any de la mort del comte Ramon V i l'any estimat de la mort de Valença de Tost.

In¹ Dei nomine. Ego Valentia comitissa, facibus onerata peccatrix, timeo eventum vicine mortis, sana tamen mentis et sospes corpore, omnes res meas specialiter considero et qualiter post mortem meam me presente et ditante in hac pagina scribere iussi. Et ideo iubeo atque discerno ut manumissores² mei sint domno filio meo Petro comite et domnus Bernardus et Ramon Guirbert. Cuius³ his iubeo et, per fiduciam quam in eis abeo, moneo et obsecro ut si mors michi advenerit antequam alium testamentum faciam, potestatem abeant⁴ apprehendere omne meum avere mobile post meum obitum ad distribuere pro mea anima quomodo subsequenti inve[ne]rint⁵ scriptum et pro anima seniore meo comite, cui sit requ[i]es,⁶ insuper faciant. Isti manumissores faciant quatuor partes de meum avere et una pars sit de ipsa ecclesia ubi corpus meum fuerit sepultus; et alia sit data per nostras ecclesias ad Sancta Maria de Limignana et ad Sancta Maria de Tremp et ad Sancta Maria de Mur, ad Sancta Maria de Castel Sancti et ad Sancta Maria de Montagana et ad Sancto Martino⁷ de Arinio; et alia parte sit per captivos et per pontes; et illa quarta parte ad presbiteris et pauperis. Antequam sit divisum ipsum meum avere, sic donent ad Sanctum Petrum Rome XVII uncias de auro de Iacca; et X untias ad Sancta Maria de illo Pugo. Et est meum mobile auro et argento et trapos et pane et vino et vasa ferrea, herea et lignæa.⁸ Et illas cubas qui sunt in illa onore

de Petro comite abeat illa medietate, alia pro anima de domno comite et domna comitissa; similiter de Arnallo; de Bernardo, similiter dividant illo pane et illo vino. Et ad Sancta Maria de Mur remaneat ipso sex[t]o⁹ et I omine¹⁰ prenominato Domeneg de illa Cadolla et ipsa decima que nosprehendimus de ipsos orios et I calite argenteo et decima de totos censos et servicios que donant ipsi omnes¹¹ de Mur a comite, que sic mandavit ipso comite. Et si suo corpus de illo comite remanet in Muro, dono atque concedo ad Deo et Sancta Maria illa ornamenta que facio et ipsa villa de Pug Fidel apud illos omnes¹² et apud ipsas condaminas et ipsas decimas,¹³ ipsas¹⁴ fracezas cum suis censibus et tributis vel cum suis serviciis que faciant ad Deo et Sancta Maria. Et I omine¹⁵ in Arinio nomine Oriolf et alio omine¹⁶ in Montagana nomine Bernard Ugbert, alio in Castel¹⁷ Sancti ad laudamento de Petro comite, alio in Limingana nomine Guillem Oriol in illa Ribera, alio in Talarn, uno de suos meliores filios de Altemir apud sua ereditate. Et istos omnes¹⁸ apud quantum abent¹⁹ et amplius abuerint,²⁰ sic siant²¹ de Sancta Maria et clericis servienti²² illis. Et si corpus de seniore meum fuerit²³ translatum ad Sancte Marie de Trempi, ipsa villa de Pug Fidel et illos omnes²⁴ et ipsa ornamenta, quomodo superius scriptum est, remaneat ad Sancta Maria de Trempi, extra illo calite et hoc quod abeo²⁵ dimissum ad Sancte Maria de Muro. Ad Sanctum Martinum de Ari[ni]o²⁶ illas vineas qui fuerunt de Berells.

Et si de²⁷ me minusvenerit, dimitto ad filia mea illa sexta parte de ipsa parrochia que abeo in Arinio in dominico in sua vita, et [post eam]²⁸ sit de Petro comite. Illa onore, kastos, terris, vineis sit quomodo senior meus²⁹ comes dimisit, cui sit requies, sive in Urgello vel in Palliaris. Et ipsa onore de Urgello quem pater meus michi³⁰ laxavit, si de Arnallo minusevenerit sine filio de legali coniugio, remaneat a Bernardo filio meo ab integrum³¹ in servitio de comite Urgello. Insuper meos mulos et meas equas et vacas et oves sic dividant in quatuor partes et sint donata per³² mea anima quomodo superius scriptum est.

Si+gnum Valentia comitissa.

Si+gnum Petro comite. Si+gnum Bernard Ramon. Si+gnum Ramon Guirbert.

Petrus levita rogatus scripsit XII kalendas marci sub die [et]³³ anno quo (*senyal*) supra.

1. C comença: Hoc est translatum fideliter translata quod ita se continet.
2. La primera s afegida a la interlínia. 3. En lloc de Quibus al text; Quibus B i C.
4. habeant B i C. 5. Manca; inverint C. 6. Manca; requies B i C. 7. Sanc-

ta Maria B i C. 8. lignea B i C. 9. Manca; sexo B i C. 10. homine B. 11. homines B i C. 12. homines B i C. 13. cimas *afegit a la interlínia*. 14. et ipsas B i C. 15. Et homine B. 16. homine B i C. 17. Castro B i C. 18. homines B i C. 19. habent B i C. 20. habuerint B i C. 21. fiat B i C. 22. servientis C. 23. rit *afegit a la interlínia*. 24. homines B. 25. habeo B i C. 26. Manca; Ario B i C. 27. de *afegit a la interlínia*. 28. *Espai d'aproximadament vuit lletres, il·legible a causa d'un forat; restituïm a partir de B i C.* 29. meus *expressat en el text per mms amb la línia volada per indicar l'abreviatura.* 30. mihi B i C. 31. ab in integrum C. 32. pro B i C. 33. Manca.

399

1110, abril, 27

Establiment. *Ermenard Orseta dóna a Pere de Montpaó i a la seva muller Adelaida un alou al terme de Cervera, al lloc anomenat Quadrells, amb la condició que li lliurin una quarta part de la collita i, si hi planten vinya, una tercera part del vi; pagaments que a la seva mort hauran de satisfer al seu nét Berenguer Bernat. Si aquest mor sense descendència, Pere, Adelaida i llurs descendents podran gaudir de la terra en plena propietat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 126 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 557), 180 × 260 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Ermeniards Orseta donator sum vobis Pere de Monte Paoni et coniux sue Adalet. Per hanc scriptura donacionis mee dono vobis pecia una de alaudio qui michi advenid per aprisione aut per parentorum aut per ullasque voces. Et est hec omnia in comitatum Minorisa, in termine Cervarie, in loco qui dicitur Quadrels, prope carrera¹ qui vadit ad Castelnou. Et sic dono vobis ipso alaudio per laboracione et abeatis vos per vestra laboracione tres partes et ego Ermeniards in vita mea ipso quart de ipsos explets que Deus dederit. Et si plantaverit vinea in ipso alaudio, donet ipsa tercia parte ad me in vita mea et ille et suis abeant duas partes, et post obitum de me Ermeniards donet Pere et suis meos directos de pane et vino qui de ipso alaudio exierit ad meo nét Berenguer Bernad. Et abet affrontaciones ipso alaudio de oriente in carrera publica, de meridie in alaudio de Guillem Giscafne et de Arnall Ramon, de occiduo in vineas de Guillem Compan, circi vero parte in alaudio de Oromir. Quantum inter istas affrontaciones includunt et istis terminis continent, sic dono vobis quomodo est suprascriptum ad vos et ad vestris per totum tempus. Et si abuerit Ermeniards nec suo nét Berenguer Bernad venale nec impignorare voluerit, ad Pere et ad suis vendat

nec ingaudiat Et si Pere et suis vindere nec ingaudiare² vo[l]uerit³ suos directos, faciat ad Ermeniards et ad suo neto. Et post obitum de neto meo Berenguer, si infante non abuerit de coniugii, remaneat ipso alaudio ad Pere et ad suis ad proprium alaudem.⁴

Facta ista carta V kalendas madii, anno II regnante Ledovico rege.

Sig+num Ermeniards, qui hoc mandavi scribere et firmavi et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Berenguer Bernad, neto meo. Sig+num Pere Ramon de Monte Paoni.⁵

Sig+num Ramon de Ermetruit, Sig+num Ramon Gilabert, isti sunt testes, visores et auditores. Sig+num Guillem Compan.

Ra[i]mundus sacer, qui hoc scripsit, cum literas dampnatas in linea XVIII, die et anno quo sup(senyal)pra.⁶

1. *La primera r afegida a la interlínia.* 2. *inguadiare al text.* 3. *Manca.*
4. *Segueix Actum est hoc, sense cancel·lar.* 5. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar, i Ramon dez Portui, ratllat.* 6. *suprp(senyal)pra al text.*

400

1110, abril, 27

Venda. *Emmo i els seus fills Bernat, Ramon, Guitard, Pere, Guerau i Berenguer venen a Bernat Guifard i a la seva muller Ermessenda un alou a Sant Just Desvern, al lloc anomenat Suriba, pel preu de cinc morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 127 (*olim* arm. Montblanc, sac Maria, núm. 1050), 130 × 285 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 252 i 588.

In Dei nomine. Ego Em femina et filio meo Bernard et Remon et Gitard et Gerall et Berengarii,¹ nos simul in unum vinditores sumus tibi Bernardus Guifar et uxori tue Ermesen. Per hanc scripturam istius nostre vendicionis vindimus vobis aloudem nostrum simul cum vineas qui ibi sunt et arboribus de diversis generis et mansiones qui ibi sunt, et est nostrum proprium, quod abemus in territorio Barchinonensi, in termine de Vercio, in locum vocitatum Suriba. Advenit nobis hec omnia per ienitores et per comparacione et per X^m vel per ullasque voces. Abet² autem terminum prefatum alodium a parte horientis in alodio de Guillem Raimundi,³ a meridie in alodio de Roellandi Bermundi et de Gerallus Guitardi, a circio in rriera, ab hocciduo in alodio de Gerallus Gitardi. Quantum predicti

termini conclu[n]t⁴ vobis ad integr[um] vindimus et de nostro iure in vestrum dominium et potestatem ad integrum tradimus, cum exiis e[t]⁵ regressiis eius, ut faciatis exinde quodcumque vobis placuerit ad vestrum plenissimum proprium. Accepimus namque ad vos precium propter prefatum alodium morabetinos V, quos vos emtores precium nobis donastis et nos vendentes manibus nostris accepimus nichilque ex predicto precio aput vos non remansit. Et est manifestum. Si enim nos vendentes aut aliquis omo utriusque sexus vendicionem hanc disrumpere voluer[i]mus⁶ aut voluerit, nil prosit, sed componat aut componamus vobis in duplum cum sua melioracione. Et postmodum hoc maneat firmum.

Quod est factum V kalendas mai, anno II regni regis Leudovigo.

Signum+ Em femina, Signum+ Bernardi, filio meo, Signum+ Raimundi, filio meo, Signum+ Gitardi, filio meo, Signum+ Petro, filio m[e]o,⁷ Signum+ Gerallo, filio meo, Signum+ Berengario, filio meo, nos qui ista carta vindicionem fecimus et firmavimus et firmare rogavimus.

Signum+ Gerallus Guitardi. Signum+ Guilelmi Raimundi. Signum+ Arbertus Dominico.

Signum+ Guilelmi presbiter,⁸ qui hoc scripsit et subscripsit, cum litera[s]⁹ rasas in linea V et emendatas, die et anno quo supra.

1. Beerengarii *al text.* 2. *et afegit a la interlínia.* 3. Guillem R *escrit a sobre d'una raspadura.* 4. *Manca.* 5. *Manca.* 6. *Manca.* 7. *Manca.* 8. *presbiter monograma.* 9. *Manca.*

401

1110, juliol. Ejea de los Caballeros

Carta de franqueses. *Alfons I, rei d'Aragó, confirma la carta de franqueses que havia concedit a Ejea de los Caballeros i hi afegeix la relació dels seus termes.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XII. Archivo Histórico de Ejea, A.4.7 (*olim* caixa 11, núm. 1) 238 × 214 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques.

C Trasllat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 3 (*olim* arm. 19 Osca, sac O, núm. 152), 245 × 320 mm. Bon estat de conservació.

D Còpia de principis del segle XIV. ACA, Cancelleria, reg. 202, f. 138.

E Còpia de 1399. ACA, Cancelleria, reg. 2193, f. 20r-v.

F Còpia del segle XVIII. Madrid. Biblioteca Nacional, segons referència de Muñoz.

a MUÑOZ, *Colección*, pp. 299-300.

b LACARRA, *Documentos* (2), doc. 40.

c LEMA, *Colección diplomática*, doc. 42.

d LEDESMA, *Cartas de población*, doc. 25.

Hem fet la transcripció a partir de l'exemplar C.

In Dei nomine et eius divina clementia, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Adefonsus, Dei gratia imperator, fatio hanc cartam donationis et confirmationis vobis populatores de Exeya, qui estis vel qui de ista ora in antea veneritis ibi populare, de omnibus terminis vestris de Barcaona usque ad Castellon, de Baldeiassa et de illo Castellon usque ad Sentia, et de Sentia usque ad illo fraxino de rio de Ores, et de fraxino de rio de Ores usque ad illo fraxino de rio de Aonna, et de Aonna usque ad Arripa Roya, et de Ripa Roya usque a la capeça de Aquissillo. Et similiter illa Bardena tota usque ad Barcahona quomodo aqua vertitur. Et illa Tor de Escoron non habet nisi VII iuvas, toto alio termino ab integro de Exeya. Similiter illa Tor de Canals, VI iuvas. Et illa Tor de Anniassa, III^{or}, toto alio de Exeya. Et illa Tor Longa, II^{as} iuvas. Et Fraxinitiello, III^{es}, alio termino de Exeya. Alio Fraxinet de Super, V iuvas. Almalel, II^{as} iuvas, toto alio de Exeya. Et illa Tor de Sentia, III^{es}. Et illa Tor de Arripas, III^{or}, toto alio de Exeya. Et in Gorreya, II^{as} iuvas, toto alio de Exeya. Et illo¹ Bayo X iuvas, toto alio de Exeya. Et totos alios terminos suprascriptos dono et confirmo vobis ut unusquisque sedendo in Exeya scaliatis in guerra aud in alio tempus, quod abeatis sic quomodo illa alia hereditate habetis, foras de illas torres, toto illo alio dono et confirmo vobis ut abeatis et possideatis vos et filii vestri et omnis posteritas vestra francum et ingenuum et liberum, ad vestram propriam hereditatem per facere inde vestra voluntate vos et filii vestri et omnis posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cucta. Amen.

Signum [...]² Adefonsi.

Facta carta ista ingenuitatis [era M C XLVIII]³ in mense iulio, in villa que dicitur Exeya supra nominata. Regnante Domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio ego Adefonsus in Aragone et in Pampilona et in Super Arvi et in Ripa Corza et in Castella. Episcopus Stephanus in Osca. Episcopus Petrus in Irunia. Don Remiro in Monteson et in Boyll. Don Calbet in Eleson et in Abinzalla. Senior Enneco Sanz in Calasanz. Fortungo lohannes et Galin lohannes in Thamareto et in Alchezar. Pere Petit in Loarre et in Boleya. Castague in Biel et in Chalamera.

Ego autem [Sancius]⁴ sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et,⁵ de manu mea hoc signum [...]⁶ feci.⁷

1. et in illo D. 2. *Espai en blanc d'aproximadament set lletres per posar el senyal del rei.* 3. *Espai d'aproximadament dinou lletres, raspat, que restituïm segons B; M^a C^a XVIII^a D. Aquest error en la data, en l'exemplar D, és a causa d'una mala lectura del número quaranta expressat com X^L, forma característica d'aquest número en escriptura visigòtica, que coneixem com «x virgulada».* 4. *Espai d'aproximadament set lletres, raspat, que restituïm segons B.* 5. *Segueix un espai d'aproximadament tres lletres, il·legible a causa d'una taca de tinta.* 6. *Espai en blanc d'aproximadament set lletres, per posar el senyal de l'escrivà.* 7. *C acaba: Hec est translatum fideliter factum.*

402

1110, setembre, 26

Convinença. *Guislabert II Udalard, vescomte de Barcelona, promet fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, pel Castell Vell, anomenat vescomtal, i pel Castell Nou de Barcelona. El comte dóna en feu a Guislabert el castell i el vescomtat de Barcelona en les mateixes condicions que el tingueren els seus avantpassats. Guislabert es compromet a donar potestat al comte pel castell i a no reclamar per ell altres censos i usatges que els que el comte Ramon Borrell havia atorgat al seu besavi.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 132 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 340), 470 × 260 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 351.]
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 339.
 b RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 158.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 161. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — ALTURO, *Diplomatari de Polinyà*, p. 46 i regest a l'apèndix núm. 77. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 221, 226. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 112.

Hec est conveniencia quam facit Gelabertus Udalardi domno Raimundo comiti. Convenit enim ei iamdictus Gelabertus quod ab hac hora et deinceps fideliter et sinceriter et sine engan adiutor erit iamdicto comiti ad tenere et ad habere et defendere contra cunctos homines vel feminas ipsam civitatem quam dicunt Barchinonam et ipsum Castrum Vetulum quod ibi est super unam portam civitatis, quod dicitur vicecomitale, et alterum castrum similiter quod super alteram portam civitatis, quod vocatur Castrum Novum, cum omnibus aliis edificiiis que in predicta civitate sunt aut erunt, et ipsum episcopatum Sanctę Crucis et Sanctę Eulalię cum suis pertinentiis omnibus et ipsum comitatum quem dicunt Barchinonensem cum omnibus abbaciis et castris et castellis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, et cum omnibus podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt, et ipsam civitatem quam dicunt Gerundam cum

ipso comitatu quem dicunt Gerondensem et cum ipso episcopatu Sanctę Marię cum illorum castris, abbaciis, terminis et pertinenciis omnibus. Et ipsam civitatem quam dicunt Minorisam et ipsum comitatum quem dicunt Ausonam cum ipso episcopatu Sancti Petri, cum omnibus illorum castris, abbaciis, terminis et pertinenciis omnibus. Item convenit iamdictus Gelabertus iamdicto comiti ut obtime teneat et attendat ad eum et illius filios post mortem¹ iamdicti comitis ipsam fidelitatem et sacramentum sicut est scriptum in ipsos sacramentales quos predictus Gelabertus iuravit ad eos. Item convenit iamdictus Gelabertus comiti predicto ut adiutor sit ei ad tenere et ad habere et ad gerregare et ad defendere ipsas parias de Hispania et ipsa castra aut castella, alodia aut fevos, terras et honores quos prescriptus comes hodie habet et adhuc adquisiturus est, Deo dante. Item convenit iamdictus Gelabertus iamdicto comiti quod non eum dezebrà de ipso Castro Vetulo vicecomitale de Barchinona, quod est super ipsam portam, set potestativum eum farà de predicto castro per quantas vices requisierit illud ad eum per se ipsum aut per suos missos vel missum, et istam fidelitatem et potestatem de predicto Castro Vetulo vicecomitale de Barchinona similiter attendet ad filios predicti comitis post illius mortem, sicut est scriptum in ipsos sacramentales quos predictus Gelabertus iuravit iamdicto comiti. Item convenit iamdictus Gelabertus predicto comiti ut mittat castellanum in predicto Castro Vetulo de Barchinona vicecomitale cum voluntate et consilio predicti comitis vel de illo filio illius qui tenuerit Barchinonam post illius mortem. Et si ille castellanus obierit aut aliquo modo perdidit iamdictum castrum vicecomitalem, convenit predictus Gelabertus iamdicto comiti ut similiter mittat ibi alium castellanum, alium vel alios, cum consilio et voluntate eius vel de illo filio eius qui tenuerit Barchinonam post illius mortem. Et istam convenienciam de castellanis de predicto castro omni tempore attendat eam predictus Gelabertus sine engan ad iamdictum comitem vel illius filium qui tenuerit Barchinonam post illius mortem. Et convenit item predictus Gelabertus ut commendet ipsum castellanum quem ibi miserit ad comitem et ut ipse castellanus iuret fidelitatem iamdicto comiti et ut non vetet ei vel illius filiis post obitum illius sicut comes eis dubitaverit² potestatem de predicto castro. Et predictus Gelabertus convenit iamdicto comiti ut non retineat censum vel usaticum aliud in predicto castro nisi qualis fuit in vita Raimundi Borrelli comitis et proavi iamdicti Gelaberti, et si fuerit ibi alius census vel usaticus eiciat eum inde predictus Gelabertus. Si vero

predictus Gelabertus non tenuerit et non attenderit predicto comiti predictam convenienciam et prescripta sacramenta vel fidelitates aut si ipse Gelabertus vel sui castellani predicto comiti vel illius hominibus aliquod malum fecerint infra primos sexaginta dies postquam³ commonitus fuerit predictus Gelabertus a predicto comite vel illius misso vel missis, per nomen aut in nomine de ista convenienciam vel de predictis sacramentis, predictus Gelabertus habeat redirectum illud malum qualecumque fuerit iamdicto comiti infra primos sexaginta dies postquam ipse inde commonitus fuerit, et si comes voluerit accipere ipsam emendam a predicto Gelaberto vel suis hominibus, accipiat eam. Si vero noluerit eam accipere, perdonet hanc iamdicto Gelaberto vel suis hominibus secundum mercedem illius. Si ergo prescriptus Gelabertus non attenderit prescriptam convenienciam et prescriptos sacramentales iamdicto comiti vel si non fecerit ipsam emendam si comes recipere voluerit postquam inde commonitus fuerit, sicut superius scriptum est, aut si predictus comes non fecerit ei perdonamentum de ipsa malefacta, prescriptis sexaginta diebus transactis, suprascriptum Castrum Vetulum de Barchinona vicecomitale sit adapertum cum omni suo honore in potestate comitis predicti sine marrimento vel rancura iamdicti Gelaberti et donum quod prescriptus comes fecit ad Gelabertum de iamdicto castro cum suo honore in nichil stet ad predictum Gelabertum. Et predictus Gelabertus similiter facit predictam convenienciam comitisse quam predictus comes habebit in uxorem et ipsi filio iamdicti comitis qui tenuerit Barchinonam post mortem predicti comitis; et hoc totum facit predictus Gelabertus sine engan. Et predictus comes super predictas conveniencias commendat predictum Castrum Vetulum vicecomitale iamdicto Gelaberto et donat ei per fevum ipsum vicecomitatum de Barchinona et ipsum fevum de iamdicto castro, sicut avus et proavus iamdicti Gelaberti ipsum fevum tenuit per comitem. Si vero comes predictus non habebit uxorem nec filium nec filiam de uxore post obitum predicti comitis, hanc eandem convenienciam attendet Gelabertus illi cui comes dimiserit post obitum suum Barchinonam in testamento suo vel in verbis suis.

Acta est convenienciam VI kalendas octobris III^o anno regni Ludovici regis.

Hanc convenienciam facit predictus Gelabertus et manu propria signum fecit firmans convenienciam +.

+ Iordani. Signum+ Guillelmi Raimundi de Sancto Men[ato]⁴
Signum+ Berengarii de Charalit. Signum+ Guillelmi Reinardi. Sig-

num+ Bernardi Guillelmi de Lucano. Signum+ Raimundi Mironis Tort. Signum+ Ricardi de Barchinona. Signum+ Raimundi Poncii. Signum+ Guillelmi Bonefilii de Sancta Columba.

+ Renaldi, gramatici barchinonensis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. post mortem *afegit a la interlínia.* 2. *debitaverit al text.* 3. *postque al text.* 4. *Il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta.*

403

1110, setembre, 26

Jurament de fidelitat. *Guislabert II, vescomte de Barcelona, fill de Guilla de Lluçà, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 131 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 321), 310 × 220 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 353.]
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 340.
 b RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 159.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — KOSTO, *Making agreements*, p. 221, 226. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 64. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 113.

Iuro ego Gelabertus, qui fui filius Guilię feminę, tibi seniori meo domno Raimundo comiti, qui fuisti filius Mahaldis comitisę, quod ab hac hora et deinceps fidelis ero tibi sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione, sicut homo debet esse fidelis ad seniore[m] suum cui manibus se commendat. Et ego predictus Gelabertus non dezebrei te prescriptum Raimundum, seniore[m] meum, de tua vita neque de tuis menbris¹ quę in corpus tuus se tenent neque de omni terrestri honore neque de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem neque de ipso episcopatu Sanctę Crucis Sanctęque Eulalię, cum suis terminis et pertinenciis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis, rochas aut puos condirectos aut discondirectos qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, neque de ipsis abbaciis² cum illarum terminis et pertinenciis omnibus que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, neque de ipso castro quod dicunt Olerda neque de ipso comitatu quem dicunt Penitensem neque de ipsis castris aut castellis, rochas aut podios condirectos vel discondirectos qui in predicto comitatu sunt aut erunt, neque de ipsa civitate quę dicitur Minorisa neque

de ipso comitatu qui dicitur Ausona neque de ipso episcopatu Sancti Petri de Vico neque de ipsis castris aut castellis, rochas aut puos condirectos vel discondirectos qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt, neque de ipsa civitate quam dicunt Gerondam neque de ipso episcopatu Sanctę Marię neque de ipso castro de Gerondella neque de ipsos castros aut castellos, rochas aut puos condirectos vel discondirectos qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt, neque de ipsis abbaciis cum illarum terminis et pertinentiis omnibus quę in predictis comitatibus vel episcopatibus sunt aut erunt, neque de ipsos castros aut castellos, alodios aut fevos, terras et honores quos tu, prescripte comes, hodie habes aut in antea acaptaràs,³ dante Deo, neque de ipsas parias de Hispania quas hodie habes et convente sunt tibi ad dare et adhuc adquisiturus es, Deo dante. Et ego predictus Gelabertus predicta omnia no la-t tolré ne te'n tolrei, nec ego nec homo vel femina per meum consilium neque per meum ingenium, sed adiutor ero tibi ad tenere et ad habere et ad defendere iamdicta omnia contra cunctos homines vel hominem, feminas vel feminam, qui iamdicta omnia tulerint tibi aut aliquid de iamdictis omnibus vel inde tolre voluerint tibi. Et hoc adiutorium sine tuo engan lo farei et commonir no me vederei,⁴ et ipse nuncius qui me inde commonuerit regardum non habebit ibi. Et ego predictus Gelabertus non dezebrei te predictum Reimundum, senioremeum, de ipso Castro Vetulo Vicecomitale de Barchinona, quod est super ipsam portam, sed potestativum te inde farei⁵ per quantas vices illud requisieris ad me per te vel per tuos missos vel per missum, et commonir non me'n vedarei et hoc totum faciam sine engan. Sicut superius scriptum est, ego iamdictus Gelabertus si o tenrei et o atendrei ad te prescriptum senioremeum Reimundum sine tuo engan dum vivus fueris predicte Reimunde, senior meus, et ad comitissam quam habebis in uxorem tu predicte comes et ad filium tuum qui tenuerit⁶ Barchinonam post mortem tuam. Si vero non habueris filium nec filiam de uxore nec uxorem post obitum tuum, similiter attendam ad illum cui tu dimiseris Barchinonam in tuo testamento vel in tuis verbis. Per Deum et hec sancta.

Factum est hoc sacramentale VI kalendas octobris, anno III^o regni Ludovici regis, die et anno quo supra.

1. *En lloc de* membris. 2. *Segueix* aut que, *ratllat*. 3. *p afegida a la interlínia*. 4. *Entre e i d, n expuntuada*. 5. *ferai al text*. 6. *tenuerti al text*.

404

1110, novembre, 11

Adveració. *Martí Bernat i Guillem Vidal juren davant l'altar de l'església de Sant Joan, a Santa Perpètua de Mogoda, el testament d'Arnau Guillem, pel qual llegava els seus béns a persones i institucions eclesiàstiques, als seus familiars i a altres persones.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 135, 195 x 330 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 150.

Iuramus nos testes his nominibus Martinus Bernardi et Giellmus Vitale per Deum patrem omnipotentem¹,¹ trinum in personis et in deitate unum, super altare consecratum in honore sancti Iohannis, cuius ecclesia sita est in chomitatu Barchinonense, in Vallense, intus ecclesie Sancte Perpetue, quia nos prefati testes oculis nostris vidimus et aures audivimus et presentes ibi eramus eandem diem et oram quando condam Arnallus Giellmi iacebat in egritudine in lectulo suo, in egritudine detentus de qua obiit, adhuc loquela plena et memoria integra. Sic nos, videntes et audientes, comendavit atque iniucxit ut fuissent sui elemosinarii Raimundus² Mironi et Arnallus Raimundi et Martinus Bernardi ut isti habeant potestatem omnium rerum suarum, mobilium et immobilium, dare et distribuere et ita facere sicut ille eis precepit per suum testamentum. In primis dimisit corpus suum ad Sancti Petri Puel-larum et vinea que tenet Ermengaudi, cum terra ubi est fundata, et pecia I de terra qui est subtus ipsa vinea, ab ipso Canned, et arboribus qui infra sunt et parilio I de vaches. Dimisit ad Sancti Martini de Villa Rodalle medietatem de ipso mansso de Gausera cum suis pertinentiis et olivarias. Et dimisit ad Sancti Stefani de Breda oves VI et migera I de forment et ad suos clericos sestarium I ordei. Et ad Sancti Christofori oves II. Et dimisit ad chanonice Sancte Crucis et Sancte Eulalie morabetine I et ad episco-po alio; et ad Sancti Cucufati alio et ad Sancte Marie Civitas Freta alio, et ad Sancte Marie Pugiensse alio. Et istos morabetinos exeant de suo cavallo et de suo asino et de suo pane et vino et de suo mobile, et hoc quod remansserit totum concessit pro anima sua per missas. Et dimisit ad fratri suo Berengarii ipsum sacrarium de Ermengaudi. Et dimisit inter Berengarii et Beatrice et Gilia manssum de Daguerro, exceptus ipsas olivarias de Sancti Martini et exceptus ipsa vinea et terra de Sancti Petri. Et concessit atque dimisit ad Raimundo Mironi ipsos suos domos et sacrarios de

Sancti Martini simul cum terris et vineis et arboribus de diversis generis et ortis, ortalibus, vieductibus et reductibus quomodo pergit torrente de Dagbert usque in torrente que vochant Merdancio, qui discurrit de Palacio de Aries et usque in serra de Pontonal. Totum dimisit ab integrum ad Raimundus Mironi, si alium testamentum non fecerit aut filios legitimos non habuerit. Postquam autem hec omnia ordinavit predictus testator, nobis scientibus, non mutavit suam voluntatem sic obiit de hoc seculo in mense iulii.

Late condicionis III idus novembris, anno III regnante Le-dovico reye.

Sig+num Martinus Bernardi, Sig+num Giellmus Vitale, nos sumus testes qui has condicionis fideliter iuramus et auctorizamus.

Sig+num Bernardus Guadalli. Sig+num Ermengaudus Gilaberti. Sig+num Aquilo. Sig+num Petrus subdiachonus. Raimundus* iudex (*senyal*).

Poncus presbiter, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) q[u]o³ supra.

1. Manca. 2. R. corregeix B. 3. Manca.

405

1110, desembre, 18

Convinença. *Bernat II, comte de Besalú, acorda amb Pere Ramon de Mata i Ramon Ponç de Milany i els seus fills Guillem Ramon i Dalmau Ponç i el seu germà Guillem Ponç, que aquests seran fidels a l'esmentat Pere Ramon per l'honor i el castell de Creixell que aquest ha rebut del comte.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 136 (*olim* arm. 4 Girona, sac M, núm. 608), 150 × 390 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 326-328.

Hec est convenientia facta inter dominum Bernardum, Dei gratia Bisildunensium comiti, et Petrum Raimundi de Mata atque Raimundi Poncii de Maleagno et Guilelmum Raimundi atque Dalmacium Poncii, filios eius, necnon et Guilelmum Poncii, fratrem eiusdem Raimundi Poncii, de honore Gauzeberti de Crexello et de ipso castro de Crexello¹ quod predictus comes dedit iamdicto Petro Raimundi de Mata et honorem iamdictum et castrum. Unde prefatus comes donat illos prenominatos, scilicet Raimundum Poncii et Guilelmum Raimundi atque Dalmatium Poncii, filios eiusdem Raimundi Poncii, et Guilelmi Poncii, fratrem Raimundi Poncii,

prenominato Petro Raimundi de Mata, ita ut ipsi prenominati sint fideles homines de iamdicto Petro Raimundi de Mata per prefatum honorem e[t]² castrum. Quapropter conveniunt ipsi prenominati iamdicto Petro Raimundi, grato animo et spontanea voluntate, quod ab hac hora et deinceps fideles sint illi quamdiu vixerint per fide[m]³ rectam, sine enganno, de vita illius et de membris illius et de prefato honore et castro ut cociescumque dictus Petrus Raimundi requisierit illis prelibatis potestatem de eodem castro donent illi absque ulla contradictione et malo ingenio prefatam potestatem sive predictus Petro Raimundi requiratur per se aut per se nuncius de prenominato castro de Crexello donet illi sine ulla dilatione quociescumque ipse voluerit, salva fidelitate domni Petri Raimundi. Iterum conveniunt iamdicto Petro Raimundi ut fideles sunt illi de omni honore illius quos hodie ubique terrarum abet vel in antea autquisierit⁴ et adiuvent illi contra omnes omnes vel feminas unde ipse Petrus Raimundi voluerit se defendere et adiuvere. Insuper convenit prenominatus Guilelmus Raimundi ut sit dominicus omo de predicto Petro Raimundi et deinceps non faciat ullum seniore[m] sine iusione illius et voluntate propter hanc concessionem honoris et castri iamdicti. Et convenit ipse Guilelmus Raimundi resonato Petro Raimundi ut fidelis sit illi in omnibus causis in quibus fidelis omo debet esse fidelis suo meliori seniori. Et convenit ipsi potestatem dare de predicto castro Crexelli, sicut superius comprehensum est. Quod si predictus Guilelmus Raimundi absque legitimo filio obierit, predictum honorem et castrum abeat Dalmatius Poncii, frater eius, per predictum Petrum Raimundi. Quod si etiam causa extiterit ut ipsi am[bo]⁵ moriantur superstiti patrem Raimundi Poncii, prefatum honorem et castrum abeat Raimundus Poncii per prefatum Petrum Raimundi iamdictum sicut filii eius abuerunt.

Facta scriptura convenientie XV kalendas ianuarii, Anno III^o regnante Ludovico rege.

Sig+num Raimu[n]di⁶ Poncii. Sig+num Guilelmi Poncii. Sig+num Guilelmi Raimundi. Sig+num Dalmatii, frater eius. Sig+num Raimundi Bertrandi. Signum Guilelmi Bertrandi, fratris eius. Sig+num Guilelmi Raimundi de Petred. Sig+num Bernardi Raimundi de Mata. Sig+num Bernardi, gratia Dei commes. Sig+num Petrus Raimundi de Mata. Sig+num Petrus Geralli. Sig+num Raimundi Bernardi de Portella. Sig+num Petri Seniofredi Montis Acutis. Sig+num Wilelmi Odegarii.

Michaelis⁷ Salomonis, capellanus et iudex, qui hoc scripsit prefato die et anno.

1. r corregeix c. 2. Manca. 3. Manca. 4. En lloc d'adquisierit. 5. Il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta. 6. Manca. 7. Michaelis monograma.

406

[Abans de 1111]

Jurament de fidelitat. *Guillem, fill de Sança, jura fidelitat a Ramon Berenguer, així com ajudar-lo contra tothom excepte contra el comte de Besalú.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3158b, 25 × 260 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3158a (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 336), 80 × 245 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document abans de la fi del comtat independent de Besalú. L'exemplar B està cosit a l'A.

Iuro ego Guillelmus, filius qui fui Sancie, tibi Raimundo Berengarii quod de hac hora in antea fidelis ero tibi de tua vite et de tuo corpore et de tuis membris; et de omni tuo honore quem modo habes et tenes et homines per te, vel in antea adquisierit meo consilio, que no la·t tolré ne te'n tolré et quod adiuvabo eum tenere contra cunctos homines vel feminas, per fidem, sine engan, exceptus Bisuldinensem comitem. Per Deum et hec sancta.

407

1111, gener, 25

Esponsalici. *Berenguer Guadall dóna a Elvira, filla de Ricard Guillem i Ermessenda, el desè dels seus béns en concepte d'esponsalici.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 137 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 638), 340 × 490 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 59.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 119-120.

Document amb caplletres i decorat amb una orla al seu entorn.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Hic est titulus dotis et donationis quod facit homo nomine Berengarii Guadalli¹ et dedit illum in manu dilecte sponse vel uxori sue nomine Gelvire femine. Mos futurum coniugii divina est Dei providencie qualiter debet

homo preceptum Domini adimplere, nam et ipse creator omnium Deus noluit hominem solum vivere, sed creavit illi adiutorium similem sibi, Eva. Eo quod amodo nascendi mundi primordiis ex costam viri feminam figuravit, ex uno duo faciens, duos unum esse monstravit nec asse² putavit homo esse diversum, quod ex se cognosceret fabricatum. Hiccirco, sponse vel uxori mee placuit michi meisque convenit animis ut te michi in matrimonio expetissem copulandam sicuti et facio. Unde et in presenciam multorum bonorum hominum, ut inter nos anulos arrarum tradidimus, una per voluntatem Dei seu parentum vel amicorum nostrorum et quia legitimum coniugii fieri non potest nisi prius per titulus dotis et donationis fuerit decoratum, igitur, in Dei nomine, propter amorem pulcritudinis tue et propter creandos filios de me et te, de quo visus sum habere³ vel possidere vel in antea, Deo propicius, adquisiturus ero, decimam partem tibi dono atque concedo sicut lex gotorum continet. Et qui huius dote vel donatione voluerit disrumpere vel infringere, nil valeat, sed componat tibi in vinculum libram unam auri puri. Et postmodum hoc maneat semper firmum.

Actum est hoc VIII kalendas februarii, anno III regni Leicici regis.

Signum+ Berengarii Guadalli, qui hanc dotem feci, firmavi et testibus firmare rogavi.

Signum+ Guillelmi Bonefilii. Signum+ Raimundi Gauceberti. Signum+ Raimundi Poncii. Signum+ Balluvini.

Signum+ Petrus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. La primera a afegida a la interlínia. 2. En lloc de a se. 3. a afegida a la interlínia.

408

1111, febrer, 24

Empenyorament. *Romanya empenyora a Pere Guitart els seus drets sobre els alous que havien estat de la seva mare Guilla, situats al territori de Barcelona, a Montjuïc, al lloc anomenat la Serra, per raó d'un deute d'un morabatí.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 138, 80 × 410 mm. Estat de conservació deficient a causa d'algunes taques d'humitat, de l'esvaniment de la tinta i de l'enfosquiment del pergami.

In nomine Domini. Ego Romanga femina impignoratrix sum tibi Petro Guiters. Manifestum est quia debatrix sum tibi mora-

beti I auro bene pensato. Propterea impignoro tibi omnes meas hereditates quod ab eo in ipsis alaudibus qui fuerunt Guisle matris mee, scilicet in domibus et in terris cultis et hermis et ficularis, et est hec omnia in territorio Barchinone, in terminio Montis Iudaici, in loco vocitato ad ipsa Serra. Advenit mihi per ienitorum meorum sive per ullasque voces. Terminantur autem hec alodia de parte orientis in vineis Sancti Ad[...]¹ et in alodio Petri Vivani, de meridie et de occiduo terminantur in alodio Habraam Cavallario, a circio similiter. Quantum iste affrontationes includunt sic impignoro tibi meas hereditates et directos que ibi habeo vel habere debeo ab integre, simul cum exiis vel regressiis earum, atque de meo iure in tuum trado dominio et potestate, et inter tantum ego teneam per tuum beneficium et tu per tuum pignus. Et in die quo exeunt kalendas mai istas primas venientes, sic faciam tibi rendere iamdicto pignore et tu rendas mihi ista scriptura sine mora. Et convenio tibi ut non vendam ad alios homines nisi ad te per pretium iuste apreciatum a bonis hominibus, et si hoc minime fecero et tibi non persolvero, tunc abeas potestatem predictae hec omnia que tibi impignoro apprehendere, tenere, abere, vindere, commutare et omnia que volueris facere ad tuum plenissimum proprium. Si vero ego impignoratrix aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hanc ista impignoracione venero aut venerit pro inrumpendum aut infringendum, nil valeat, sed componam aut componat tibi prefata ec omnia cum sua melioracione. Et postmodum hoc maneat semper firmum.

Actum est hoc VI kalendas marcii, anno III regni Lodoici regis.

S+ Romanga femine, qui ista impignoracione feci, firmavi et testes firmare rogavi.

S+ Iohannis Guilelmi. S+ Berengarii Bernardo.

S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Espai de cinc lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta.

1111, març, 28

Definició. *Ramon Berenguer de Palou i el seu germà Dalmau desisteixen de la reclamació d'un molí que feien al monestir de Santa Maria de l'Estany i, a més, fan donació a l'esmentat cenobi d'una*

feixa de terra a tocar del rec que va a l'esmentat molí, tot situat a Palou, al Vallès.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 139, 190 × 310 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 657.

In Domine nomini. Ego Raimundus Berengarii de Palaciolo et frater meus Dalmacius evacuatores et pacificatores sive difinitores sumus domino Deo et aeclesie Sancte Marie de Stagno priorique videlicet eiusdem loci Bernardo nomine et successoribus eius cunctisque ibi nunc commorantibus¹ sive his qui deinceps venturi sunt, ipsum molendinum quem iniuste requirebamus predicto priori. Et postquam² vidimus et cognovimus nos non posse consequi aliquod directum in iamdicto molendino, evacuamus et pacificamus atque definimus predictum molendinum per fidem rectam, sine enganno, sicut dictum est superius et dici potest melius prephato Bernardo priori illiusque loci Sancte Marie videlicet congregacioni, cum aquarum³ discursibus sive cum rego et capite rego atque cum arboribus que ibi sunt et subtus rego. Haec quippe eva[cua]cio⁴ sive firma difinicio fuit facta in presencia uxoris Raimundi Renardi sive Geralli Odgerii et Gaucfredi Ermengaudi et Bermundi Mironis sive Raimundi Gaucberti aliorumque proborum virorum. Insuper etiam nos Raimundus atque Dalmacius iamdicti fratres donamus iamdicte aeclesie Sancte Marie suorum clericorum fasciam unam terre que est iuxta ipsum reg qui pergit ad istum molendinum, ut habeant et teneant atque possideant solide et libere sine ulla diminucione et sine aliqua retinencia in suo iure perpetuo. Haec vero fascia habetur contra solis ortum. Sunt autem haec omnia superius scripta in Barchinone comitatu, in parroechia Sancti Iuliani d[e]supra⁵ ipsum castrum de Palaciolo. Quisquis vero huius evacuacionis atque firme difinicionis infractor vel disrruptor aut etiam transmutator esse voluerit, non hoc valeat, set dupla compositione componat. Et insuper hac scriptura firmum et perpetuum obtineat robur.

Actum est hoc V kalendas aprilis, anno III regnante Loudoico⁶ rege.

Sig+num Raimundi Berengarii, Sig+num Dalmacii, qui hanc evacuacionem et definicionem facimus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Geralli. Sig+num Arnalli Geralli. Sig+num Guilelmi Guiriberti.⁷ Gerallus*.

Ut res monstravit, (*senyal*) sic Poncius ista notavit in die et anno quo supra, cum litteris fuis in XVI^s linea.

1. com *afegit a la interlínia*. 2. *A l'abreviatura de quam li manca la a volada*.
3. *La primera a afegida a la interlínia*. 4. *Manca*. 5. *Manca*. 6. *u afegida a la interlínia*. 7. *Entre Gui i riberti, tardi, ratllat*. 8. *x afegida a la interlínia*.

410

1111, juny, 8

Definició. *Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, renuncia a favor de Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, a tots els drets sobre els castells dels comtats de Besalú, Vallespir, Fenollet i Perapertusa i sobre les honors i els monestirs que els pertanyen.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 141 (*olim* arm. 4 Girona, sac E, núm. 384), 130 × 200 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 10.]

a MARCA, *Marca Hispanica*, col. 1235.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, p. 507.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 437. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 27. — KOSTO, *Making agreements*, p. 224.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Bernardus Guilelmi, comes Cerdanensis, diffinio et evacuo tibi Raimundo Berengarii, comiti Barchinonensi, ipsum castrum Bisulluni cum omni honore¹ Bisullunensi et castellis que ei pertinent et ipsum castrum de Castello Novo cum omni honore Vallespirense et castellis que ei pertinent et ipsum castrum de Foneied cum omni honore Foneiedensi et castellis que ei pertinent et ipsum de Petra Pertusa cum omni honore qui ei perninet et illa monasteria omnia que infra totum² predictum honorem sunt. Sicut superius scriptum est, sic deffinio et evacuo et iachesch predicta omnia solide et libere per fidem, sine engan, bono animo et spontanea voluntate.

Actum est hoc VI idus iunii, anno III regni Ludovici regis.

Sig+num Bernardi Guilelmi comitis, qui hanc definitionem feci, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Umberti de Taiada. Sig+num Reamballi de Basilia. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Guilelmi Renardi. Sig+num Berengarii Bernardi. Sig+num Dalmacii de Petra Taiada.

Arnallus presbiter, qui hoc rogatus scripsi et (*senyal*) prenotato die et anno.

1. h *afegida a la interlínia.* 2. totum *afegit a la interlínia.*

411

[c. 1111, juny, 8]

Jurament de fidelitat. *Bernat Guillem I, fill de Sança i comte de Cerdanya, jura fidelitat al comte Ramon Berenguer III de Barcelona, especialment pels comtats de Besalú i Vallespir i pels castells d'aquests comtats.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 31 (*olim* arm. 4 Girona, sac L, núm. 523), 80 × 265 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 10.]
 a MARCA, *Marca Hispanica*, col. 1235.
 b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 510.

Datem pel document relacionat (vegeu el document núm. 410), en el qual Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, defineix diversos drets a Ramon Berenguer III.

Iuro ego Bernardus Guillelmi, filius Sancie femine, super altare consecratum, tibi Raimundo Berengarii, comiti Barchinonensi, quia de ista ora in antea fidelis ero tibi tam de corpore, vita et membris, tam etiam de honore quem modo habes vel in antea adquisieris meo consilio. Nominatim de castro Bisulduni et omnibus castris et fortitudinibus eidem comitatu pertinentibus et de Castro Novo et castellis ac fortitudinibus, condirectis vel heremis, in comitatu Vallispirensis subiacentibus, et de castro de Fonoied et de fortitudinibus ei pertinentibus et de castro Petre Pertuse et fortitudinibus eidem subsistentibus, et de castro de Penna, quod non illa tibi tollam nec inde aliquid tollam. Et si homo vel homines, femina vel femine, illa tibi tulerint, adiutor ero tibi tenere, deffendere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas donec recuperes ablata, per fidem, sine engan. Et de castello Bisulduni et omnibus supradictis castellis et fortitudinibus, potestatem tibi donem et potentissimum inde te faciam, iratus vel placatus, quot vicibus mihi requisieris per te aut per tuos nuncios, per fidem, sine engan.

Sicut superius scriptum est, teneam et attendam, me sciente. Per Deum et hec sancta.

412

[c. 1111, juny, 8]

Jurament de fidelitat. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, jura fidelitat a Bernat Guillem I, comte de Cerdanya.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3261 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 370), 105 × 139 mm. Bon estat de conservació.

Datem per la definició que Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, va fer de diversos drets a favor de Ramon Berenguer III, de la qual aquest document sembla el complement (vegeu el document núm. 410).

Iuro ego Raimundus Berengarii, filius Mahaltis femine, tibi Bernardo Guillelmi, filio Sancie femine, quia de ista ora in antea fidelis ero tibi tam de corpore, vita et membris, tam etiam de honore quem modo habes vel in antea adquisieris meo consilio, tenere, defendere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas per fidem, sine engan. Sicut superius scriptum est, teneam et attendam, me sciente. Per Deum et hec sancta.

413

1111, juny, 30

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon de Castellvell i el seu germà Dorca juren fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, pel Castell Vell vescomtal i pels castells de Castellví de Rosanes, Òdena, Pontons, Biure de Gaià i el Far.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 142 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac B, núm. 265), 270 × 210 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 261.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 237.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, pp. 241, 268. — SEGURA, *Història*, II, p. 437. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 99. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 190, 222. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 117.

Iuramus nos Guillelmus Raimundi et Dorcas, filii qui fuimus Guilię femine, tibi seniori nostro domno Reimundo comiti, qui fuisti filius Magaltis comitisse, quod ab hac hora et deinceps fidelis¹ tibi erimus sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione, sicut homines debent esse fideles ad seniore suum cui manibus se commendant. Et nos predicti fratres non dezebrem te prescriptum Raimundum seniore nostrum de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de omni terrestri honore neque de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam neque de ipso comitatu

quem dicunt Barchinonensem neque de ipso episcopatu Sanctę Crucis et Sanctę Eulalię, cum suis terminis et pertinenciis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis, rochas aut poios condirectos vel heremos, qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, neque de ipsis abbaciis cum illarum terminis et pertinenciis omnibus quę in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt neque de ipso castro quod dicunt Olerdola neque de ipso comitatu quem dicunt Penitensem neque de ipsos castros aut castellos, rochas aut poios condirectos vel heremos, qui in predicto comitatu sunt vel erunt, neque de ipsa civitate quę dicitur Minorisa neque de ipso comitatu qui dicitur Ausona neque de ipso episcopatu² Sancti Petri de Vico neque de ipsos castros vel castellos, rochas vel podios condirectos vel heremos, qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt, neque de ipsa civitate quam dicunt Geronda neque de ipso episcopatu Sanctę Marię neque de ipso castro de Gerondela neque de ipsos castros aut castellos, rochas aut poios condirectos vel heremos, qui in predicto comitatu sunt vel erunt, neque de ipsis abbaciis cum illarum terminis vel pertinenciis omnibus quę in predictis comitatibus vel episcopatibus sunt aut erunt, neque de ipsos castros aut castellos, alodios vel fevos, terras et honores quas tu hodie comes habes et in antea acataràs, Deo dante, neque de comitatu Bisuldunensi cum terminis et pertinenciis omnibus neque de ipsos castros aut castellos, rochas aut puios condirectos vel heremos, qui in predicto comitatu sunt vel erunt, neque de ipsis abbaciis cum illarum terminis et pertinenciis omnibus quę in predictis comitatibus sunt vel erunt, neque de ipsas parias de Hispania quas hodie habes vel convente sunt tibi ad dare et adhuc adquisiturus es, Deo dante. Et nos predicti fratres Guillelmus et Dorcas predicta omnia no la-t tolrems ne te'n tolrems, nec nos nec homo vel femina per nostrum consilium neque per nostrum ingenium, sed adiutores tibi erimus ad tenere et ad habere et ad defendere iamdicta omnia contra cunctos homines vel hominem, feminas vel feminam, qui iamdicta omnia tulerint tibi aut aliquid de iamdictis omnibus vel inde tollere voluerint tibi. Et hoc adiutorium sine tuo engan lo farems de commonir-ne nos devederems et ipse nuncius qui nos inde commonuerit reguardum non habebit ibi. Et nos predicti fratres non dezebrem te predictum comitem seniore nostrum Reimundum de ipso Castro Vetulo vicecomitali de Barchinona, quod est super ipsam portam, neque de ipso castro quod dictum est Castel Vel neque de castro de Odena et de castro de Pontons et de castro de Benviure et de castro Far, sed

potestativum inde faciemus te per quantas vices predictos castros requisieris ad nos per te ipsum aut per tuos missos vel missum. Et commonir-ne nos devederems nec videre et hoc totum faciemus sine engan. Sicut superius scriptum est, nos iamdicti Guillelmus et Dorcas si o tenrems et o atendrems ad te prescriptum seniorems nostrum Raimundum. Post obitum vero tuum similiter attendemus ad illum cui tu dimiseris Barchinonam in tuo testamento vel in tuis verbis. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc pridie kalendas iulii, anno IIII⁰³ regni Ludovici regis.

1. *Segueix un espai de tres lletres, aproximadament, raspat.* 2. *Segueix comitatu, ratllat, i episcopatu, afegit a la interlínia.* 3. *III^o al text. Ramon Berenguer III no va ser comte de Besalú fins l'any 1111, raó per la qual hem datat el document l'any 1110.*

414

1111, setembre, 26

Venda. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, ven a Berenguer Sal·la i a la seva muller Ermessenda un alou franc a Terrassa, pel preu de trenta morabatins. Berenguer Sal·la hi construirà una casa fortificada.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat en paper del 20 de setembre de 1307. ACA, Cancelleria, pergms. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 133, 190 × 300 mm. Estat de conservació regular a causa d'una taca d'humitat a la part central, que ha malmès el paper.

In¹ Dei nomine. Ego Raimundus, gratia Dei comes, venditor sum tibi Berengarius Sanla et uxor tua Ermessen, emtores. Per hanc scripturam venditionis me[e]² vindo³ vobis de alodium meum franchum, id sunt casas, casibus, ortis, ortalibus, terris cultis et heremis cum omni genera arborum qui infra sunt, similis et dissimilis. Advenit mihi preloccuta alodia per paternam atque maternam vocem sine⁴ per alias quaslibet voces. Et est preloccuta alodia in comitatu Barchinona, in parrochia Santi Petri Egerensis, in locum vocitatum prope rio de Eg[a]ra.⁵ [...] ⁶terminos preloccuta alodia a parte orient torrent qui scurrit per [...], a meridie in alodio de me comite, de hoc occi[duo ...], de vero circi in alodio Sancta Cruce Sanctaque Eulalia. [Quantum infra istas] IIII^{or} affrontationes includunt et isti termini a[m]biunt [...] sic vendo vobis totum ab integrum cum vieductibus vel reductibus [...] vel in omnibus quiquid dicit homo vel nominari potest, qui ad ipsum [alodium]

pertinent vel pertinere debent, in propter precium XXX morabertinos que ego recepi et vos michi dedistis, et satis manifestum est. Quem vero prelocuta alodia quem ego vobis vindo⁷ de meo iure in vestrum trado dominio et potestate ad vestrum alodium proprium franchum ad facere quod volueritis. Quod de ipsa casa que ibi feceritis non exeat ad me comes nullum malum, amore et servicium meum exeat de ipsa casa et quantasque vices ego voluero aprendere potestatem de ipsa casa quam ibi feceritis, vos hemtores non teneamini mihi nec meis dare potestatem nec de fortalicia quam ibi feceritis vestri nec vestrum, imo habeam per alodium franchum et liberum. Et concedimus vobis cultis [ac] heremis cum pereliatas et molendinis et mansis quod sicut habeatis ut solebatis habere in aliis locis ibi ubi solebatis habere per alodium franchum et liberum, et istas concedimus et recognoscimus vobis extra vendicionem per alodium franchum tibi et tuis; et si nullum de iure meo plus pertineret nobis dedimus tibi et tuis. Quod si ego venditor aliquis homo vel femina inquietare voluerit, in duplo vobis componat aut compona[n]t.⁸ Et postea ista vendicione firma permanea[t]⁹ modo vel omnique tempore.

Facta ista vendicione VI kalendas octobris, IIII Ludivicus reg.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num [...] Renard. Sig+num Guillem Renard. Sig+num Ramon [...]. Sig+num Ermengod Ramon. Sig+num Ramon [...]. Sig+num Geral Alaman Sig+num Joan [...]. Sig+num Geral Alaman de Cerveioni.

Reimundus presbiter,¹⁰ qui hoc scripsi [die] et anno quod supra (*senyal*).¹¹

1. B *comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. *Manca*. 3. *i corregeix e*. 4. *En lloc de sive*. 5. *Manca*. 6. *Indiquem entre claudàtors diversos passatges il·legibles a causa d'una taca d'humitat*. 7. *i corregeix e*. 8. *Manca*. 9. *Manca*. 10. presbiter *monograna*. 11. B *acaba*: Sig(*senyal*)num Arnaldi [...], notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Johannis de Beseriis, auctoritate regia notarii Barchinone. Sig+num Bertrandi de Lauro, vicarii Barchinone et Vallesii, qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impe[n]dimus et decrevimus ut ei tanquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur, appositum per manum mei Bernardi de Turri, notarii et scribe curie vicarii, in cuius manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit XII^o kalendas octobris, anno Domini M^o CCC^o VII^o, presentibus testibus Berengario de Sancto Vincencio, Simone de Cerdanyola et Petro Marchi. Et ideo ego dictus scriba curie dicti vicarii hoc scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Bernardi de Villa Rubia, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali instrumento et cum eodem legitime comprobatum et firmatum etiam sive autenticatum per venerabilem

Bertrandum de Lauro, vicarium supradictum, in posse videlicet dicti Bernardi de Turri, notarii, prout per subscriptionem eiusdem notarii suprafactam apparet, scribi fecit et clausit duodecimo kalendas octobris, anno Domini M^o CCC^o VII^o, cum litteris appositis in linea tertia ubi dicitur «quaslibet» et in linea duodecima ubi dicitur «vobis», et rasis et emendatis in linea nona ubi dicitur «vestrum».

415

1111, setembre, 27

Definició. *Bernat Adalbert de Reixac reconeix al seu senyor Berenguer de Montcada que té la meitat de l'església de Reixac per infeudació del pare d'aquest, Ramon, i del seu oncle Berenguer, ardiaca.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 143, 40 × 275 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 591. — BISSON, *L'impuls*, p. 51. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 66.

Hec est scriptura recognitionis quam facit Bernardus Adalberti de Rexag seniori suo Berengario Montiscatani. Recognoscit quod adquisivit medietatem ecclesie de Rexag per fevum a domno Reimundo predicti Berengarii patre et Berengario archidiacono fratre eius, et convenit cum eis servire nec ipsi prescriptam ecclesiam ei alicui servire aut serviant preter illos. Hoc fuit factum in presencia Raimundi Barchinonensis episcopi et Bernardus Guilelmi et Petrus Bermundi et Guillelmus Bernardi.

Actum est hoc V kalendas octobris, anno IIII regni Leudovico rege.

Sig+num Bernardus Adalberti, qui hanc recognitionem feci scribere et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Bernardus Guilelmi. Sig+num Petrus Bermundi. Sig+num Guillelmus Bernardi.

Guillelmus monachus, qui hoc scripsit sub die et anno quo supra.

416

1111, desembre, 26

Convinença. *Pere Folc i la seva muller Estefania atorguen en feu a Berenguer Arnau el castell d'Albió, excepte la meitat de l'estada que hi té Artau i la meitat de la dominicatura. A canvi, Berenguer*

Arnau es compromet a defensar el castell i a donar-ne la potestat a Pere Folc.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 144, 160 × 150 mm. Bon estat de conservació.

Cit. Bisson, *L'impuls*, pp. 48, 50.

Hec est conveniencia qui est facta inter Petrus Fulconi et coniu sua nomine Estefania e[t]¹ Bere[n]ger² Arnal. Comendat illi ipsum castrum de Albione per feud e[t] donet ibi totos ipsos fevos qui ad ipsum castrum pertine[n]t³ et ipsum cavaler qui ipsum castrum tenebat solidamente, et donet illi medietate de ipsa estada de Artal, exceptus de ipsa turre per alode et donet illi totum ipsum dominicum que tenebat Artal in Albione per alode, exceptus medietate paiesilis, in tale pactum que si voluit Pere⁴ Folc recuperare medietate de ipsa laboracione faciat Pere Folc emendacio a Bere[n]ger Arnal in Albione. E[t] si Albione se miiorava, serviat illi Berengarius Arnal per cavallios quomodo valebat. Et convenit ibi Bere[n]ger a Per[e]⁵ Folc ipsum castrum de Albione ad tenere e[t] a defendere a cuntos omnes vel feminas qui voluit tollere. Et convenit ibi que aliam suam onorem que abuit Per[e] Folc adiuvet illi a tenere e[t] a defendere a cuntos omnes vel feminas, exceptus de Poncio Ugone e[t] de Per[e] Arnal. E[t] si Per[e] Folc ceria potestate de ipsum castrum de Albione a Bere[n]ger Arnal, donet illi quantumque vegades voluit illi que rebat illi, pagads et irads, e[t] si non era Bere[n]ger Arnal in ista terra, donet ili ipsum castellanum qui ipsum castrum tenebat. Et si venia en obertura de ipsum castlanum, establescad Bere[n]ger ipsum castel a consilium Per[e] Folc e[t] a suo laudamentum.


Facta ista conveniencia VII kalendas ianuario, anno IIII^o regnante Ledovico regis Francie.

Sig+num Per[e] Folc. Sig+num Estefania.

E fuit facta ista conveniencia in presencia de Poncio Ugoni e[t] de Gombal Compan e[t] de Guillem Mir Iener. Sig+num Bere[n]ger Arnal.

Arbertus scriba (*senyal*).

1. Manca. Es repeteix diverses vegades en el text, que no indiquem en nota.
 2. Manca. Es repeteix diverses vegades en el text, que no indiquem en nota. 3. Manca.
 4. Perre al text. 5. Manca. Es repeteix diverses vegades en el text, que no indiquem en nota.



1112, gener, 6

Definició. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, desisteix de tots els greuges que ell i la seva mare Mafalda tenien contra Garsenda i els seus fills Ramon, Berenguer i Arnau.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 150, 130 × 190 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 128. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52. — AURELL, *Jalons*, p. 330.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis ac marchio, hac scriptura indice facio tibi difinicionem Garsindis femina et filiis tuis Reimundo, Berengario atque Arnallo de omnibus querimoniis quas ego et mater mea, nomine Mahalt, usque modo habuimus nos et homines nostri vel femine de vobis ex usibus vel ex aliquibus causis que dici vel nominari possint. Ita ut ab hodierna die neque ego neque iamdicta mater mea Mahalt¹ neque aliqua utriusque sexus persona possit vos revocare ad placitum ex his que acta vel perpetrata sunt usque modo, sed secure et quiete habeamini² ex omnibus his usque in perpetuum, excepto de³ honore quantum per directum invenire potuerimus.⁴ Hanc autem difinitionem facimus vobis propter avere vestrum atque servicium quod modo a vobis accipimus in presentia Raimundi atque Guilelmi Reinardi⁵ fratrum et Berengarii Bernardi et Amelii et aliorum multorum hominum.⁶


Actum est hoc VIII idus ianuarii, anno IIII regni Ludoici Francchorum.

Sig+num Maaltis comitisse. Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Reimundi Reinardi. Sig+num Guilelmi Reinardi. Sig+num Amelii.

(*Senyal*) Petrus presbiter,⁷ qui hoc rogatus scripsit die anno que prefixo.

1. h *afegida a la interlínia*. 2. h *afegida a la interlínia*. 3. de *afegit a la interlínia*. 4. excepto ... potuerimus *afegit després de la datació*. 5. Reinardi *afegit a la interlínia*. 6. *Segueix CL afegit a la interlínia, sense cancel·lar*. 7. Petrus presbiter *monograma*.



418

1112, gener, 31

Empenyorament. *Teresa, vídua de Bernat Guillem de Queralt, empenyora als esposos Ricard Guillem i Ermessenda uns alous situats al territori de Barcelona, a Sant Martí de Provençals, per raó d'un deute de cinquanta marabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 145 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 746), 150 × 300 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergamí.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 145.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 103, 114.

In nomine Domini. Ego Taresa, uxor qui fui Bernardus Guillelmi de Cheralt, impignoratrix sum tibi Ricardo Guillelmi et uxori tuę Ermesindi. Manifestum est enim quia debitrice sum vobis morabetins L auri bene pensatos. Propterea impignoro vobis alaudibus meis separatim positis in variis locis, scilicet terris vel vineis cultis et eremis, trileis et ortis cum arboribus et puteis, pascuis, viaductibus et reductibus et domibus cum solis et suprapositis, hostios atque ianuis simul ipsos sacrarios. Est autem hec omnia in territorio Barchinone, in loco vocitato Provincialis. Advenit mihi per donationem quod mihi fecit iamdicto viro meo sive per ullasque voces. Abet autem terminos et affrontationes a parte orientis in alveo Bisocii, a meridie in littore maris, de occiduo in collo que vocant Celada, a circio in ipsos montes. Quantum infra istas affrontationes abeo et teneo et homines per me, sic impignoro vobis iamdicta hec omnia ab integre simul cum exiis et regressiis earum, atque de meo iure in vestrum trado dominium et potestate, tali quoque modo et ordine ut vos teneatis predicta omnia et exfructificetis et in die qui erit festa sancti Mikaelis ista prima veniente sic faciam vobis rendere iamdictum debitum quomodo superius resonat. Et si non potuero vobis abere persolutum prefatum debitum ad suprascriptum terminum, sted in antea similiter usque ad alia festa sancti Mikaelis et sic vadat simili modo de una festa sancti Mikaelis ad alia usquequo ego prefata debitrice reddam vobis et solvam prefatum debitum sine vestro engan et vos rendatis mihi ista scriptura sine mora. Si vero ego impignoratrix aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista impignoratione venero aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeam aut valeat,¹ sed componam aut compo-

nat vobis prefata hec omnia in duplo cum sua melioratione. Et postmodum hoc maneat semper firmum.

Actum est hoc II kalendas febroarii, anno IIII regni Lodoici² regis.

Signum+ Taresa, qui hanc impignoratione feci, firmavi testibusque eam firmari rogavi.

Signum+ Guillelmi Bernardi, signum+ Berengarii Bernardi, isti sunt filii eius.

Signum+ Arnalli Guillelmi. Signum+ Bernardi Mironis. Signum+ Reimundi Gerberti. Signum+ Arnalli Adalli. Signum+ Guillelmi Reimundi monetarii. Signum+ Berengarii Bernardi de Barchinona. Signum+ Iohannis Guillelmi. Signum+ Guilelmus Bernardus*.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Et est terminum ad festa sancti Mikaelis, quod est II kalendas octobris.

1. v *corregeix* a. 2. *La primera o corregeix* [e].

419

1112, febrer, 1

Donació. *Gerberga I, comtessa de Provença, fa donació a la seva filla Dolça de totes les seves honors als comtats de Provença, Gavaldà, Carladès i Rodés.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 146, 140 × 280 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 358.]
- C Còpia del segle XIV, apareguda en un registre de la cambra de comptes d'Ais. Marsella, Archives Départementales des Bouches-du-Rhône, B 1377, f. 7.
- D Còpia del segle XVII ex B. París, Bibliothèque Nationale, Collection Baluze, vol. 108, f. 59v.
- a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 347, cols. 1237-1238.
- b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 875.
- c FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 21.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 163. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 124.

Omnibus innotescat hominibus quod ego Giberga comitissa dono tibi Dulci filie meę omnem honorem quem abeo vel habere debeo in quocumque modo comitatum videlicet Provincie et Galvaldanensis et Carladensis et illum honorem qui est in comitatu

Rutenensis, que omnia advenerunt mihi voce parentorum meorum et largicione viri mei Giriberti comitis, patris tui. Prescriptum quoque honorem sicuti ego habeo et abere debeo, sic dono eum tibi ut abeas et possideas omnibus diebus vite tue sine blandimento alicuius persone et de meo iure tuo trado dominium et potestati ut facias exinde quicquid tibi placuerit. Hanc autem donacionem meam, si quis in crastinum disrumpere presumpserit, nil valeat, sed reintegratis et compositis omnibus scripture hec perhenne robur obtineat.

Quod est actum kalendas februarii, anno IIII Ludoici regis regni.

Sig+num Girberge comitisse, que hanc donacionem feci et firmavi testibusque subscriptis firmare rogavi.

Signum+ Guazfredi Porcelleti. Signum+ Bernardi Bertrandi. Signum+ Aldeberti de Kinlaz. Signum+Raimundi Ainrici.

Sig+num Poncii, [monaco], die et anno prefixo, qui hoc scripsit.

420

1112, febrer, 20

Venda. *Ramon Guislabert i la seva muller Sicarda venen a Ramon Miró Tort i a la seva muller Sicarda una peça de vinya situada al terme de Cervera, pel preu de tres morabatins i mig.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 147 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Sant Ignasi, núm. 454), 130 × 330 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 588.

In nomine Domini. Ego Ramon Guilabert et coniux mea Sicards vinditores sumus tibi Ramon Mir Tort et coniux tua Sicards. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus nos vobis pecia I de vinea qui nobis adveniit per planta aut per excamiacione que nobis fecit comes aut per ullasque voces. Et est ipsa vinea in comitatum Minorisa inter vineas de comite et inter terminos de Cervera. Et abet affrontaciones ipsa vinea de parte orientis in vinea de Iovan, de meridie¹ in esponna qui ibi est, de occiduo in vinea de Ramon Bernard, de parte vero circii in ipsa estrada et in vinea de comite. Quantum inter istas affrontaciones includunt et istis terminis continent, sic vindimus nos vobis ipsa vinea tota ab integrum ad vestrum proprium alaudem, cum egressis

et exitibus suis, ad vestram volumptatem facere. Et est precium placibile morabetins III et medio. Quod si nos vinditores aut ullus homo vel femina qui contra ista carta vindicione inquietare vel frangere voluerit, in duplo vobis componat aut componamus nos cum omni sua inmeliioracione. Et in antea ista carta vindicione firma sit modo vel omnique tempore.

Facta ista carta vindicione X kalendas marcii, anno IIII regni regis Ledovicus.

Sig+num Ramon Guilabert, Sig+num Sicards, nos qui ista carta vindicione fecimus scribere et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Iovan moneder. Sig+num Iovan de Limdars. Sig+num Guillem Arnall. Sig+num Iovan Ramon. Sig+num Guia. Sig+num Pere.

Petrus sacer, qui hoc scripsi die et anno quo sup(*senyal*)pra.²

1. *Segueix et, ratllat.* 2. *Al marge inferior, al costat esquerre d'un petit forat del pergamí, hi ha escrita la paraula omnibus. Podria tractar-se d'una prova de ploma.*

421

1112, abril, 3

Convinença. *Bernat Ermengol encomana a Arnau Geribert el castell de Duocastella i li dóna els feus d'aquest castell i la meitat del delme de la parròquia de Sant Pere de Sora. A canvi, Arnau Geribert promet servir-lo contra tothom excepte contra Pere Berenguer.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 5 de juliol de 1238. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 148 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 260), 115 × 220 mm. Tinta molt esvanida.

Hec¹ est conveniencia que est facta inter Arnallus Guiriberti, filius Estefanie femina, et Bernardus Ermengaudus, filius Ermesendis femina. Ista convenientia talis est, ut donat iamdictus Bernardus ad Arnallus Guiriberti totos ipsos fevos de kastrum nominatum Duo Kastela quomodo abet et abere debet et patri suo tenuit et abuit in vita sua, in simul cum medietate de decimas qui exeunt de parrochia de Sancti Petri de Sora. Et comendat ei iamdictum kastrum Dua Castela et pro hoc donum convenit Arnallus ad iamdicti Bernardi ut fiat ei suo milite per fide, sine engan, contra cunctos homines et feminas, exceptus Petrus Berengarius. Et si venerit inimicitia infra Petrus Berengarius et Bernardus Ermengaudus, liberet Arnallus ad Bernardi ipsum kastelanum de

kastrum Dua Kastela cum alio milite et suo corpore de domnus Arnalli Guirberti fiat cum Petrus Berengarii et liberet Arnallus a dominus Bernardi et oste kastellani de iamdictum kastrum et per ipsos fevos I mulo.

Actum est hoc III nonas aprilis, anno IIII regni regis Ledovico.

Sig+num Arnalli Giriberti, Sig+num Bernardi Ermengaudi, nos qui ista conveniencia fecimus et laudamos et firmamus et aliis testibus firmare rogamus.

Sig+num Guilelmi Bernardi. Sig+num Bernardi. Sig+num Petrus Berengarii.

Bernardus,² qui hoc scrip(*senyal*)sit.³

1. *B comença*: Hoc est translatum cuiusdam conveniencie que sub istis continetur verbis. 2. *Entre r i d espai de tres lletres, aproximadament, raspat.* 3. *B acaba*: Sig(*senyal*)num Petri de Ayreis, vicensis canonici et publici ville Vici notarii. Sig(*senyal*)num Poncii de Argilagosa, scriptoris iurati, qui hoc translatum fideliter translatavit mandato Petri de Ayreis, publici Vicensis notarii, III^o nonas iulii, anno Domini M^o CC^o XXX^o octavo.

422

1112, abril, 18

Venda. *Pere Ramon i la seva muller Maiassenda venen a Ramon Dalmau i a la seva esposa Bonadona una peça de terra amb una vinya a Caldes de Montbui, al lloc anomenat Pedregós, pel preu d'un morabatí i mig.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 149, 115 × 260 mm. Estat de conservació regular a causa d'un forat a la part central, que afecta cinc línies.

In Christi nomine. Ego Petrus Remundi et uxor mea Maianseendis venditores sumus tibi Remundi Dalmacii uxori que tue Bonefemine, emptores. Per hanc scripturam nostre vendicionis vendimus vobis sortem unam terre cum ipsa vinea qui ibi est fundata, qui nobis advenit per nostra comparacione sive per ullasque voces. Et est in comitatu Barchinonensi,¹ infra parroechiam Sancte Marie Calidis, in locum que dicunt Pedreges. Afrontat autem supradicta terra et vinea a parte [ori]entis² et meridie et occiduo in alodio de nos venditores, de parte vero circi in alodio proles condam Sendredus Sanlani. Quantum iste aff[r]ontat[i]ones includunt, sic vendimus vobis suprascripta sorte de terra cum vinea ab integre, quod ibi abemus per iamdicta voce, cum ingressibus

et ex[itibus, in propter] precium quod inde accepimus ex vestra parte morabitino I et medio, et est manifestum. Prescripta quoque omnia quod nos vobis vendimus de n[ostro iure in] vestrum tradimus dominio et potestatem ad vestrum proprium francum ut faciatis exinde quodcumque volueritis. Quisquis autem contra hanc vendicione [ad irrum]pendum venerit, nil valeat, sed in duplo componat omnia suprascripta cum sua melioracione. Et in antea hec vendicio maneat firma [omnique tempore].

Quod est acta XIII kalendas madii, anno IIII regnante Le-doicho rege.

Sig+num Petri Remundi, Sig+num Maiansendis, nos pariter qui hanc vendicione facimus et firmamus testibusque firmare rogamus.

Sig+num Ermengod Remon. Sig+num Poncio Honofre. Sig+num Trasuer Honofre.

(*Senyal*) Sendredus levita, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1. o *afegida a la interlínia.* 2. *A causa del forat, reconstruïm els fragments il·legibles segons la formulació habitual.*

423

1112, maig, 11

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i la seva muller Dolça de Provença donen a Guerau Alemany de Cervelló els castells de Querol i Pinyana.*

A [Original no localitzat.]

B [Trasllat no localitzat, fet pel sacerdot Martí.]

C Trasllat del 20 d'agost de 1315. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 140 (*olim* 10 arm. Manresa, sac A, núm. 99), 200 × 330 mm. Bon estat de conservació malgrat dos forats al costat esquerre que afecten la lectura de paraules de diverses línies.

D Trasllat del 20 d'agost de 1315. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 140 dupl. (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 123), 180 × 375 mm. Bon estat de conservació.

Res¹ donata si in presenti tradita fuerit nullo modo re[petatur a donat]ore.² Igitur, in Dei nomine, ego Raymundi, gratia Dei comes Barchinonensium³ et marchio, et Dulcia uxor mea, comitissa, donatores sumus vobis Gerallo Alamandi. Per hanc scriptura d[onacionis nostre d]onamus nos tibi ipsum kastrum de Cherol et ipsum kastrum de Pinnana⁴ cum illorum terminis et pertinenciis

earum qui ad ipsos kastos pertinent⁵ et cum earum aiacenciis et [eas fortitudi]nes qui ibi sunt et que ad facere sunt infra eorum terminis. Hoc vero sunt kastris desesstis⁶ et que ipsum kastrum de Mont Agud ibi guardent et retinent. Sunt autem pren[ominatos kastr]os in comitatu Minorisa vel in episcopatu Barchinona. Advenit ad nos donatores ista donacione prenominata per parentorum aut per ullasque voces. Termina[n]tur⁷ autem affrontaciones de ipso kastro de Cherol a parte orientis in termine de Mirales, de meridie in termine de Mont Agut,⁸ ab occiduo parte in termine de Capra⁹ et de Vals, circi vero parte in termine de Sancta Perpetua. Et ipsum kastrum de Pinnana¹⁰ abet affrontaciones de oriente in termine de Mont Agut,¹¹ de meridie in estrata qui vadit ad Carro Fractum, de occiduo in termine de Cherol, circi vero parte similiter. Quantum infra ista[s]¹² affrontaciones includunt et istis terminis prenominatis retinent et ambeunt sic donamus tibi prenominatis kastris cum illorum fortitudines et terminis qui ad ipsos kastos pertinent et pertinere debent ad tuum proprium alaude[m]¹³ ad facere quod volueris et que guardes kastrum Mont Agud cum egressis et exitibus eorum. Et est maniphestum. Et¹⁴ tu Geral sias solt et liber de ipso sacramento quem michi fecistis de istis prenominatis kastris. Quod si nos donatores aut ullusque homo aut¹⁵ femina qui ista carta donacione disrumpere aut inquietare voluerit, in duplo vobis¹⁶ componat aut componamus nos tibi cum omne suam inmeli[oration]em. Et in antea firma sit ista carta, firma sit modo et¹⁷ omnique tempore.

Facta ista carta donacione V^o idus mai, anno IIII^o¹⁸ regnante Leudicus¹⁹ rex.

S[ig+num] Raimundi comes, Sig+num Dulcia, nos qui ista charta donacione fecimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Ponc.²⁰ [Sig+n]um Guillem Dalmaz.²¹ Sig+num Jordà. Sig+num Berenger Guillem. Sig+num Berenger Bernard. Sig+num Martí Umbert. Sig+num Guillem seneschalc.

Arnallus [...],²² qui hoc scripsit die et anno quo sup(*senyal*)pra.²³

1. *C comença*: Hoc est translatum bene et fideliter factum et sumptum XIII^o kalendas septembri, anno Domini M^o CCC^o XV^o a quodam publico instrumento quod sequitur in hunc modum. — *D comença*: Hoc est translatum bene, fideliter firmiterque factum et sumptum XIII^o kalendas septembri, anno Domini M^o CCC^o XV^o a quodam publico donacionis instrumento quod sequitur in hac forma. 2. *Reconstruim les parts del text afectades pels forats segons D.* 3. Barchinonensis D. 4. Pinniana D. 5. *C segueix et pertinent, sense cancel·lar.* 6. *En lloc de desertis; desertis D.* 7. *Manca C i D.* 8. Monte Agud D. 9. Cabra D. 10. Piniana D. 11. Agud D.

12. *Manca C.* 13. *Manca C.* 14. *Quia D.* 15. *vel D.* 16. *tibi D.* 17. *et omet D.* 18. *III° D.* 19. *Laudicus D.* 20. *Ponc Ug D.* 21. *Dalmad D.* 22. *Il-legible a causa d'un forat.* 23. *D substitueix Arnallus [...], qui hoc scripsit die et anno quo sup(senyal)pra per Martinus sacer, qui istum translatum scripsit (senyal).* — *C acaba:* Ego, Bernardus Stephani, scriptor iuratus in scribania Sancte Columbe, hoc translatum cum suo originali legitime comprobatum et examinatum scripsi iussu notarii infrascripti. Ego, Bartolomeus Vitale, presbiter, hic me pro teste subscribo. Ego, Petrus Avellani, presbiter, hic me pro teste subscribo. Ego, Iacobus Ffarerii, clericus et publicus notarius Sancte Columbe pro Bernardo Fferrandi, rectore eiusdem loci, hec scribi feci et meo sig(senyal)no clausi. — *D acaba:* Ego, Bernardus Stephani, scriptor iuratus in scribania Sancte Columbe, hoc translatum cum suo originali legitime comprobatum et examinatum scripsi iussu notarii infrascripti die et anno prefixis et in prima linea contentis. Ego, Bartolomeus Vidal, presbiter, hic me pro teste subscribo. Ego, Petrus Avellani, presbiter, hic me pro teste subscribo. Ego, Iacobus Ffarerii, clericus et publicus notarius Sancte Columbe pro Bernardo Fferrandi, rectore eiusdem loci, hoc translatum scribi feci et meo sig(senyal)no clausi.

424

1112, maig, 15

Empenyorament. *Arbert Ramon i la seva muller Bota, anomenada Hec, empenyoren a Bernat Arbert i a la seva muller Beliarda un mas situat a Feixes, als Banyols, territori de Barcelona, per raó d'un deute de catorze morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 153 (*olim arm. 2* Barcelona, sac H, núm. 681), 140 × 170 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Arbertus Raimundi et uxor mea Bota, que vocatur Hec, impignorores sumus tibi Bernardi Arberti uxorique tue Beliards. Manifestum est enim quia impignoramus vobis mansum unum cum suis pertinenciis. Est autem predictum mansum in loco Baniolos, qui vocatur Fexes. Impignoramus vobis prelocutum mansum cum suis pertinenciis propter XIII moabertinos, tali videlicet modo ut possideatis et habeatis illum cum omnibus illis expletis quod [ex]inde exierint vos et filiis vestris donec reddamus vobis predictum debitum. Si autem nos impignorores reddiderimus vobis predictum debitum, vos, ipsa ora qua nos reddiderimus vobis debitum vestrum, reddatis nobis sine mora hanc impignoracionem, collecto a vobis illo expleto integre quod ibi fuerit ipso tempore. Siquis autem contra hanc impignoracionem venerit sive venerimus, nil valeat, sed componat seu¹ vobis componamus hec omnia in duplum cum omni sua meriolacione. Et in antea maneat firma et in[con]vulsa.²

Quod est actum idus maii, anno III regni Ledovici regis.

Sig+num Arberti Raimundi. Sig+num Hec, q[ue]³ vocatur Bota.

Sig+num Ihoannis fabri. Sig+num Bonefilii Eralli. Sig+num Bernardi presbiteri. Sig+num Poncii.

Sig+num Pelegrini sacerdotis, qui hanc cartam scripsit die et anno quo supra, cum literis.

1. ceu *al text*; u *afegida a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. *Manca*.

425

1112, juny, 8

Pacificació. *Bernat Ató, en compliment d'un arbitratge, es fa home de Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i li lliura dotze castells, que reté en feu d'aquest, i quinze mil sous melgoresos. A canvi, quan el comte aconsegueixi recuperar Carcassona de mans del comte de Tolosa i el Rasès de mans del rei d'Aragó, Bernat Ató tindrà aquests comtats en feu pel comte i recuperarà en alou la meitat dels esmentats castells.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 151 (*olim* arm. 5 Mallorca, sac P, núm. 841), 192 × 278 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.
- A' [Original no localitzat.]
- B [Còpia «in libris nostris», en referència als Libri feudorum maiores, perduda.]
- C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 151 dupl. a, 167 × 281 mm. Bon estat de conservació.
- D Còpia del final del segle XII. Montpeller, Société Archéologique de Montpeller, Cartulari dels Trencavell (Liber Instrumentorum Vicecomitalium) [Ms. 10], ff. 196-196v, doc. 497.
- E Còpia del final del segle XII. Montpeller, Société Archéologique de Montpeller, Cartulari dels Trencavell (Liber Instrumentorum Vicecomitalium) [Ms. 10], ff. 210v-211, doc. 542.
- F Còpia del 17 de juliol de 1668. París, Bibliothèque Nationale, Collection Doat, vol. 64, ff. 5-7v.
- G Còpia del segle XVII. París, Bibliothèque Nationale, Collection Baluze, vol. 70, ff. 44-44v.
- a MARTÈNE, *Thesaurus*, I, p. 334.
- b DEVIC-VAISSETE, *Histoire Général de Languedoc*, V, cols. 827-829, doc. 443-CCCLVIII.
- c MAHUL, *Cartulaire et archives*, V, p. 253.
- d FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 26.
- Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50. — DÉBAX, *À propos d'une figure du fief*, pp. 325-330.

L'exemplar C copia a continuació d'aquest document de pacificació el jurament de fidelitat de Bernat Ató a Ramon Berenguer III, que nosaltres transcrivim

separadament (vegeu el document núm. 426). L'escrivà d'aquesta còpia *C* indica al final, després del jurament, que pacificació i jurament eren dos documents separats, els quals copiava «in libris nostris», en referència als Libri feudorum maiores; el text diu: «As duas cartas reperimus scriptas in libris nostris.» A continuació, aquest escrivà fa referència als exemplars, i als altres documents, de [Bernat Ató], tot dient que no apareixen en el cartoral: «Corpera (*sic*) vero istarum neque aliarum que vestre sint in cartulario nostro nullo modo invenire possumus.»

Únicament presentem les variants de *C*.

In nomine Domini. Haec est carta de placito quod fuit inter Raimundum Berengarii, Barchinonensem comitem, et inter Bernardum Atonis, Biterrensem vicecomitem. Conquerebatur supradictus comes de Bernardo Atonis prescripto, vicecomite de Carcassona, et de honoribus ad Carcassonam pertinentibus et de Redas et de honoribus ad Redas pertinentibus. Ad hoc igitur Bernardus vicecomes dixit se inde sibi¹ facturum rectum. Ex utraque vero parte convenerunt ad hoc Ricardus, Narbonensis archiepiscopus, et Ato eius nepos et Guilelmus Raimundi, comitis dapifer, et Raimundus Rainardi de Rocha et frater eius Guilelmus et Bernardus Bertrandi de Ameliano et ex alia parte Raimundus Idalardi de Ponciano² et Poncius Deodati de Tolosa³ et Bernardus Amatus de Monterezeno et Bernardus de Canned et Petrus Rainardi de Biterris et alii multi inter utrosque pacem simul et finem inquirentes. Et concordaverunt quod⁴ fuisset homo comitis Bernardus Atonis et daret illi duodecim⁵ castella per alodem, scilicet Boxazonem,⁶ Rocham Cezeiram, Ambiletum, Curvallem, Castlar,⁷ Pedenaz, Castellum Novum, Mesoam, castellum Sancti Poncii, Poietum, Mercoirol et Calvencionem et quod comes Raimundus redderet ipsa duodecim⁸ castella per fevum ad Bernardum vicecomitem et ipse Bernardus fuisset inde suus homo et iuraret illi fidelitatem.

Ego Bernardus Atonis, Biterrensis vicecomes, dono tibi Raimundo, Barchoninensi comiti, duodecim⁹ supradicta castella per alodem, per talem convenientiam quod¹⁰ quando ego vel tu invenerimus¹¹ cum domno de Tolosa, quod donet tibi Carcassonam cum honoribus ad Carcassonam pertinentibus, quod tu illam mihi dones et ego accipiam illam per tuam manum et recuperem medietatem per alodem de supradictis duodecim¹² castellis. Et quando ego vel tu invenerimus cum Aragonensi rege, quod accipiam de te¹³ Redas cum honoribus ad Redas pertinentibus, quod tu illam mihi dones cum suis honoribus et ego accipiam illam per tuam manum et recuperem similiter per alodem aliam medietatem de supradictis duodecim¹⁴ castellis. Propter supradictum placitum et

conveniencias ego Bernardus Atonis donavi tibi Raimundo comiti quindecim milia inter solidos et solidatas melgorienses et dono tibi cum hac carta duodecim supradicta castella per supradictas convenientias. Hec omnia facta sunt cum consilio Cecilie, uxoris Bernardi vicecomitis.¹⁵

Facta fuit hæc carta VI idus iunii, Dominicę incarnationis anno M^o C XII, regnante rege Lodoico, in presentia supradictorum virorum et aliorum, Guilelmi Raimundi de Redorta, Berengarii Bernardi de Sobiraz et aliorum multorum.

Stefanus Sicfredi scripsit cum emendatione in margine facta.

1. dixit se tandem sibi C. 2. C segueix et Pontiano, sense cancel·lar. 3. Tolosla al text; Tolosa C. 4. quod afegit a la interlínia. 5. duo X^{sim} C. 6. Bocxazonem C. 7. Castllar C. 8. XII C. 9. XII C. 10. C omet quod. 11. invenerimus escrit a sobre d'una raspadura. 12. XII C. 13. accipiam de te escrit a sobre d'una raspadura. 14. XII C. 15. hec omnia ... vicecomitis afegit al marge esquerre; un senyal d'avís en el text hi remet.

426

[1112, juny, 8]

Jurament de fidelitat. *Bernat Ató, vescomte de Besiers, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

A [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 303.]

C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 151 dupl. b, 170 × 290 mm. Bon estat de conservació.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 848 (transcriu únicament la rúbrica perquè no ha trobat el document).

b FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 30.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50.

Aquest jurament apareix copiat en un mateix pergami a continuació de la pacificació pactada entre Ramon Berenguer III i Bernat Ató, de la qual prenem la data (vegeu el document núm. 425). L'escrivà d'aquesta còpia C indica, al final, que pacificació i jurament eren dos documents separats (vegeu el mateix document núm. 425).

De ista hora in antea ego Bernardus, vicecomes Biterrensis, filius Emengardis femine non dezebrai te Raimundum, comitem Barchinonensem, filium Mahaldis femine, de tua vita neque de tuis membris que in corpore¹ tuo se tenet neque tollam tibi civitates tuas aut castella que hodie habes vel tenes aut homines per te aut in antea cum meo consilio² aquisieris, sed fidele ero tibi per

fidem, sine enganno, sicut homo debet esse ad suum seniore
 cui propriis manibus se comendavit. Sicut superius scriptum est,
 si o tenrai et o atendrai ego Bernardus prescriptus tibi Raimundo
 iamdicto. Per hec sancta.

1. *En lloc de corpore.* 2. *Segueix ac, ratllat.*

427

1112, juny, 9

Definició. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, renuncia a favor de Bernat Ató, vescomte de Besiers, als drets sobre Carcassona i el Rasès, d'acord amb les convinences establertes entre ells.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 152 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 360), 120 × 180 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior; f. 302.]
 C Còpia del final del segle XII. Montpeller, Société Archéologique de Montpellier, Cartulari dels Trencavell (Liber Instrumentorum Vicecomitalium) [Ms. 10], f. 196v, doc. 497.
 D Còpia del 17 de juliol de 1668. París, Bibliothèque Nationale, Collection Doat, vol. 64, ff. 7v-8r.
 E Còpia del segle XVII. París, Bibliothèque Nationale, Collection Baluze, vol. 70, f. 44v.
 a MARTÈNE, *Thesaurus*, I, p. 334.
 b DEVIC-VAISSETE, *Histoire Générale du Languedoc*, V, cols. 827-829, doc. 443-CC-CLVIII.
 c MAHUL, *Cartulaire et archives*, V, pp. 253-254.
 d MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 844.
 e FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 28.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 250, 436. — MIRET Y SANS, *La casa*, pp. 49-52. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50.

Ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes, absolvo et guirpisco tibi Bernardo Atonis, Biterrensi vicecomiti, Carcassonam cum honoribus sibi pertinentibus et Redas cum honoribus sibi pertinentibus, salvis convenienciis inter me et te factis.

Facta fuit hec guirpicio V idus iunii, anno Dominico M C XII, regnante rege Lodoico et in presencia Ricardi, archiepiscopi Narbonensis, Atonis sui nepotis, Guilelmi Raimundi, comitis dapi-feri, Raimundi Renardi de Rocha et fratris eius Guilelmi Bernardi de Canned, Bernardi Bertrandi de Ameliano, Raimundi Idalardi, Poncii Deodati, Bernardi Amati de Monte Sereno, Guilelmi de Cobiatis, Petri Siguarii de Biterris et Petri Rainardi et aliorum multorum quorum nomina hic non sunt scripta.

428

[1112, juny, 9]

Jurament de fidelitat. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, jura fidelitat a Bernat Ató, vescomte de Besiers.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 29 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 423), 65 × 145 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 302.]
- a DEVIC-VAISSETE, *Histoire de Languedoc*, V, doc. 443 (extret d'un cartoral de l'Arxiu de la ciutat de Carcassona i del castell de Foix).
- b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 844.

Acceptem la data proposada per F. Miquel Rossell, que coincideix amb la de la definició feta per Ramon Berenguer III a Bernat Ató (vegeu el document núm. 427).

De ista hora in antea ego Raimundus, comes Barchinonensis, filius Maaltis femine, no dezebrai te Bernardum, vicecomitem de Biterris, de tua vita neque de tuis membris que in tuo corpore se tenent neque tollam tibi tuas civitates neque tua castella que hodie abes et tenes, aut homines per te, aut in antea cum meo consilio autquisieris. Sicut superius scriptum est, si o tenrai et o atendrai¹ tibi Bernardo iamdicto. Per hec sancta.

1. La primera a afegida a la interlínia.

429

1112, juny, 15

Testament. *Guillem Ramon, clergue, atorga testament. Fa diverses deixes a la canònica de Sant Pere de Vic, al monestir de Santa Maria de l'Estany, al seu nebot Guillem Gerald i al seu afillat Pasqual.*

- A [Original no localitzat.]
- B [Trasllat del 17 de juliol de 1177 no localitzat.]
- C Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA. Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 154, 150 × 270 mm. Bon estat de conservació.
- D Trasllat de B, del 15 de juny de 1203. ACA. Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 154 dupl., 130 × 260 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques i d'algun estrip.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guilelmus Raimundi clericus, nimio langore preventus, timeo repentine mortis interitu[m]¹ ideoque dum plenum habeo sensum et memoriam integram, hunc testamentum scribere facio ne in ordinatis meis rebus aut ante quam aliud testamentum faciam ultimum diem

claudam. Quapropter mando atque constituo ut sint distributores rerum mearum Bernardus, abba Stagni, et Guilelmus Borrelli et Berengarius Xedmari et Berengarius sacerdoti, quibus precipio ut si ex hac infirmitate humanis rebus excessero, ita distribuant omnes facultates meas sicut in hoc testamentum subterius ordinavero. In primis dimitto domino Deo et canonicis Sancti Petri omne meum alodium quod habeo intra parrochiam Sancti Felicis de Terraciola et Sancti Felicis Rotorensis et ipsum quod habeo in parrochia Sancti Petri de Ferreros.² Tali quidem pacto ut filii ecclesie Sancte Marie de Stagno semper habeant in ipso meo universo alodio paleare et lignare et usus rerum omnium necessarios ademprent sine cuiuslibet persone blandimento. Si quid autem voce predecessorum vel parentum meorum aliquid eidem ecclesie unquam collatum fuit, solide et libere corroboracionis meę signaculo in perpetuum obtineat. Baiuliam quoque tocuis prefati alodii dimitto Guilelmo nepoti meo, tali sanctione ut Pascale, nutritus meus, habeat ipsam baiuliam per Guilelmum prefatum et teneat eam omnibus diebus vite sue. Si quis vero clericorum Sancti Petri vel episcoporum ipsam baiuliam prenominato³ Paschalis⁴ auferre temptaverit, Guilelmus sit in medio et faciat directum de eo. Si autem rectum per eum accipere noluerint et in fatigatione directi ipse Guilelmus X diebus extiterit et ipsi iniuste ipsa[m] baiuliam subripere voluerint, XI die sit⁵ facultas ipsi Guilelmo vindicare sibi ipsum alodium et tamdiu tenere donec prefato Paschali baiulia redderetur. Domos autem meas universas quas habeo in villa Vici cum vasculis maioribus atque minoribus, pannis et omnibus utensilibus domus meę dimitto Guilelmo Geraldi nepoti meo ut habeat ipsas et teneat semper sicut et ego teneo eas et habeo ad servicium Sancti Petri. Mulam autem meam cum bove I et VIII morabetinos de XIII quos sacrista debet mihi et medietatem de expletis que hoc primo anno collecturus eram et medietatem de veteribus eidem Guilelmo dimitto. Alium vero bovem cum asella et cum alia medietate expletorum veterum atque novorum Sancte Marie de Stagno dimitto. Alios V morabetinos dimitto canonicis Sancti Petri de prenominatis XIII. Istius autem textum testamenti Guilelmus Borrelli semper teneat dum superstes fuerit. Eo deficiente, abbas Stagnensis semper ipsum observet.

Actum est hoc XVII kalendas iulii, anno IIII regni regis Ludovici.

Guilelmus Raimundi clericus +, qui hoc testamentum manu propria confirmo.

Sig+num Bernardi abbatis +. Sig+num Bernardus Guilberti. Sig+num Pascaul. Arnallus Iohannes +. Petrus Bernardi levita (*senyal*).

Iudex Guilelmus (*senyal*) hoc confirmo⁶ legibus hanc supradicti testatores ultimam voluntatem legaliter confectam ante sex menses publicatam manifestius, sicut constitutum est legibus.

Berengarius sacer, qui hoc scripsit die et anno quod + supra.⁷

1. Manca. 2. Fereros D. 3. *La segona n corregeix* ti. 4. Pascali D. 5. sit *afegit a la interlínia*. 6. hoc firmo D. 7. *D acaba*: Raimundus sacerdos, qui hoc fideliter transtulit XVI kalendas augusti, anno XL regni regis Lodovici iunioris (*senyal*). Raimundus levita, qui hoc translatum iterum transtulit, cum literis suprapositis in II et in VIII et in X, scilicet (*sic.*) ubi dicitur «meis», «vel», «aut», «aut[em] voce», «vel», «ne», et in VIII X rasis et emendatis ubi dicitur «Sancti Petri cano[ni]ce de prenomatis», XV kalendas iulii et anno Domini M CC III, die et anno quod su(*senyal*)pra.

430

[Després de 1112, juny, 15]

Adveració. *Els almoiners de Guillem donen testimoniatge del seu testament, pel qual llegà a la Catedral de Vic l'alou que tenia a Sant Feliuet de Terrassola, Sant Feliu de Rodors i Sant Pere de Ferrerons, amb empriu per als homes de l'Estany i sota la batllia del seu nebot Guillem, que al seu torn l'haurà de cedir al seu nutritus Pasqual.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3212, 155 × 365 mm. Bon estat de conservació, malgrat una petita mutilació al marge inferior dret i algunes taques.

Datem el document tenint en compte la data del testament del mateix Guillem (vegeu el document núm. 429). Manca tot el protocol final, la qual cosa fa pensar en una primera redacció de l'adveració.

In sempiterni nomine Regis. Hec est scriptura publicationis ultime volumptatis cuiusdam Guillelmi morientis, edita modo primi et secundi ordinis ex decreto gotice legis ordinatione Guillelmi iudicis. Ideoque nos testes [...],¹ ordinatione dicti iudicis iuramus manibus nostris his conditionis editis super altare sanct[...],² coram sacerdote et testibus plurimis, nos vidisse et audisse quando et qualiter dictus Guillelmus suam ultimam voluntatem ante se fecit scribere et, lectam audiens, laudavit et laudatamque mani proprie firmavit et nobis firmari mandavit et plenu sensu et memoria ita perfici rogavit. Cuius testationis testes hic sine fraude translatus abent totus et ta[n]tus³ sua dictatione servatus. In primis dimisit

domino Deo et canonice Sancti Petri omne suum alodium quod abebat intra parroechiam Sancti Felicis de T[er]racola⁴ et Sancti Felicis Rotorensis et ipsum quod abebat in parroechia Sancti Petri de Ferrerons, tali⁵ quidem pacto ut filii ecclesie Sancte Marie de Stagno semper habeant in ipso suo universo alodio paleare et lignare et usus rerum omnium necessarios ademperit⁶ sine cuiuslibet persone blandimento. Si quid autem voce predecessorum vel parentum suorum aliquid eidem ecclesie unquam collatum fuit, solide et libere corroborationis sue signaculo in perpetuum optineat. Baiuliam quoque totius prefati alodii dimisit Guillelmo, nepoti suo, tali sanccione ut Pascalis, nutrito suo, abeat ipsam baiuliam per Guillelmum prefatum et teneat eam omnibus diebus vite sue. Si quis vero clericorum Sancti Petri vel episcoporum ipsam baiuliam prenominato Pascali auferre temptaverit, Guillelmus sit in medio et faciat rectum de eo. Si autem rectum per eum accipere noluerint et in fatigatione directi ipse Guillelmus X diebus extiterit et ipsi iniuste ipsam baiuliam subripere voluerint, XI die sit facultas ipsi Guillelmo vindicare sibi ipsum alodium et tamdiu tenere donec prephato Pascali baiulia redderetur. Domos autem⁷ universas suas quas habebat in villa Vici cum vasculis maioribus atque minoribus, pannis et omnibus utensilibus domus sue, dimisit Guillelmo Gheraldi, nepoti suo, ut abeat ipsas et teneat semper sicut ille tenebat eas; et habeat ad servitium Sancti Petri. Mulam autem⁸ suam cum bove I et VIII morabetinis de XIII quos sacrista debebat sibi et medietatem de expletis que hoc primo anno collecturus erat et medietatem de vevetribus,⁹ eidem Guillelmo dimisit. Alium vero bovem cum asellam et cum alia medietate expletorum veterum atque novorum, Sancte Marie de Stagno dimissit. Al[ios V]¹⁰ morabetinos dimisit canonice Sancti Petri de prenominatis XIII istius.¹¹

1. Espai en blanc de 220 mm, fins al final de la línia. 2. Espai en blanc de 70 mm. 3. Manca. 4. Manca. 5. t corregeix l. 6. i afegida a la interlínia. 7. Segueix meas, ratllat. 8. Segueix ra, ratllat. 9. En lloc de veteribus. 10. Restituim les lletres que manquen a causa d'un petit estrip. 11. Manca tot el protocol final del document.

[1111, juny, 24 / 1112, juny, 23]

Convinença. *Pere Ramon I, comte de Pallars Jussà, atorga en feu a Teudebald Ramon de Figuerola, senyor del castell d'Orcau, la vila*

de Figuerola. Acorden que si el comte construeix un castell o fortalesa a l'esmentada vila, l'encomanarà a Teudebald mitjançant jurament i aquest li donarà la potestat.


- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 156 (*olim* arm. 3 Lleida, sac D, núm. 223), 190 × 250 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 31c-d.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 69.

Anno IIII^o regni Laudovici regis. Acta est convenientia inter domnum comitem Petrum Raimundi et inter domnum principem Orkaliensis katri, id est Tedballum Raimundi de villa Figuerola. Predictus Tedballus accipit predictam villam Figuerolam per fevum de predicto comite Petro, in tali conventu quod Tedballus habeat duas ipsas partes de illis suis dominicis quos habebat in dicta villa Figuerola et predictus Petrus comes habeat terciam partem extra alaudibus planis, id sunt terris et vineis que unusquisque inde abstract. Et si preductus comes Petrus potuerit facere meliorationem in predictam villam vel per ipsam villam, quod habeat ipse comes illas duas partes et Tedballus habeat ipsam terciam partem. Et si comes Petrus predictus fecerit kastrum aut fortezam in villa Figuerola, quod affidet Tedballo per sacramentum prius quod non illud ei tollat illud kastrum nec illam villam neque tollere eum illi fatiat, et si aliquis homo vel femina id ei abstulerit, quod predictus comes adiuvet ei per fidem sine enganno. Et Tedballus princeps donet potestatem de ipso kastro vel de ipsa forteza ad Petrum comitem cunctisque vicibus ei eam quesierit. Et ille cui Petrus comes dimiserit predictam villam similiter affidet Tedballo sicut suprascriptum est, aut illum cui Tedballus dimiserit, et similiter habeat potestatem; et omnia et cuncta posteritas illorum vel uti de illis scriptum est, ita teneant et habeant.

Sig+num Petri comitis +.

Sig+num Raimundi Fulconis, Sig+num Rodgeri de Montangana, Sig+num Raimundi Mironis de Bellera aliorumque plurimorum hominum. Tedballi* +.

Lator legis ac iuris Raimundus scripsit cum signis et conditionibus (*senyal*) prefixis.



1112, juliol, 22

Definició. *Arnau Bernat, la seva muller Adelaida, el seu fill Bernat i les seves filles renunciem a favor del monestir de Sant Joan de les Abadesses a tots els drets sobre un mas situat a la vila de Carkasses que injustament retenien com a alou; alhora fan donació a l'esmentat monestir del mas on resideixen, situat a la mateixa vila. El monestir els atorga en tinença ambdós masos, pel primer dels quals hauran de pagar la tasca i pel segon un pernil o un parell de gallines cada any.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 172, 160 × 470 mm. Bon estat de conservació.

Cit. JUNYENT, *El monestir*, p. 46. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 50.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quoniam ego Arnaldus Bernardi et coniux mea Adalaidis cum filio nostro¹ Bernardo hac filiabus nostris evacuamus, diffinimus, iachimus domino Deo et Sancto Iohanni cenobio Abbatissarum alodium eiusdem Sancti Iohannis cum consilio² Raimundi Poncii de Melagno atque Wilelmi Poncii et Dalmachi Poncii fratrum quod actenus nos prelibati iniustę abuimus et tenuimus in villa Carkasses, scilicet unum mansum cum omnibus suis pertinentiis. Tali videlicet racione ut ab hodierno die³ et deinceps nec nos prefati nec aliqua persona hominis vel feminę hanc nostram evacuationem et diffinicionem in aliquo audeat dirru[m]ppere.⁴ Quod qui fecerit in triplo cogatur componere. Insuper nos prenominati scilicet Arnaldus Bernardi et coniux mea Adalaidis, simul cum filio meo Bernardo ac filiabus nostris, donamus in predicta villa unum mansum quem⁵ nos tenemus per nostrum alodium ubi manemus predicto Sancto Iohanni nostra propria sponte cum omnibus suis pertinentiis et exitibus ac reitibus et terminis et affrontationibus ad proprium alodium sine ullo retentu et sic de nostro iure tradimus predicta omnia in dominium et potestatem predicti cenobii propter remedium animarum nostrarum seu nostrorum parentum. Quam donacionem firma et incondulsa⁶ semper consistat ita ut a nulla persona deinceps disrumpatur. Quod qui facere temptaverit in duplo predictum mansum eidem Sancto Iohanni componat. Ego quoque Raimundus, prior predicti cenobii, cum consensu priorisę et ceterorum in loco manentibus concedimus tibi predicto Arnaldo Bernardi prefatos mansos⁷ ut teneas et abeas illos in vita tua in servicio Sancti Iohannis et nostro seu successorum nostrorum,

ita ut de prefato manso qui erat alodium Sancti Iohannis dones annuatim nobis et successoribus nostris tascham de omni expleto fideliter. De alio quem dedistis per alodium iamdicto Sancti Iohanni, annuatim dones aut unam pernam aut unum parilium gallinarum. Ad obitum vero tuum deveniant⁸ cuncta superius scripta in ius et dominium pretitulati cenobii sine ulla minoratione⁹ vel diminutione. Quod si etiam nos tunc dare voluerimus prefatos mansos pro laboracione alicui homini vel femine et unus¹⁰ de filiis¹¹ tuis fuerit talis¹² qui hoc tenere voluisset per nos per laboracionem et censum et omnem consuetudinem quam alii laboratores voluerint nobis facere ipse simili¹³ modo voluerit, inde sine ulla inquietudine facere habeat prefatos conven[tos]¹⁴ mansos pro laboracione sub predicto conventu. Si quis hoc dirumpere aut violare temptaverit, in duplo eidem componat.

Actum est hoc XI^o kalendas augusti, anno V^o regni Ludovici regis.

Sig+num Arnaldi Bernardi, Sig+num Adalaidis, coniux eius, Sig+num Bernardi, nos qui hanc scripturam evacuationis, diffinitionis seu donationis fieri iussimus et propriis manibus firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Raimundi Poncii. Sig+num Wilelmi Poncii. Sig+num Dalmachi Poncii. Sig+num Dalmachi, fili[i]¹⁵ Raimundi Poncii. Sig+num Giraldi de Castelloni. Sig+num Dalmachi Giraldi. Sig+num Petri Giraldi. Sig+num Arnaldi Giraldi. Sig+num Raimundi Bertrandi.¹⁶

Arnaldus clericus scripsit + die et anno quo supra.

1. nostro *corregeix* meo. 2. *Segueix* et ra, *expuntuat*. 3. i *corregeix* e. 4. *Manca*. 5. quem *corregeix* de. 6. *En lloc d'inconvulsa*. 7. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament quinze lletres*. 8. a volada sobre la e i afegida a la interlínia, sense cancel·lar. 9. La primera o *corregeix* u. 10. unus *escrit sobre raspat*. 11. f *corregeix* a. 12. t *corregeix* a. 13. m *corregeix* l. 14. *Manca*. 15. *Manca*. 16. Sig+num Raimundi Bertrandi *afegit posteriorment per una altra mà*.

433

1112, setembre, 29

Donació. *Pere Folc dóna a la seva muller Adalgarda el castell d'Aguiló.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 157, 120 x 300 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 588.

In nomine Domini. Ego Petrus Fulconi certum est enim quia placuit animis meis nullius tamen cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea mea elegit voluntas ut cartam donacionis faciam tibi Adalgardis, uxori mee, de ipsum kastrum de Aquilone cum omnibus pertinentiis et terminibus suis et kastellanis et pagesenssibus atque censis sive forciis atque accaptis ad eundem kastrum pertinentibus. Tali etiam conventu dono tibi prenominata omnia ut post obitum meum habeas et teneas in vita tua, cum marito¹ et sine marito, et post obitum tuum remaneat uni ex filiis qui de² me et te fuerint procreati cui tu dimittere volueris. Quantum ibi habere debeo totum tibi dono et de meo iure in tuo trado dominio et potestate ut habeas, teneas sine blandimento alicuius hominis vel femine, sicut superius resonat. Et est manifestum. Quod si ego donator aut aliquis homo vel femina hanc scripturam donacionis dirumpere voluerit, componam aut componat in duplo cum omni sua melioracione. Et nunc et in antea hec scriptura donacionis firma et stabilis permaneat.

Actum est hoc III kalendas octobris, anno V Leudovici regis Francorum.

Sig+[num]³ Petrus Fulconi, qui istam cartam donacionis feci scribere⁴ et firmavi testibusque firmare rogavi.

Sig+[num]⁵ Bernard Bermon. Sig+num Guillem Bermon. Sig+num Ramon Bernard. Sig+num Arbert.

Wilelmus sacer, qui hoc scripsit in prefato die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Sobre la t, o volada sense cancel·lar. 2. Segueix et, ratllada. 3. Manca.
4. scribere al text. 5. Manca.

1112, octubre, 10

Definició i convinença. *Bernat Adalbert de Navata renuncia a favor de Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, a tots els drets sobre el forn de Besalú i a l'honor que havia estat de Berenguer Ramon de Navata, rep en feu del comte la dominicatura d'Orriols i la batllia de l'Estela. A canvi, Bernat Adalbert serà home soliu del comte.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 158 (*olim* arm. 4 Girona, sac E, núm. 381), 160 × 140 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 10.]

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 329-330.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 509.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 224.

Hec est diffinitio atque convenientia quam facio ego Bernardus Adalberti de Navata tibi domno Raimundo Berengarii, Barchilonensi, Bisuldunensi atque Proventie comiti. Diffinitio namque ego iamdictus Bernardus tibi iamdicte comes ipsum furnum de Bisulduno cum universis ad se pertinentibus ad faciendum de eo quodcumque voveris et totum ipsum honorem qui fuit Berengarii¹ Raimundi de Navata in quibuscumque sit locis, excepta dominicatura d·Uriols quam ibi habes et tenes et una baiulia² in Stella que mihi donas ad fevum. Et per istam dominicaturam atque baiuliam quas mihi donas ad fevum et per alium honorem quem teneo de tuo honore, convenio ego iamdictus Bernardus tibi iamdicte comes quod ab hodierna die et deinceps sim tuus solide et libere contra cunctos homines et feminas, sicut homo debet esse de suo meliore seniore. Item convenio tibi ut faciam tibi corts et placita et seguis et hosts et cavalcadas in omnibus partibus sine tuo engan.³

Facta convenientia VI idus octobris, anno V regni Ludoici regis.

Sig+num Bernardi Adalberti, qui hanc convenientiam feci, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Raiambaldi. Sig+num Petri Raimondi de Mata. Sig+num Raimondi⁴ Arnaldi. Sig+num Dalmacii de Petra Talata. Sig+num Bernardi Guilelmi de Lucan.⁵ + Petrus sacrista*.

Pontius scripsit.

1. La darrera i afegida a la interlínia. 2. u corregeix r. 3. en volat i afegit a la interlínia a sobre de dues lletres raspades. 4. La darrera i corregeix y. 5. Sig+num ... Lucan escrit per una altra mà.

435

[1098-1112], gener

Convinença. *Pere Ramon I, comte de Pallars Jussà, acorda amb Orset i Berenguer Madeix que cap dels tres no farà les paus amb Ficapal sense l'acceptació dels altres dos. Es donen mútuament diversos castells en penyora com a garantia de compliment.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3197, 121 × 183 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document pels anys del regiment de Pere Ramon I de Pallars Jussà.

In Dei nomine. Hec est conveniencia que facta est inter Petrus, gracia Dei chomes, et Orset et Berenger Madex. Convenit iamdictus Petrus ad Orset et Berenger Madex ut de ista hora in antea non faciat finem cum Fichapalo si non potuebat directo achabtare de Ficapal ad Orset et ad Berenger, aut tale consilio que illis recipere voluissent. Similiter conveniunt Orset et Berenger ad iamdictus Petrus chomes ut non faciant finem cum Fichapal si non potuebant directo achaptare ad Petro chomite de Fichapal, aut tale consilio quod Petrus recipere voluisset. Et per hoc que sit factum quomodo superius scriptum est mitunt in pignora Orset et Berenger ipsa torra de Ribera ad ipso chomite in potestate de Compang. Quod si non tenebant ista conveniencia ad Petrus chomes, donasset Chompang potestate ad Petro chomite de ipsa torra de Ribera per directa fide, sine suo engan de Petro chomite. Similiter mitit in pignora Petrus chomes ipso kastro de Avolo in potestate de Remon Remon; quod si non tenebat ista conveniencia Petrus chomes ad Orset et ad Berenger Madex, donasset Remon Remon potestate ad Orset et ad Berenger Madex de ipsa torra de Avolo per directa fide, sine engan.

Facta ista conveniencia in mense ianuario.

Sig+num Petrus, gracia Dei chomes. Sig+num Orset. Sig+num Berenger Madex.

Sig+num Petrus Rodger de Girveta. Sig+num Bertran At.

436

[1098-1112]

Convinença. *Sibil-la, esposa de Ficapal, acorda amb Pere Ramon I, comte de Pallars Jussà, que si Teudebald no compleix l'acord fet amb el comte, ella serà fidel i soliu a aquest i, en cas que Ficapal mori, ella li donarà la potestat del castell de Gilareny en nom seu i del seu fill.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 7, 250 × 136 mm. Estat de conservació regular.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, ff. 37d-38a.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 97.

Datem el document pels anys del regiment de Pere Ramon I de Pallars Jussà.

Hec est convenientia qui est facta inter domno Petro, gratia Dei comite, et sua muliere de Ficapalo, nomine Sibilla. Et convenit illa ad domno comite iamdicto quod si Tedballus voluit concordare apud illo comite ipso placito¹ qui fuit dicto per se et per suos missos ad illo comite ad Muro sine enganno, quia domnus² comes faciat ad eum ipsum placitum quomodo fuit parabolatum. Et si Tedballus facere non voluerit illo placito³ apud domno comite, convenit sua mulier de Ficapalo apud suum alode de Ficapalo et apud suo fevo que siat sua solida de domno comite Petro quomodo homo debet essere de suo meliore seniore et de suo solio seniore. Et faciat ad eum de ipsum qui suprascriptum est hostes et cavalcatas et placitos per directa fide, sine enganno, de domno Petro comite quomodo omo debet facere ad suum solidum et meliorem seniore. Et sicut superius scriptum est, sic teneat et attendat ista convenientia a domno comite usque Ficapalo veniat. Et si de Ficapalo minus venerit aut non reverterit, sic teneat et attendat ista convenientia iamdicta sua mulier et suo filio de Ficapalo ad domno Petro comite per fide, sine enganno. Et si a Ficapalo mors venerit, convenit sua mulier de Ficapalo, per se et per filium suum, que faciat ad eum directum de Guilaren infra triginta dies que domno Petro comite requisierit ad eos per se aut per suo misso que faciant ad eum ipsum directum per fide, sine enganno. Et si de Tedball minus venerit et illa abet, aut suo filio, illa onore de Balle Ferrera, similiter faciat illum directum ad Petro comite per fide, sine enganno. Et si de Petro comite minus venerit, sic teneant et attendant⁴ ista convenientia iamdicta ad illos aut illas cui domnus commes dimiserit aut dubitaverit sua onore⁵ per directa fide, sine enganno.

Sig+num Petro comite. Sig+num Sibila, qui hanc convenientia rogavit scribere et testes firmare et suas signas facere.

Sig+num Mir Guirreta. Sig+num Ramon Guirbert. Sig+num Ferraz. Sig+num Petro Radolf. Sig+num Willelmo Amaneu.

1. placito *al text*; placito B. 2. comite ad Muro ... quia domnus *omet* B.
 3. et si Tedballus ... illo placito *omet* B. 4. *La primera a afegida a la interlínia.*
 5. onore *afegit a la interlínia.*

[1098-1112]

Convinença. *Ramon Guitard i la seva muller Sança atorguen a Pere Ramon I, comte de Pallars Jussà, la batllia de Sança i els seus fills,*

en cas de mort de Ramon Guitard. A canvi, el comte els ajudarà a mantenir el castell d'Alòs d'Isil.

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 11
(olim arm. 3 Lleida, sac C, núm. 154), 90 × 290 mm. Bon estat de conservació.
B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 48b-c.
a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 134.

Datem pels anys del regiment de Pere Ramon I de Pallars Jussà.

In Dei nomine. Hęc est convenientia qui ęst facta inter Petrus comes et Raimundo Gitard et coniux eius Sanca. Convenit Raimundus et Sanca que si minusvenerit de Raimundus Gitard ipsam suam¹ honorem et sua muliere et suos filios et suos homines remaneant in bagolia de Deo et de ipso comite, salva fidelitate de ipso comite Ermengaudo si ipse recipere voluit, exceptis ipso kastro de Alos. Et si nullus homo tollere voluerit ipso castro de Alos ad sua muliere vel ad suos filios, valeat illis ipso comite sine engan. Et comandat Raimundus ad ipso comite sua muliere et suo filio et suos homines que donent potestate de ipsa honore ad ipso comite, salva fidelitate de Sanca et de suos filios. Et si minusvenerit de istos homines, ipsi alii qui venerint et tenerint ipsa honore similiter fiant suos homines de ipso comite. Et convenit ipso comite ad Raimundo Gitardi et ad Sanca et ad suos filios que adiuvet ad tenere et ad defendere contra cunctos homines vel feminas ipsa honore, per directa fide, sine engan.

Signum+ Raimundo Gitard, Signum+ Sanca, Signum+ Petro comite, qui ista convenientia mandavimus scribere et testes firmare.²

Signum+ Poncio Bernard, Signum+ Bernard Erall, Signum+ Berengario Ricard, Signum+ Pere Ramon, Signum+ Ramon Folc, Signum+ Ramon Gerbert, Signum+ Ramon Brocard, isti sunt testes.

Bernardus presbyter, rogatus scripsit + (*senyal*).

1. suam *afegit a la interlġnia.* 2. qui ista convenientia ... testes firmare *omet B.*

[1098-1112]

Convinença. *Miró Ramon renuncia a fer cap reclamació a Pere Ramon I, comte de Pallars Jussà, pel seu empresonament i accepta com a compensació els béns que el comte li dóna; al mateix temps es fa home seu. Pere Ramon i els seus valedors donen garanties a Miró Ramon per dues-centes unces d'or de Jaca.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3462, 60 × 155 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document pels anys del regiment de Pere Ramon I de Pallars Jussà.

In Dei nomine. Hec est convenientia que est facta inter Petro Raimundo et Miro Ramundo. Convenit Mir Ramon ad Petro iamdicto que faciat ad eum finem de ipsa presone qui illi fecit et de ipsum avere quem ad eum donat. Et ad ipsos omnes qui ad Petro valgerunt et ad Miro nocuerunt sic faciat finem similiter quomodo ad Petro. Et per ista finem iamdictam siat suo hominem comendatus Mir Raimundus de Petro Raimundo, in tale convenientia que non disfidet eum et teneat ipsa finem per directa fide, sine enganno de Petro Raimundo, si non faciebat ei Petrus Raimundus tale forsfactura de ipsa ora in ante que non voluisset directum facere aut non potuisset. Et super hoc faciunt¹ plivios de ista finem iamdicta que sia tenuta per fide. Et que non faciat querelam Mir Ramon de ista presone nec de isto avere, nec ille nec homines nec feminas per suum consilium nec per suum ingenium.

Hoc sunt plivium: Pere Ramon, setanta uncias, Bertran At, XXX^a, Bernard Guillem, XX, Mir Guirreta, XX, Guillem Ramon, XX, Pere Rodger, XX, Eriman Radolf, XX. Et hoc siat a valente de auro de Iacca.

1. faciunt *repetit*.

439

[c. 1112]

Convinença. *Bernat Ató, vescomte de Besiers, promet a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona i de Provença, que complirà el jurament d'homenatge i fidelitat que li havia fet. Ramon Berenguer III li promet seguretat i defensa davant el comte Alfons Jordà de Tolosa i li dóna en feu Carcassona i el Carcassès i, en cas d'obtenir-los del rei d'Aragó, la ciutat i el comtat de Rodés; li dóna, també, sis castells més. Bernat Ató, a canvi, li promet ajuda, excepte contra l'arquebisbe Alfons de Narbona, Eimeric III, vescomte de Narbona, i Bernat d'Anduse.*

A [Original no localitzat.]

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 302.]

C Còpia del final del segle XII o principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 2, 175 × 205 mm. Carta partida per la llegenda «Deus in nomine tuo salvum me fac» pel marge inferior. Bon estat de conservació.

- C' [Còpia de final del segle XII o principis del segle XIII no localitzada.]
 D Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer I, carp. 16, núm. 392b. Document copiat sobre el primer de dos pergamins juxtaposats verticalment i cosits amb una tira de pergamí. Bon estat de conservació.
 E Còpia del segle XVII. París, Bibliothèque Nationale, Collection Baluze, vol. 108, ff. 53v-54r.
 a BOFARULL, *Los condes*, II, p. 63.
 b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, docs. 843 i 845.
 c FELIU; SALRACH (dir.), *Els pergamins*, III, núm. 952.
 d FERRER MALLOL; RIU RIU (dir.), *Tractats*, docs. 31 i 32.

Cit. DÉBAX, *À propos d'une figure du fief*, pp. 325-330. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 148, 257.

Vegeu la transcripció d'aquest document a FELIU; SALRACH (dir.), *Els pergamins...*, III, doc. núm. 952. Haver localitzat les còpies C i E ha permès completar la tradició documental d'aquest document.

Datem el document per l'any del casament de Ramon Berenguer III amb Dolça de Provença, perquè considerem que, per aquest motiu, els magnats devien jurar fidelitat als comtes.

440

1113, febrer, 22

Venda. *Ricard Guillem i la seva esposa Ermessenda venen al bisbe de Barcelona Ramon Guillem el castell d'Arraona, que tenien en penyora dels germans Ramon Guillem i Pere d'Òdena i de les seves esposes per un préstec de cinquanta-set lliures de plata. Passat el termini sense haver recuperat el préstec, venen el castell per seixanta lliures de plata.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 160, 190 × 415 mm. Bon estat de conservació.
 a CONDE, *L'archivio*, doc. 61.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 702. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 55, 58. — BENSCH, *Barcelona*, p. 141. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 138.

Iusticie ratio postulat ut legalia facta legalibus scriptis debeant comendari. Proinde per presentis scripture seriem universorum memorie volumus significare qualiter ego Ricardus Guillelmi Barchinonensis et uxor mea Ermesendis a Raimundo Guillelmi de Odena et Petro fratre eius coniugibusque suis castrum Arraone, cum terminis et omnibus pertinenciis suis, in pignus acceperimus pro quinquaginta et sex libris plate, in unoquoque solido argencium unus cuiuscumque metalli continentis tantum, quas nos eis pre[s]stavimus¹ ad Iherosolimitanum² iter perficiendum. Transacto itaque ipsius pigneraticie caucionis multo post tempore neque ab ipsis debitoribus set neque ab eorum heredibus quod nobis debebatur

cum aliquatenus recuperare minime possemus ac citius personis quas in pignerum transaccione lex adesse precipit, prescriptum pignus venale cunctis exposuimus. Et cum a nemine plus precii invenire possemus, vendimus illud pignus domno Raimundo, Barchinonensi pontifici, et de nostra potestate in illius tradimus dominium et possessionem pro sexaginta libris plate quas ab illo accepimus in precio ipsius castri et ei pertinencium et omnium terminum suorum, cum molendinis et aqueductibus et reductibus et pratis et paschuis, ortis et terris cultis et incultibus et vineis et merchato et quicquid ibi abemus vel quocumque modo abere debemus ad integrum, sine malo ingenio; et cum ecclesia Sancti Salvatoris ipsius Merchatalis. Terminatur autem sepedictum castrum, ab³ orientali parte in castro Sancti Minati⁴ vel in ipsius terminis sive in Sancta Maria Antiqua, a meridie in castrum Barberanum sive in rivum Sicum, ab occidentali autem parte in Terracia et eius terminis, a septentrionali vero in Castellaro et eius terminis. Quicquid his ambitur terminis et incluitur affrontacionibus vendimus et tradimus quicquid ibi habemus⁵ vel ullo modo habere⁶ debemus predicto Raimundo, Barchinonensi pontifici, ut faciat exinde quicquid ei placuerit, pro supradicto precio. Hanc igitur vendicionem si quis violare temptaverit, cuiuslibet sit sexus vel ordinis, componat ei cui iniuriam inferre voluerit prenominata omnia in duplo. Et postmodum hec vendicio firma permaneat.

Que facta est VIII^o kalendas marcii, anno V^o regnante Le-
duyco rege.

Signum+ Ricardus Guillelmi, Signum+ Ermesindis feminæ, nos qui hanc vendicionem fecimus et firmavimus firmarique rogavimus.

Signum+ Arbertus Berengarii. Signum+ Raimundi Poncii. Signum+ Petri Gerberti. Signum+ Petri Ricardi. Signum+ Berengarii Bernardi. Signum Guilielmi* iudicis +. Berengarii*⁷ subdiachoni ac iudicis +. Signum+ Petri Raimundi sag.

Signum+ Arnalli subdiachoni, qui hoc scripsit, cum literis⁸ rasis⁹ et emendatis¹⁰ in multis locis, die et anno quo supra.

1. Manca. 2. h afegida a la interlínia. 3. b corregeix p. 4. M corregeix A. 5. h encabida entre i i a. 6. h encabida entre o i a. 7. rii afegit a la interlínia. 8. La darrera i corregeix a. 9. i corregeix a. 10. i corregeix a.

1113, febrer, 25

Infeudació. *Dalmau II, vescomte de Berga, i la seva muller Àgila infeuden a Guillem Bernat de Vila-seca i al seu fill Ramon les esglésies de Sant Martí de Puigbò i de Sant Julià de Cerdanyola i un empriu a Gamissans, a canvi d'un cens de seixanta morabatins anuals.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 161, 105 × 310 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Estat de conservació deficient a causa d'alguns forats, taques d'humitat i de l'esvaniment de la tinta.
- A' [Original no localitzat.]
- B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3163, 105 × 217 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de part del marge superior.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris ipso die V^o kalendas marci ego dominus Dalmacii vi[cecomite et domina] Gila vi[cecomitissa] sic donamus nos ad vos Guillelmi Bernardi de Vila Sica et ad Raimundi filio tuo ipsas eccl[esias de Sancti Martini de Puio [Malo et de] Sancti Iuliani ad fevo, cum totis suis honoris vel suis alodiis in cun[c]tisque¹ locis invenire potueri[tis] in Bergitano vel in Ceretania. Sic donamus nos quantum nos abemus vel abere debemus ad fevo ipsa honore de Sancti Iuliani cum totis suis agecenciis de ligna, de pastura, abeatis vos et vestros homines de Ladornosa usque ad ipso Forest sine dubio de nullumque ominem, cum exio vel regressio earum, et ipso ademprivo que nos abemus in Gamicans ad fevo. Et vos² Guillelmi Bernardi donetis ad nos sexanta morabetinos [in] auro et in mulos. Et nos Guillelmi Bernardi et Raimundi mitamus unum clericum cum unum subdiachonum ad Sancti Martini et ad Sancti Iuliani unum [clericum cum unum nun]cium et per istam onorem siamus nos vestros omnes et valeamus ad vos de³ vestra onore ex contra totos omnes, exceptus de Bernardus [Ugoni; et si ab vos gueregaverit] quem valeatis per unum militem. Factum est hoc in presencia de Artalli de Berga et de Girberto d-Avida et de Raimundio[Berengario de Tord et de Bernardo Sesmon], procurator.

Facta ista donacione V^o kalendas marci, anno V^o regnante Ledovico rege.⁴

Sig+num dominus Dalmacii, Sig+num domina Gila vicecomitissa, nos⁵ qui ista carta donacione mandavimus scribere et [manibus nostris] firmamus⁶ et ad testes firmare rog[amus].

Sig+num Artalli de Berga, Sig+num Girbert de Avida, Sig+num Raimundi Berengario de Tord, Sig+num Bernad Sesmon, Sig+num Bernad de Vila Sica, Sig+num Carbonel de Cherol, nos qui sumus visores et auditores.

Poncius subdiaconi, qui hoc scripsit sub⁷ die (*senyal*)⁸ et anno quod supra.⁹

1. *Manca*; cunctis C. 2. ego A i C. 3. ad C. 4. Facta donacione mandavimus scribere V^o kalendas marcii, anno V^o regnante Ludovico rege C. 5. nos omet C. 6. firmavimus C. 7. A *segueix* sit, *sense cancel·lar*; C *segueix* sid, *sense cancel·lar*. 8. (*Senyal*) omet C. 9. C *acaba*: Guillelmus translatavit hanc cartam, cum litteris damnatis in XI linea, die et an (*senyal*) no quo supra.

442

1113, març, 8

Inf feudació. *Ricard Guillem i la seva esposa Ermessenda infeuden a Arbert Bernat el castell d'Arraona, a excepció de la dominicatura. A canvi, Arbert Bernat promet que els serà fidel contra tothom, excepte contra el vescomte Guislabert II de Barcelona i Bertran Sunyer.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 162 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1106), 120 × 247 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 62.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 390. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — BENSCH, *Barcelona*, p. 141. — BISSON, *L'impuls*, pp. 48, 50.

Hec est conveniencia que facta est inter Richardum Guillelmi et Ermesendem coinuigem eius et Arbertum Bernardi. Convenit namque predictus Arbertus ad iamdictum Rikardum et ad Ermesendem prescriptam ut iuret et faciat eis fidelitatem et adiutorium contra cunctos homines et feminas de quibus Richardus et Ermesendis prescripti¹ voluerint ad² de quibus illis necesse fuerit, excepto Guilaberto vicecomiti et Bertrando Suniarii; et fiat et alberg predictum Arbertum apud iamdictum Richardum et apud filium suum in ipsas hostes et in cavalcadas ubi Guilabertus iamdictus et Bertrandus Suniarii non erunt, si Arbertus ibi est. Et sub ista conveniencia suprascripta, sic comendant predictus Ricardus et Ermesendis iamdicta ad predictum Arbertum ipsum kastrum de Arrahona et donant ei ipsam terram per fevum, excepto ipsam dominicaturam quam ibi predictus Richardus et Ermesendis

iamdicta, id sunt XII pariliatas de alodio; et hoc quod tenebat Guadamir dum viveret; et exceptum ipsum nostrum baiulum et aliam nostram dominicaturam quod ibi habemus et tenemus; et terciam partem de ipsis placitis; et excepto ipsum locum de Sancto Salvatore vel eius pertinenciis. Et donat predictus Rikardus et Ermesendis iamdicta ad iamdictum Arbertum, de ipso mercato de Sancto Salvatore,³ in unam mensuram ipsam terciam partem, et de ipsa ledda qui in antea exierit de ipso merchato donant ei, de hoc quod Richardus et Ermesendis iamdicti tenuerint ad illorum dominium, ipsam terciam partem. Et propter predictum kastrum et predictam kastellaniam sic convenit predictus Arbertus ad predictum Rikardum et ad iamdictam Ermesendem ut habeat illis in hostes et cavalcadas III milites optimos paratos ad illorum servicium sine engan. Et donet eis predictus et iamdictam Ermesendis VI asinos. Et mitat iamdictum Arbertum in predictum castrum ipsum kastellanum aut ipsos kastellanos quibus ilis mandaverint ad mandamentum et ad voluntatem de predicto Richardo et iamdictam Ermesendis. Et Arbertus et ipsos kastellanos suprascriptos bene gubernent et regant et iudicent et defendant iamdictum kastrum et iamdictam terram et eius pertinenciis. Et non veniat de iamdicto Arberto nec de suis kastellanis ad ipsum kastrum et ad ipsam terram aliquam adversitatem. Et istas XII pariliatas suprascriptas sic habeant predictus Richardus et Ermesendis iamdicta in ipsis locis ubi illi voluerint sine illorum engan, excepto ipsam dominicaturam de ipso kastellano. Et istas conveniencias suprascriptas quod convenit prescriptum Arbertu[m]⁴ sic teneat et attendat et faciat ad iamdictum Rikardum et ad iamdictam [Ermesendem]⁵ sine illorum engan.

Actum est hoc VIII idus marcii, anno V regnante Lodoyco rege.

Signum+ Ricardi Guillelmi. Signum+ Ermesendis femine. Signum+ Arberti Bernardi.

Signum+ Ramundi Mironis de Palacio. Signum+ Raimundi subdiaconi. Signum+ Petri Fulconi. Signum+ Petri Gerberti.⁶ Signum+ Arnalli Ricolfi.

Signum+ Guillelmi Bremundi subdiachoni, die et anno prefixo.

1. *Segueix una lletra ratllada.* 2. *En lloc d'ad.* 3. *Salvatore afegit a la interlínia.* 4. *Manca.* 5. *Manca.* 6. *A les subscripcions de Ramon Miró de Palau, Pere Folc i Pere Gerbert els manquen els punts.*

443

1113, març, 18

Venda. *Ramon Guillem, bisbe de Barcelona, ven als esposos Ricard Guillem i Ermessenda els seus drets sobre el castell d'Arraona, pel preu de seixanta lliures de plata.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 163 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 738), 215 × 310 mm. Bon estat de conservació.
a CONDE, *L'archivio*, doc. 63.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 238, 503, 680. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 274. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 138.

Vendicio, sicut ratio legis gothicorum asserit in quinto libro lege lector habebis, quod per scripturam si fiat firma manebit. Huius vero legis auctoritatem secutus, ego Raimundus, Barchinonensis episcopus, vendo tibi Ricardo Guillelmi et Ermesendi uxori tuę, sexaginta libris platę, castrum Arraonę cum omnibus terminis et pertinentiis suis, cum molendinis et aquęductibus et reductibus et pratis et pascuis, ortis et terris cultis et incultis et vineis et mercato quicquid habeo vel quocumque modo habere debeo ad integrum, sine malo ingenio, et cum ꝛcclesia Sancti Salvatoris ipsius Mercatalis. Advenit mihi per comparacionem aliisque modis sive vocibus.¹ Terminatur autem predictum castrum, ab orientali parte in castro Sancti Minati vel in ipsius terminis sive de Sancta Maria Antiqua, a meridie in castrum Barberanum sive in rivum Siccum, ab² occidentali in Terracia et eius terminis, a septentrionali vero parte in Castellaro et eius terminis. Quicquid his ambitur terminis et includitur affrontacionibus vendo et de meo iure et potestate in vestrum dominium et possessionem trado quicquid ibi habeo vel ullo modo habere debeo, ut faciatis exinde quicquid vobis placuerit, pro supradicto precio. Hanc igitur vendicionem si quis violare temptaverit, cuiuslibet sit sexus vel ordinis, componat ei cui iniuriam inferre voluerit prenominata omnia in duplo.³ Et postmodum hec vendicio firma permaneat.

Que facta est XV kalendas aprilis, anno V^o regnante Ludovico rege.

+ Reimundus Barchinonensis* episcopus, qui hanc vendicionem feci et firmavi et testes firmare rogavi.

Signum+ Petri* archilevita. Signum Guillelmi* iudicis +. Signum+ Berengarius Bernardi. Berengarii* subdiachoni ac iudicis +. Signum+ Arnall de Galba. Signum+ Petri Raimundi* saionis.

(*Senyal*) Renalli gramatici Barchinonensis, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis linea V^{ta} et nona, die et anno quo supra.

1. Advenit mihi... sive vocibus *afegit a la interlínia i escrit per una altra mà.*
2. *segueix orien, ratllat.*
3. *in duplo afegit a la interlínia.*

444

1113, març, 24

Convinença. *Ricard Guillem i la seva muller Ermessenda donen a Miró Riculf l'església de Santa Agnès de Malanyanes a canvi de fidelitat i serveis.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 164 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1077), 210 × 240 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BENSCH, *Barcelona*, p. 155. — KOSTO, *Making agreements*, p. 85.

Haec est convenientia quam facit Miro Riculfi cum Ricardo Wilelmi et uxore eius Ermessendi. Donant nempe prefati Ricardus et uxor eius prefato Mironi ecclesiam Sanctę Agnetis de Malanianes cum suis decimis et primiciis et oblationibus et ominibus ad eandem ecclesiam quolibet tenore vel modo pertinentibus. Popter hoc quoque donum convenit predictus Miro ut sit homo predicti Ricardi et uxoris eius per directam fidem, sine ullo engan, et adiuvet eos fideliter sine malo ingenio cum universis quę habet vel habebit atque valeat illis contra cunctos homines et feminas seculi huius, excepto Ramundo Guilelmi de Kanoes, contra quem, si predictus Ricardus causam habuerit aut aliquid adversi, habebit predictus Miro duos bonos milites ad servicium iamdicti Ricardi per directam fidem, sine ullo engan, quamdiu eidem necessari fuerint. Item convenit prenominatus Miro prenominate Ricardo et uxori eius ut quotiens idem Ricardus in hostem in Yspaniam perrexerit, habeat sepe dictus Miro ad servicium sepe dicti Ricardi unum bonum militem bene preparatum et cum suo conducto per directam fidem sine ullo engan. In qualibet autem expeditione alia preter in Yspaniam et corts et seguis per nostred ipse Miro sequatur eum et serviat predicto Ricardo per directam fidem, sine ullo malo ingenio. Adiuvabit quoque iamdictus Miro eundem Ricardum tenere et habere, guerregiare et defendere cuncta que idem Ricardus hodie habet aut in futuro quocumque modo adquiret contra omnes homines vel feminas, vel hominem vel feminam,

per directam fidem, sine ullo malo ingenio, excepto solo Ramundo Guilelmi de Kanoes sicut superius dictum est. Si autem cuncta hec predictus Miro non atenderit et fideliter non adimpleverit predicto Ricardo et uxori eius et filio illius post discessum eius, deveniat supradicta ecclesia in adapertionem supradicto Ricardo solide et delibere ad suam voluntatem, nullo contradicente.

Facta est hec convenientia VIII kalendas aprilis, anno V regni Leduici regis.

Sig+num Ricardi Wilelmi, Sig+num Ermesendis femine, nos qui hoc donum fecimus et firmavimus et firmari rogavimus. Sig+num Mironis Riculfi, qui hanc convenientia conveni et firmavi et firmari rogavi.

Sig+num Berengarii Bernardi. Sig+num Raimundi Mironis de Palacio. Sig+num Arberti de Barchinona.

Poncius monachus, qui hoc scripsit die et anno prefixo.

445

1113, març, 29

Pacificació. *Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, i Berenguer Ramon de Castellet posen fi al seu enfrontament per la possessió del Castell Vell de Barcelona. Els comtes donen a Berenguer Ramon els nous usatges del mercat de Barcelona i aquest els jura fidelitat i servei.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 165 (*olim* arm. 2 Vilafranca, sac C, núm. 293), 95 × 325 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 51b-d.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 382.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 490, 551. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 275. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 243, 256. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 128.

Sit manifestum quod inimicitie diu fuerunt inter venerabilem Raimundum, Barchinonensem comitem, et Berengarium Raimundi de Casteleth. Dederat enim ipse comes predicto Berengario in Castro Veteri de Barchinona et in eius pertinentiis quedam pro servitio et peccunia quam ab ipso acceperat. Deinde quia ipse Berengarius noluit venire ad iustitiam per ipsum comitem filii Arberti, qui fuerat vicarius ipsius castri, expulit Berengarium de ipsa honore et dedit illum Raimundo Renardi et Guilelmo fratri

eius, qui agebant causam pro filiis Arberti. Propter hoc Berengarius et sui foriferunt multum comiti. Comes vero pro tanta iniuria sibi illata cepit eos guerregare et cogere ut ad iustitiam venirent. Berengarius autem ipse et frater eius post dissipationem¹ honoris sui post mortem suorum hominum et patris videntes quia non possent sufferre guerram comitis miserunt se in potestatem eius et difinierunt illi et suis omnes querimonias suas et hominio et sacramento sicut ipse mandavit. Post multum vero temporis comes videns bonum servitium et fidelitatem Berengarii solvit sacramenta et convenientias et difinitiones quas ei fecerat quia per violentiam videbantur esse extortas ut corda eorum essent paccata² et totum esset in causimentum illorum. Postmodum ipse comes cum uxore sua Dultia comitissa dedit predicto Berengario totos usaticos novos quod ipse comes constituerat in Barchinona, videlicet de flechariis, tabernariis et de venditione de blad ad ipsam pilam et de venditione bestiarum vivarum sive mortuarum³ et de aliis usaticis novis quod ipse comes misit in ipso merchato. Propter ista denique prescriptus Berengarius et fratres et consa[n]guinei⁴ eius grato animo definiunt ipsi comiti et suis omnes querimonias quas de ipsis habent⁵ de omnibus malefactis et contrarietatibus quas ipse comes et sui illis quocumque modo propter hanc guerram intulerunt et ipsum honorem Castri Veteris sine ulla retentione definiunt comiti et comitisse et Guilelmo Renardi et fratribus eius. Et ipse Berengarius efficitur homo ipsius comitis et comitisse. Et convenit ipsis ut serviat eis et in hostes et in cavalcatas et in placita ubi ipsi mandaverint et sit suis illorum contra cunctos homines vel feminas et sit eis fidelis de personis ipsorum et de omni honore quem hodie habent vel deinceps habebunt et hoc faciet et attendet eis per fidem, sine engan, et hanc fidelitatem proprio sacramento eis confirmet. Et convenit eis ut hanc eadem fidelitatem faciat illi filio suo cui comes Barchinonam dimiserit.

Actum est hoc IIII kalendas aprilis, anno ab incarnatione Domini millesimo C XIII.

Sig+num Raimundi comes. Sig+num Dultie comitisse.

Sig+num Reiamballi. Sig+num Umberti. Sig+num Berengarii Bernardi. Sig+num Berengarii Raimundi de Casteleht.⁶ Sig+num Carbonelli fratri eius.⁷ Sig+num Berengarii Guiriberti. Sig+num Rodlandi fratri eius. Sig+num Arunci Guiriberti. Sig+num Guilelmi Renardi. Sig+num Bertrandi.

1. La segona s corregeix c. 2. La primera c afegida a la interlínia. 3. La primera r afegida a la interlínia. 4. Manca. 5. h afegida a la interlínia. 6. Pro-

bablement en lloc de Casteleth. 7. Aquesta subscripció i les que vénen a continuació estan mancades de puntuació.

446

1113, març, 29

Jurament de fidelitat. *Jofre Guillem, fill de Solestenda, jura fidelitat a Ricard Guillem, fill d'Emmo, i a la seva esposa Ermessenda, filla d'Ermengarda, en especial pel castell d'Arraona, la potestat del qual els lliurarà quan la hi demanin.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 166 (*olim* arm. 2 de Barcelona, sac L, núm. 723), 125 × 242 mm. Bon estat de conservació.
 a ALTURO, *Diplomatari de Polinyà*, doc. 80.
 b CONDE, *L'archivio*, doc. 65.

Iuro ego Iozfre Guillem, qui fui filius Solestendis femina, ad te Ricardum Guillelmi de Barchinona, qui fuisti filius Ema femina,¹ et ad te Ermessendam uxorem tuam, que fuit filia de Ermengiardi femina, quia de ista hora in antea fidelis ero vobis per fidem, sine ullo engan et sine ulla deceptione, de vita vestra et de membris vestris et de toto vestro honore quem hodie ubicumque habetis et quocumque modo tenetis et in antea acquirere potueritis, sicut homo debet esse fidelis suis senioribus et quibus est manibus comendatus. Et nominatim ero vobis fidelis et filiis vestris et quibus vel cui vos dimiseritis et testati fueritis ipsum castrum quod dicitur Arrahona et de omnibus hedificiis eius et de omnibus terminis et pertinentiis eius. Et fidelis ero vobis de omnibus rebus que per quemcumque² modum ad eundem castrum pertinent. Et nec ego inde tollam quicquam vobis nec parum nec multum, nec homo³ nec femina per meum consilium nec per meum ingenium nec per meum stabilimentum. Et iuvabo vos tenere et habere et defendere ipsum honorem quem hodie habetis et in antea acquirere potueritis contra cunctos homines et cunctas feminas qui vobis quicquam inde tulerint aut tollere voluerint. Et faciam vobis ipsum adiutorium sine vestro enganno per omnes vices quibus me comoneritis per istum sacramentum, per vos ipsos aut per vestrum missum aut missos, et non vetabo me ex hoc comoneri. Et per omnes vices quibus volueritis et me inde requiesiritis dabo vobis potestatem de predicto castro sine vestro enganno, secundum voluntatem vestram. Sicut suprascriptum est totum sic atendam vobis et adimplebo. Per Deum et istos sanctos.

Actum est hoc IIII kalendas aprilis, anno V regni Leduici.

Sig+num Iozfre, qui hoc sacramentum propria manu iuravi.
 Raimundus Eriballdus, qui hoc scripsit ex die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Ema femina escrit per una altra mà. 2. quem afegit a la interlínia. 3. La segona o afegida a la interlínia.

447

1113, març, 29

Jurament de fidelitat. *Ramon Gausbert, fill de Tansuenda, jura fidelitat a Ricard Guillem, fill d'Emmo, i a la seva esposa Ermessenda, filla d'Ermengarda, en especial pel castell d'Arraona, la potestat del qual els lliurarà quan la hi demanin.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 167 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 718), 110 × 285 mm. Bon estat de conservació.
 a CONDE, *L'archivio*, doc. 66.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 146.

Iuro ego Raimundus Gauzberti, qui fui filius de Tansuendi femina, ad te Ricardum Guillelmi de Barchinona, qui fuisti filius de Ema femina,¹ et ad te Ermessendim uxorem tuam, que fuit filia de Ermengiardi femina, quia de ista hora in antea fidelis ero vobis per fidem, sine ullo engan et sine ulla deceptione, de vita vestra et de membris vestris et de toto vestro honore quem hodie ubicumque habetis et quocumque modo tenetis et in antea acquirere potueritis, sicut homo debet esse fidelis suis senioribus et quibus est manibus comendatus. Et nominatim ero vobis fidelis et filiis vestris et cui aut quibus vos dimiseritis et testati fueritis ipsum castrum quod dicitur Arrahona² et de omnibus hedificiis eius et de omnibus terminis et pertinentiis eius. Et fidelis ero vobis de omnibus rebus que per quemcumque modum ad eundem castrum pertinent. Et nec ego inde tollam quicquam vobis nec parum nec multum, nec homo nec femina per meum consilium nec per meum ingenium nec per meum stabilimentum. Et adiuvabo vos tenere et habere et defendere ipsum honorem quem hodie habetis et in antea acquirere potueritis contra cunctos homines et cunctas feminas qui vobis quicquam inde tulerint aut tollere voluerint. Et faciam vobis ipsum adiutorium sine vestro enganno per omnes vices quibus me comonueritis per istum sacramentum, per vos ipsos aut per vestrum missum aut missos, et non vetabo me ex hoc comoneri. Et per omnes vices quibus volueritis et me inde requisieritis dabo vobis potestatem de predicto castro sine vestro

enganno, secundum voluntatem vestram. Sicut suprascriptum est, totum sic atendam vobis et adimplebo. Per Deum et istos sanctos.

Actum est hoc IIII kalendas aprilis, anno V regni Leduici.

Sig+num Raimundi Gauzberti, qui hoc sacramentum propria manu iuravi.

Poncius monachus, qui hoc scripsit die annoque prefixo.

1. Ema femina *escrit per una altra mà.* 2. h *afegida a la interlínia.*

448

1113, març, 29

Jurament de fidelitat. *Miró Ricolf, fill de Bel-lissenda, jura fidelitat a Ricard Guillem, fill d'Emmo, i a la seva esposa Ermessenda, filla d'Ermengarda, i servir-lo contra tothom excepte contra Ramon Guillem de Cànoves.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm 168 (*olim arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 319*), 115 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 67.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 31, 144.

Iuro ego Miro Riculfi, qui fui filius de Bilissendi femina, tibi Ricardo Willelmi de Barchynona, qui fuistis filius de Ema femina,¹ et uxori tue Ermessendi femina, que fuit filia de Ermengiardi femina, quia de ista hora in antea fidelis ero vobis per directam fidem, sine engan et sine ulla deceptione, de vita vestra et de membris vestris et de toto vestro honore quem hodie ubicumque habetis et quocumque modo tenetis et in antea acquirere potueritis, sicut homo debet esse fidelis suis senioribus quibus est manu comendatus. Et nominatim ero vobis fidelis, et filiis vestris post vos, de omnibus rebus que quocumque modo² ad vos pertinent, et nec ego inde tollam quicquam vobis parum neque multum, nec homo nec femina per meum consilium³ nec per meum ingenium nec per meum stabilimentum. Et iuvabo vos tenere et habere et defendere ipsum honorem quem hodie habetis et in antea acquirere potueritis contra cunctos homines vel feminas qui vobis quicquam inde tulerint aut tollere voluerint, excepto Raimundo Willelmi de Kanoes.⁴ Et de illo sic atendam hoc quod scriptum est inter me et vos fideliter, sine ullo malo ingenio. Et faciam vobis ipsum adiutorium et servicium quod conveni facere vobis fideliter, sine ullo engan, per omnes vices quibus me comonueritis⁵ per ipsum sacramentum, per vos ipsos aut per vestrum missum vel missos,

et non vetabo me ex hoc comoneri. Sicut suprascriptum est, sic vobis atendam totum et adimplebo per fidem, sine engan. Per Deum et istos sanctos.

Actum est hoc IIII kalendas aprilis, anno V regni Leduici regis.

Sig+num Mironis Richulfi, qui hoc sacramentum iuravi.

Poncius monachus, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis in V et⁶ VI linea, die annoque prefixo.

1. Ema femina escrit per una altra mà. 2. modo *afegit a la interlínia*. 3. consilium *afegit a la interlínia*. 4. o *corregeix* u. 5. on *afegit a la interlínia*. 6. V et *afegit a la interlínia*.

449

1113, abril, 9

Infeudació. *Ricard Guillem i la seva muller Ermessenda infeuden a Jofre Guillem l'església de Santa Maria de Palau-solità i el feu que Miró Ramon tenia a Arraona; a canvi, Jofre Guillem es fa home soliu seu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 169 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 728), 175 × 283 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 169 dupl. (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 397), 165 × 250 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

a ALTURO, *Diplomatari de Polinyà*, doc. 81.

b CONDE, *L'archivio*, doc. 70.

Cit. BENSCH, *Barcelona*, p. 141. — KOSTO, *Making agreements*, p. 85. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 147.

Haec¹ est convenientia quam Iozfredus Guillelmi facit cum Ricardo Guillelmi de Barchinona et Ermesendi² uxore eius. Donant prephati³ Ricardus et uxor eius prephato Gauzfredo ecclesiam Sancte Marie de Palatio cum suis decimis et primiciis atque oblationibus et ceteris omnibus eidem ecclesie quolibet modo pertinentibus. Propter hoc quoque donum convenit predictus Gauzfredus ut sit homo predicti Ricardi et uxoris eius per directam fidem, sine ullo engan, solide et delibere, contra omnes homines vel feminas huius seculi et adiuvet eos cum quocumque honore et quacumque mansionem Deus illi dederit et cum universis que habet vel habuerit et valeat illis contra cunctos homines⁴ et feminas, per fidem rectam, sine engan. Item convenit iamdictus Gauzfredus predictis Ricardo

et uxori eius ut quotiens idem Ricardus in expeditionem aliquam sive hostem perrexerit, vadat cum illo predictus Gauzfredus cum suo conducto et habitet cum illo, per directam fidem, sine engan. Adiuvet quoque ipse Gauzfredus eundem Ricardum tenere et habere, guerregiare atque defendere cuncta que idem Ricardus et uxor eius hodie habent, aut in futuro quocumque modo adquirent, contra omnes homines et feminas, per directam fidem, sine ullo engan. Hęc omnia convenit sepredictus Gauzfredus sepredictis Ricardo et uxori eius propter ꝛcclesiam de Palatio quam donant ei sicut superius dictum est. Preter[e]a⁵ Ricardus et uxor eius donant predicto Gauzfredo, propter suum bonum servicium et qu[i]a⁶ melius et proprius est eorum quam ullius alterius senioris, fevum quæm⁷ Miro Ramundi tenebat in Arraona.⁸ Et sicut superius dictum est convenit eis iamdictus Gauzfredus ut adiuvet eos et valeat illis cum quocumque honore vel mansione quacumque habeat contra cunctos homines vel feminas, per directam fidem, sine ullo engan. Si autem que superius scripta sunt predictus Gauzfredus non attenderit et non adimpleverit Ricardo et uxori eius et filio vel filiis illorum cui vel quibus hoc testati fuerint post eos, deveniant supradicta dona in ad⁹ apertionem¹⁰ iamdictis Ricardo et uxori eius solide atque delibere ad illorum voluntatem, nullo contradicente.

Facta est hęc convenientia V idus aprilis, anno V regni Luduici regis.

Sig+num Ricardi Guillelmi, Sig+num Ermessendis¹¹ femine, qui hoc donum fecimus et firmavimus et testibus firmari rogavimus.

Sig+num Gauzfredi, qui hanc convenientiam feci et firmavi firmarique rogavi.

Raimundus Eribaldus, qui hoc scripsit ex die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Hec A'. 2. Ermessendi A'. 3. prefati A'. 4. i *afegida a la interlínia*.
5. *Manca*; Preterea A'. 6. *Manca*; quia A'. 7. quem A'. 8. Arrahona A'. 9. in
ad *és redundant*. La forma *més corrent és ad apertionem*. 10. a *corregeix* o. *Abans*
de t, a *mal esborrada*. 11. Ermesendis A'.

1113, maig, 27

Pacificació. Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i Guerau II de Cabrera, vescomte de Girona, posen fi a llurs desavinences. El comte encomana al vescomte Guillem Umbert amb el castell de

Montpalau, a canvi del reconeixement de la potestat del comte sobre el castell.

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 171 (*olim* arm. 4 Girona, sac I, núm. 497), 120 × 280 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 415.]
- a MIRET Y SANS, *Investigación*, p. 95 (fragm.).
- b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, p. 410.

Hec est scriptura concordie et pacificationis facta inter domnum Raimundum, Barchinonensem comitem, et Gerallum, vicecomitem Gerundensem. Comendat iamdictus comes iamdicto vicecomiti Guilelmum Umberti cum castro Montis Palacii hoc modo ut in hostes et in cavalcatas et in placita et sequimenta et in curias ubi vicecomes fuerit cum comite predictus Guilelmus sit cum iamdicto vicecomite et hospitetur cum eo. In quibus autem sepe dictus vicecomes non fuerit cum comite, faciat iamdictus Guilelmus iamdicto comiti hostes et cavalcatas et placita et sequimenta et curias ut supra scriptum est. Et propter hoc convenit predictus vicecomes predicto vicecomiti ut donet ei potestatem de predicto castro quociens ei eam requisierit, sine engan, et si ipse vicecomes non fuerit de Stopania usque in Clusiam, dedisset potestatem predicti castri Guilelmus Umberti sepe dicto comiti quociens ei eam requisierit per se aut per suos nuncios, et hoc sine engan. Si vero idem vicecomes non venerit aut venire non potuerit, idem Guilelmus dedisset potestatem predicti castri predicto comiti vel quibus ipse preceperit. Et non proibeat se vicecomes neque Guilelmus Umberti videri a comite vel a suis. Pro his vero omnibus comes et vicecomes veniunt ad concordiam et pacificationem de diversis querimoniis nominatim de Besellunensi honore, super quo sepe fatus vicecomes frequenter conquestus est quod eum exinde non inquietet nisi propter servitium quod ei exhibiturus est vel ob amorem sui.

Quod est actum VI kalendas iunii, anno V Ludovici regis.

Sig+num Geralli vicecomitis, qui hanc concordiam sive pacificationem facimus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Dorcha. Sig+num Guilelmi Dalmacii. Sig+num Raimundi Mironis. Sig+num Berengarii Bernardi. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Guilelmi Bernardi.

Petrus¹ Seniofredi, qui hanc scripturam feci et hoc sig(*senyal*)-num impressi in die et anno quo supra.

1. Petrus *monograma*.

451

1113, juny, 5

Inf feudació. *Hug, la seva mare Adelaida i la seva muller Guillem subinfeuden a Guillem la roca que tenen en feu al mont de Peguera, al lloc anomenat Roca de Ferrús, els emprius del mont de Peguera i unes deveses. A canvi, reben quaranta sous i Guillem i els seus descendents els hauran de prestar una bèstia durant vuit dies cada any.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 170 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 197), 130 × 380 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 244, 544. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55.

Notum sit omnibus ominibus tam presentibus quam futuris. Ego Ugo et Adalet et uxor mea Gielma facio ego scriptum et dono tibi ad fevum, ad te Gilelmo et posterita tua, ipsa mea rocha que ego abeo ad fevum in apendici de monte Pechera, in locum que vocant Rocha de Ferruc, et cum ipsa omnia que ego ibi abeo et abere debeo in cunctisque locis ubique nos invenire potueris, totum ab integrum, cum exiis vel regresiis earum et cum introitibus vel exitibus earum, ab suis terminis et ab illorum affrontaciones: de una parte in collo Barrula et vadit in caput de Rocha de Madern et puge in caput de ipses deveses de Pechera et puge in ipso Gep de Borrel, et vadit inter ipsa seda¹ de Ciga et vadit in ipso termine de Franc Mir, et descendit in collo de Congost et descendit in ipsa rocha de Sol de Cerceneda, et descendit in termine de Val de Lordensis et descendit in ipsa fonte de Clusa. In tale pactum et in tale conventum que vos et vestra posterita prestetis ad me et ad mea posterita, ad cuius ego dubito ista onore ad obitum meum, per singulos annos, bestia una octo dies, et si tenetis ipsam bestiam de pos ipso termine contetis ad ipsos annos. Et si ego perdiderit ipsa bestia in mea potestate, facio ego vobis emendam ad precium vel ad laudamentum de bonis ominibus. Et ego Ugo et mater mea et uxor mea donamus ad Guilelmum et tua posterita in ipso monte de Pechera ipsa laor et ipsa erba et ipsa lega et tot adempriu. Et accepit ego et mater mea et uxor mea pro oc die de nostro avere solidos XXXX de dineriis de moneta obtima. Et dono vobis per ipsas devesas ipso Sola de Pi cum ipsa Tosa et cum ipso Cint Pla per vestra devesa, que nulluus homines frangere non potuit. Et dono ad vos et ad vestros homines quomodo suprascriptum est. Et ego Ugo convenimus ad te Guilelm et filiis tuis que sia defenedor et adiutador² contra cunctos homines.

Actum est hoc nonas kalendas³ iunii, annos V regnante Le[do] vico⁴ rege.

Sig+num Ugo, Sig+num Adalet, Sig+num Gilelma uxor mea, qui ista carta donacione fecimus scribere et testes firmare rogavimus.

Sig+num Ponc, Sig+num Bernad Pere, Sig+num Guilmus Raimundus cum filiis suis. Sig+num Bernad de Luzerteres, nos sumus testes, visores et auditores.

Berengarius sacer, rogatus scripsit dies et annos (*senyal*) quod supra. Et fuit facta per mandamentum de Bernad Pere de Cano.

1. En lloc de serra. 2. Segueix es, sense cancel·lar. 3. kalendas aquí té un valor genèric. 4. Manca.

452

1113, setembre, 21

Definició. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i la seva esposa Dolça renuncien a favor de Ricard Guillem i la seva muller Ermessenda als drets sobre el castell d'Arraona i els perdonen tots els greuges que tenien contra ells. Reben a canvi tres-cents morabatins in rem valentem.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 173 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 737), 310 × 275 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 71.

Cit. MIRET, *La casa de Montcada*, pp. 49-52. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 39. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 134, 139.

Hęc est scriptura pacificacionis et donacionis et evacuacionis quam facit Raimundus, comes Barchinonensis et marchio et comes Bisuldunensis et Provinciæ, et Dulcia comitissa, uxor sua,¹ Ricardo Guillelmi, de castro Arraone. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quatinus magna altercacio fuit inter me, Raimundum, comitem Barchinonensem, et Ricardum Guillelmi et suos de multis querimoniis quas de eo et suis habebamus, et maxime de castro Arraone unde eum ad iusticiam vocaveramus et ad directum faciendum in eo multociens fadigaveramus et ea causa castrum Arraone sibi abstuleramus. Tandem laude et consilio baronum meorum, sedata omni lite et omnibus querimoniis de eo

et suis, pacificamus et definimus et evacuamus castrum Arraoneꝝ prefato Ricardo Guillelmi et uxori suę Ermexendi et filiis suis, cum² suis terminis et pertinenciis necnon omnia quę habet vel habere debet, ut liberę et quietę illud castrum, videlicet Arraoneꝝ, et omnia predicta, sicut diximis, predictus Ricardus et uxor sua et filii sui et qui nascentur ab illis habeant et possideant et quicquid exinde voluerint facere illis liberam concedimus potestatem. Ita ut nos³ vel quęlibet alia persona nichil inde acclamare possint vel calumpniare per nos;⁴ et si faceret sine nostro⁵ adiutorio de huius honoris calumpnia et inquietacione presumeret. Hoc totum facimus per fidem, sine omni engan, firma pace et vera concordia. Super hoc definimus et postponemus⁶ et sedamus omnes discordias et querimonias de prefato Ricardo et uxori sua et filiis suis, per fidem, sine engan. Accipimus quoque de Ricardo et uxore sua trecentos moabitinos in rebus valentibus, quos nos⁷ accepimus et ipsi nobis dederunt.

Actum est hoc XI kalendas octobris, anno VI^{to} regni Ludovici regis.

Signum+ Raimundi comes. + Reimundus Barchinonensis episcopus. Signum+ Dulcię comitissę.

Signum+ Guillelmi Goffredi. Signum+ Bernardi de Luciano. Signum+ Guillelmi senecalchi. Signum+ Raimundi Reinardi.

(*Senyal*) Renalli, doctoris Barchinonensis, qui hoc scripsit, cum literis suppraposis in linea secunda, die et anno quo supra.

1. Dulcia comitissa, uxor sua *afegit a la interlínia*. 2. c *corregeix e*. 3. nos *escrit a sobre d'una raspadura*. 4. nos *escrit a sobre d'una raspadura*. 5. nostro *escrit a sobre d'una raspadura*. 6. e *corregeix [a]*. 7. nos *escrit a sobre d'una raspadura*.

453

[abans de 1113, novembre, 26]

Jurament de fidelitat. *Jofre de Santa Coloma, fill de Solestenda, jura fidelitat als comtes Ramon Berenguer III i Dolça de Barcelona i al seu fill i promet donar-los la potestat del castell d'Arraona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 24 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 720), 60 × 160 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 455.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 460.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 148. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 146.

Datem per aquesta data atès que considerem que aquest document és anterior a l'absolució que el comte fa a Jofre de Santa Coloma com a castlà d'Arraona (vegeu el document núm. 455).

Iuro ego Gaucefredus, filius qui fui Solesten femine, tibi domino meo Raimudo Berengarii comiti et uxori tue Dultie comitisse ac filio tuo quod de ista ora in antea fidelis ero vobis de vestra vita et de vestris corporibus et de vestris membris que in corporibus vestris se tenent; et de vestro honore quem hodie habetis vel in antea Deo dante adquisieritis. Et adiuvabo vos tenere et defendere et guerreiare omnem vestrum honorem contra cunctos homines vel feminas. Et de castello Araone potentem¹ vos faciam per quantas vices ad me eum requisieritis per vos vel per vestrum vel per vestros nuntios; et comunire et videre me non vetabo.² Hec que superius scripta sunt ego Gaucefredus predictus fideliter attendam vobis et illi cui tu³ Raimunde comes dimiseris Barchinonam per tuum testamentum vel per tua verba. Si Deus me adiuvet et hec sancta.

1. *En lloc de potestatem.* 2. *Segueix [me bo], ratllat i vetabo afegit a la interlínia.* 3. *vobis et illi cui tu escrit a sobre d'una raspadura.*

454

[abans de 1113, novembre, 26]

Jurament de fidelitat. *Ramon Gausbert, fill de Persovenda, jura fidelitat als comtes Ramon Berenguer III i Dolça de Barcelona i al seu fill Ramon Berenguer. Promet donar-los la potestat del castell d'Arraona sempre que li sigui demanada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 25 (*olim* arm. 2 de Barcelona, sac L, núm. 729), 90 × 158 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 455.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 461.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 148. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 147.

Datem en considerar el document anterior a l'absolució que el comte fa a Ramon Gausbert com a castlà d'Arraona (vegeu el document núm. 454).

Iuro ego Raimundus Gauzberti, filius qui fui Persoven femine, tibi domino meo Raimundo Berengarii comiti et uxori tue Dultie comitisse ac filio tuo quod de¹ ista ora in antea fidelis ero vobis de vestra vita et de vestris² corporibus et de vestris membris que in corporibus vestris se tenent; et de vestro honore quem hodie habetis vel in antea Deo dante adquisieritis. Et adiuvabo vos tenere et defendere et guerreiare omnem vestrum honorem contra cunc-

tos homines vel feminas. Et de castello Arraone pote[sta]tem³ vos faciam per quantas vices ad me eum requisieritis per vos vel per vestrum vel per vestros nuntios; et communire et videre me non vetabo. Hec que superius scripta sunt, ego Raimundus predictus fideliter attendam vobis et illi cui⁴ tu Raimunde comes dimiseris Barchinonam per tuum testamentum vel tua verba. Si Deus me adiuvet et hec sancta.

1. de afegit a la interlínia. 2. Segueix me, mal esborrat. 3. Manca. 4. vobis et illi cui *escrit a sobre d'una raspadura; segueixen tres lletres, aproximadament, ratllades, i tu, afegit a la interlínia.*

455

1113, novembre, 26

Absolució. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, absol Jofre de Santa Coloma i Ramon Gausbert, castlans del castell d'Arraona, del jurament i homenatge que li havien fet quan va privar Ricard Guillem del castell.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm 174 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm 734), 100 × 249 mm. Bon estat de conservació.
 a ALTURO, *Diplomatari de Polinyà*, doc. 83.
 b BISSON, *L'impuls*, p. 67.
 c CONDE, *L'archivio*, doc. 72.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 63. — BENSCH, *Barcelona*, p. 141. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 148, 243. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 148.

Ne per incuriam pereat quod perire non debet, idcirco ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes, ad noticiam omnium hominum deducere volo quod fuit non minima altercacia inter me et Ricardum Guillelmi de Barchinona, de quodam¹ castro Arraona. Super quo videlicet castro, sacramenta et hominaticum a castellanis eiusdem castri per scripturas suscepi a Gaufrido Sancte Columbe et Raimundo Gauceberti.² Que sacramentorum scripture per incuriam perditae, cum eas nullo modo invenire potuissem, absolvo predictos castellanos, Gaucefredum videlicet et Raimundum Gauceberti, a sacramento et ab ominatico quod mihi pro eodem castro fecerunt, sine engan; et in ea fidelitate volo eos permanere cum Ricardo, eorum domino, quam antequam sacramenta mihi facerent erant. Et hoc vera fide solvo, nulla in eis pro hoc mihi cavillatione reservata.

Actum est hoc VI kalendas decembris, anno VI regni Ledoyci regis.

Signum+ Raimundi comes.

+ Reimundus* Barchinonensis episcopus. Signum+ Dorcha de Castelvil. Signum+ B[erengarii] Bernardi senescalco. Signum+ B[erengarii] Bernardi de Barchinona. Signum+ Arnalli Adaldi.

Signum+ Arnalli subdiachoni, qui hoc scripsit, cum literis rasis et emendatis, die et anno quo supra.

1. *Entre quo i dam espai d'una lletra, raspat.* 2. *eberti escrit a sobre d'una raspadura.*

456

[1102-1113]

Jurament de fidelitat. *Arnau Gausfred, fill d'Adelaida, jura fidelitat al seu nebot, el comte Gerard I de Rosselló, fill d'Estefania, especialment pel castell de Requesens.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 42 (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Narcís, núm. 53), 195 × 120 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 72c-d.

C Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 51a.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 713.

Datem pels anys del regiment del comte Gerard I de Rosselló.

Ego Arnallus Gocfredi, qui fui filius Adaladis, de ista ora in antea fidelis ero tibi Guirardo comite, qui fuisti filius Stephania comitissa, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepti-one, per directam fidem, sine engan, sicut homo debet esse suo seniori cui manibus se comendat. Et de ista ora in antea ego predictus Arnallus non dedebrei te prefatum Guirardum de tua vita neque de tuis membris qui in corpus tuum se tenent, neque de tuis honoribus quem hodie habes vel per qualicumque modo in antea¹ adquisieris, neque de tuos castellos, sed adiutor ero tibi retinere omnem tuum honorem per directam fidem, sine engan, contra cunctos homines vel feminas qui tibi auferre voluerit vel voluerint. Et de tuo adiutorio no-m vedarei ne non te'n enganarei ne acomonir no me'n vedarei per quantas vegadas lo-m mannaras o me'n comoniras per te ipsum aud per tuos missos vel missum. Et de ipso castello de Rechesen potestatem no te'n vedarei per quantas vegadas me'n demannaras per te aud per tuos nuncios aud per tuum nuncium.

Et sicut superius scriptum est, si t'o farei e t'o atendrei tibi Guirardo iamdicto et Agneti coniux tua et Gaucfredo filio eius, per directam fidem, sine engan. Per Deum et hec sancta.

1. anantea *al text*.

457

1114, febrer, 1

Donació remunerada. *Berenguer Guillem i la seva muller Ponça donen a Alaric i a la seva muller Ermengarda el castell de Figuerola i la meitat del castell de Guialmons a canvi de vint unces d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 175, 150 × 340 mm. Bon estat de conservació.

Res donate si in presenti tradite fuerat, nullo modo repetatur a donatore.¹ Donatio vero si per vim aut metu extorta non fuerit, plenam in omnibus optineat firmitatem. [Qua]propter, in Dei nomine, ego Berengarius Guilelmi simulque coniugi mee Poncia donatores sumus nos tibi Alarig et uxor tua Ermeniardis. Per hanc scriptura istius namque donationis donamus nos vobis ipsum kastrum que vocant Figerola cum suis terminis et pertinenciis suis et suis aiacensiis, silvis et garriciis, vieductibus et reductibus, fontis et aquis et decimis et primiciis atque oblacionibus, omnia et in omnibus qui ad predictum kastrum pertinet et pertinere debet, qui nobis advenit, ad me Berengario prenominato per parentorum meorum et per fatigamentum de directum de ipsis qui ipsum kastrum tenebant, et ad me Poncia per meum X. Est autem prenomiatum kastrum cum suis terminis in episcopatum Ausona et in comitatu Minorisa et infra terminum de Sancta² Columba. Suprascriptum kastrum vero prenomiatum simulque medietate de Guisalmon apud suas pertinencias et aiacencias donamus nos vobis hoc quod nos ibi abemus et abere debemus in prenomiatos³ kastros, sic damus nos vobis, ad vos et ad ipsos cui vos dubitaretis iamdictos kastros. Abent autem affrontaciones prenomiatos kastros de parte orientis in terminum Sancte Columbe et in Sanilg Gaiard, de meridie in terminum de Pontils, de occiduo in terminum de kastrum Pilas, circi vero parte in terminum de ipso Codonn et in Puiol Redonel. Quantum infra istas affrontaciones includunt et istis terminis continent et ambeunt, sic donamus nos vobis prenomiatos kastros, totis ab integrum, ad vestrum alaudem proprium, franchum et linteum, ad omnia vestra quodcumque volueritis, ad

vos et ad ipsos cui vos dubitaretis iam prenomatos kastros, cum egressis et exitibus eorum. Sic donamus nos tibi prenomata omnia per tuum bonum servicium que nobis abes factum. Et Berengario Guillelmi sia guarent de ista omnia suprascripta ad Alarig et ad suis de totis homines et feminas per fidem illo et suis omni tempore. Sub tali vero pactu que de hoc quod superius scriptum est et prenomatum non eligatis alium senioresem neque aclametis alium patronum nisi nos⁴ donatores, nos et nostre posteritati o ipsum cui nos dubitaremus kastrum Sancte Columba, vos et vestre posteritati.⁵ Et per hoc dona Alarig ad Berenger Guillem XX uncias in auro.⁶ Et est manifestum. Quod si nos donatores aut aliquis utriusque sexus qui ista carta donatione disru[m]pere⁷ vel frangere voluerit in duplo vobis componat aut componamus nos vobis cum omnem suam immelioracionem. Et in antea ista carta donacionis firma sit modo et omnique tempore.

Facta ista carta donacionis kalendas februari, anno VI regni Leud[o]jicus⁸ rex.

Sig+num Berenger Guilelmi, Sig+num Poncia, nos qui ista carta donacionis fecimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Guillem Sinfre. Sig+num Guillem Boteth. Sig+num Ramon Adalbert. Sig+num Ug Bernard. Sig+num Berenger de Sadaon. Sig+num Ramon Ermengod. Sig+num Bermon. Sig+num Berenger de Rodrig.

Arnallus sacer, qui ista carta donacionis scripsi, cum litteras fusas in linea XII et XI, die et anno quo sup(*senyal*)pra.

1. *Malgrat que el text utilitza les fórmules típiques de la donació i els termes donacio, donatore, donamus, donacionis... es tracta d'una venda.* 2. *La segona a corregeix e.* 3. *La darrera o, volada i afegida a la interlínia a sobre de la i, sense cancel·lar.* 4. *nos afegit a la interlínia.* 5. *segueix Et ipso cavallario o ipsos cavallarios qui estaran o estan in ipsa Figerola per Alarig que exient ad sonum de honore Sancta Columba, ratllat.* 6. *Segueix un espai de tres línies, aproximadament, en blanc.* 7. *Manca.* 8. *Manca.*

1114, març, 17

Establiment. *Bernat, abat de Santa Maria de l'Estany, estableix als esposos Guadall i Bel·lissenda i als seus descendents un alou a Tresserra, a canvi de la tasca.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 176, 100 × 320 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Bernardus, abbas ecclesie Stagni, cum clericis ipsius ecclesie donatores sumus tibi Guadallo et uxori tue Bellisen ipsum alodium nostrum quod habemus in Tresserra. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus vobis supradictum alodium propter beneficium et multa servicia que a vobis multociens suscipimus. Scilicet domos, casas, casalibus, ortis, ortalibus, terris ac vineis et arboribus de diversis generibus, ereditates illias que fuerunt de Mir Ramon et de fratre suo Gozfre Ramon. Advenit nobis ipsa ereditas de Mir Ramon per laxacione et ipsa de fratre suo per comparacione sive per ullaque voces. Est autem predictum alodium in comitatu Ausone, in parrochia Sancti Kirici de Montaniola sive in parrochia Sancti Petri de Feresons.¹ Donamus namque vobis ipsum prephatum alodium sub tali eventu² ut habeatis et teneatis omnibus diebus vite vestre et donetis fideliter ipsam tascam ad eandem ecclesiam et ibi abitantibus; et post obitum de te Guadallo, si abueris filium legitimi coniugii, remaneat ad ipsum quem tu eligere volueris. Nam de supranominato alodio solvebatur quartum annuatim. Nos ergo ideo circa vos dulcius agimus propter beneficiis supranominatis nobis exhibitis. Quod si nos donatores ullusque homo vel femina contra ista karta donationis venerit ad inrumpendum, nullo mo[do]³ possit facere, sed componat aut componamus in duplo cum omni sua melioratione. Et deinceps hec carta donationis abeat firmitatem nunc et semper.

Actum est hoc VI^o X^o kalendas aprilis anno⁴ VI regnante Ludoico rege.⁵

1. En lloc de Ferrerons. 2. En lloc de conventu. 3. Manca. 4. o afegida a la interlínia. 5. Manquen les subscripcions dels autors i dels testimonis, i la clausura del rogatari. Al marge inferior dret, una mà posterior ha escrit: Ave Maria.

459

1114, juny, 25

Permuta. *Berenguer Bernat, Seguí i Arnau permuten amb el monestir de Sant Joan de les Abadesses un alou situat a Negos per l'alou de Ges, que posseïa Salomó.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 184, 110 × 120 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Berengarius Bernardi et Seguinus et Arnallus nos simul in unum comutamus cenobio Sancti Iohannis omne nostrum alodium quod habemus in Negos, cum omnibus suis afrontacionibus et cum exitibus et regressibus suis et cum quantum ad ipsum alodium pertinet, propter illum alodium de Gess quod Salomonus tenebat. Sicut superius scriptum est, sic tradimus et evacuamus suprascripto cenobio ad proprium sine ulla resservacione et sine engan. Quod si nos comutatores ad¹ ullus homo vel femina vivens istam scripturam comutacionis dirumpere temptaverit, in dupplo componat cum sua melioracione.

Facta scriptura ista comutacionis VII^o kalendas iulii, anno VII regni Leudovici regis.

Sig+num Berengarius Bernardi, Sig+num Seguinus, Sig+num Arnallus Seguni, qui istam scripturam firmavimus et testes firmare rogavimus.²

Sig+num Arnallus Gaufredi de Palera. Sig+num Petri Bernardi de Bugerano. Sig+num Bernardus Iohannis de Sales.³

Rodegarius levita scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. a sobreposada a u, per tal de fer la forma aud. 2. qui istam scripturam firmavimus et testes firmare rogavimus escrit a continuació de les subscripcions dels testimonis, amb un senyal d'avís en el text que hi remet. 3. Segueix (senyal), sense cancel·lar. Aquest senyal apareix en el text al marge dret del pergami, separat, aproximadament, nou lletres de la subscripció de Bernat Joan de Sales.

460

1114, juliol, 2

Encomanament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, dóna Guilla Ramon per esposa a Berenguer Vives. Aquests donen al comte l'honor que posseeixen a Lliçà d'Avall, que retindran de per vida a canvi del pagament d'un porc cada any. El comte els rep sota la seva guarda i batllia amb la condició que, si passen necessitat, els mantindrà mentre visquin.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 177 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 633), 115 × 240 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 591.

Sit notum cunctis omnibus ominibus qualiter ego Raimundus Berengarii, comes Barchinonensium, dono tibi Gila Ramon per virum Berengarium Vives. Et ego Gila Ramon dono tibi Raimun-

do Berengario totam meam honorem quod ego habeo vel habere debeo in parrochia Sancti Christofori de Liciano in diversis locis, scilicet mansos et chasas et curtes et solos et superpositos, cultos et ermos, et molendinum, regum et subtus regum et aquis, pratis¹ et paschuis sive in prono et in plano, qui mihi Gila Ramon advenit per vocem genitorum meorum et mihi Berengario Vives per vocem uxoris meę. In tali pacto donamus tibi prescriptum honorem pro isto viro quem tu mihi donas² ut nos per te habeamus omnibus diebus vite nostre et post hobitum nostrum remaneat tibi et³ cuncte tue proieniei que est post te veniendi, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad tuum plenissimum proprium franchum alodium, et donamus⁴ tibi pro recognicione istius honoris annuatim I porchum annalium de censo. Et ego Raimundus Berengarii, comes Barchinonensium, accipio vos in guardam et in baiuliam ut sim defensator et auxiliator vobis contra cunctos homines et qualiscumque ex vobis primus morierit remaneat ad alium omnibus diebus vite sue. Quod si nos unquam ad paupertatem veniebamus ut tu vel tuis nobis victum et vestitum donares dum vivi fuerimus. Si quis hoc dirrumpere vel inquietare voluerit, nil valeat, sed in duplo componat et insuper maneat firmum.

Actum est hoc VI nonas iulii anno VI rexnante⁵ Lodovicus.

Sig+num Gila Ramon, Sig+num Berengarii Vives, nos qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Berengarii, chomes Barchinonensium.

Sig+num Petri Raimundi, sagio de Alfodis. Sig+num Arbertus Berengarii Palacioli.⁶ Sig+num Bernardi Petri de Montet Molono. Sig+num Guadalli Gilaberti. Sig+num Berengarii Guadallii. Sig+num Adalberti de Palauddaries.⁷

Petrus clericus, qui hoc scripsit, cum literis suprapositas in V linea, die et anno quo su (*senyal*) pra.

1. r *corregeix* e. 2. pro isto viro quem tu mihi donas *afegit a la interlínia*.
3. *Segueixen dues lletres, raspades*. 4. o *afegida a la interlínia*. 5. *En lloc de regnante*. 6. *Segueix Bern, sense cancel·lar*. 7. u *afegida a la interlínia*.

1114, agost, 15

Liquidació de deute. *Ermengarda i el seu fill Ramon lliuren als esposos Ricard Guillem i Ermessenda, filla d'Ermengarda, un alou*

al territori de Barcelona, sobre el Genestar, a canvi dels dos-cents sous de plata que els havien prestat per pagar la redempció de Bernat Ramon, espòs de l'esmentada Ermengarda, empresonat pels comtes.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 178 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1069), 210 × 317 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 73.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 222. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 128, 152.

Cognitioni¹ cunctorum palam facere volumus qualiter ego Ricardus cum coniuge mea Ermessendi² acomodaverim socrui meę Ermengardi CC solidos argenti ad³ redemptionem viri sui Bernardi cum condam captus a comitibus teneretur. Cumque multociens idem debitum repetissemus et eadem socrus mea se id habere non posse causaretur, habitis iurgiis et placitis quampluribus, tandem interveniente bonorum virorum consilio dedit vel emendavit predicta Ermengardis⁴ mihi Ricardo prefato et uxori meę de proprio alodio suo, pro prefato debito, sicut hec pagina inferius continet. In Dei nomine. Ego Ermengardis et filius meus Raimundus donamus vel emendamus tibi Ricardo Guielmi et uxori tue Ermessendi, pro CC solidis plate quos⁵ vobis debebamus, alodium nostrum proprium quod est super ipsum Genestar. Advenit autem mihi prefatum alodium per vocem mariti mei vel quibuslibet aliis modis. Terminatur autem prefatum alodium ab oriente in alodium nostrum, a meridie in via que pergit per ipsum Genestar, ab occiduo in via qua itur ad Serrianum, a parte circii in alodium Sancte Marie Rivipollentis. Sicut hec affrontationes includunt, sic damus vobis iamdictis Ricardo et uxori tue et de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ad vestram plenariam voluntatem. Si quis igitur cuiuscumque sit sexus vel ordinis uhiuc⁶ nostre emendationis pagine contra ire voluerit, nil in hoc vigoris obtineat, sed hec omnia duplo componat. Et postmodum hec carta firma permaneat.

Que facta est XVIII kalendas septembris, anno VII regni Luduici regis.

Sig+num Ermengardis, Sig+num Ramundus⁷ Bernardi, nos qui hanc emendationem fecimus et firmavimus et testes subscriptos firmari rogavimus.

Sig+num Arnalli Guillelmi. Poncius, Sancti Pauli servus.⁸ Sig+num Petrus Bernardi*. [Sig]+num⁹ Petri* levita.

Raimundus Eribaldus, qui hoc scripsit ex die et anno (*senyal*)
quo supra.

1. i corregeix e. 2. La primera s afegida a la interlínia. 3. a corregeix d.
4. La primera r afegida a la interlínia. 5. quos afegit a la interlínia. 6. En lloc
de huius. 7. La primera u corregeix o. 8. v afegida a la interlínia. 9. Manca.

462

1114, octubre, 13

Arrendament. *Arnau Ramon arrenda a Guillem Bernat, moneder, i a la seva muller Adelaida un forn per un termini de cinc anys, pel preu de sis morabatins anuals; ambdues parts fixen recíprocament una indemnització de deu morabatins en cas que vulguin desdir-se d'allò estipulat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 179 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1010), 85 × 215 mm. Carta partida, traçcant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació malgrat un petit forat que afecta la lectura d'una paraula.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 555, 618. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 54. — BENSCH, *Barcelona*, p. 149.

In nomine Domini. Ego Arnallus Reimundi donator sum vobis Guilelmus Bernardi monetarii et uxori tue Adalaidis femine. Manifestum siquidem est quia dono vobis furnum meum de ista festa sancti Iohannis Babbiste prima usque in alias quinque festas primas venturas. Sub tali quoque modo dono vobis prefatum furnum cum universis suis pertinenciis et cum omnia quod inde debet exiere ut per unumquemque annum infra duos terminos tribuatis michi et meis VI mohabetinos de auro pensatos per prefatum furno.¹ Quinque vero annis completis, prefatum furno revertatur in dominium et potestate mea solide et delibere ad que voluero faciendum, hoc pacto ut si ipsam domum in qua est factum ipsum furnum se defecerit, ego faciam emendare de meo avere et si ipsa lare de ipso² furno³ se defecerit, vos faciatis eam emendare de vestro avere. Si vero ego prefatus Arnallus voluero me abst[r]ahere⁴ de prefata donacione et conveniencia per nullum malum ingenium donam⁵ vobis X mohabetinos de auro et insuper sic teneatis prefatum furno usque ad terminum iamdictum [quin]-que annorum. Et si nos predictus Guilelmus atque Adalaidis noluerimus tibi dare prefatos mohabetinos sicut supradictus est per unumquemque annum usque ad prenominatum terminum quin-

que annorum, similiter donaremus tibi X mohabetinos de auro et postmodum revertatur in tuum dominium⁶ et potestate iamdictum furno ad que volueris faciendum.

Actum est hoc III idus octobris anno VII regni regis Ledoici.

Sig+num Arnallus Reimundi, qui hanc donacione feci, firmavi et sibsriptis firmare rogavi.

Signum+ Guilelmus Bernardi*, Sig+num Adalaidis, nos qui hanc donacione laudamus et firmamus.

(*Senyal*) Bernardus* presbiter. Sig+num Arnalli Adalr.⁷

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in linea XI.

1. r *afegida a la interlínia.* 2. o *corregeix um.* 3. o *corregeix um.*
4. *Manca.* 5. *donam escrit a sobre d'una raspadura.* 6. *dominium afegit a la interlínia.* 7. *Segueix Sig+num, sense cancel·lar.*

463

1114, desembre, 29

Empenyorament. *Guerau Sunifred empenyora als esposos Ricard Guillem i Ermessenda un molí al terme del castell d'Arraona, vora el riu Ripoll, a Cirera, per raó d'un deute de dos morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 180 (*olim* arm. 2 Barcelona, [sac L], núm. 608), 95 × 192 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment de les parts esquerra i central del pergami.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 74.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 152.

In nomine Domini. Ego Geral Sinfre impignorator sum tibi domnus Ricardi et uxorem [vestram] Ermesendis. Propterea sic impignoramus [vobi]s unum mulinum que abeo in Ripol cum suis pertinencis ut ipso molino debet molere. Que mihi advenit per pater meus et per omnesque voces. Et est ipso molino in comitatu Barchinona infra ipsum castrum Araona, in Ripol vel ad ipsa Cirera. Et affrontat de quatuor partes in ipso feut de Arahona. Quantum istas afrontaciones includunt, sic impignoro [vobis] ipsa mea ereditate que abeo vel abere debeo in ipso molino totum ab integre, propter duos morabitanos quod vos¹ mihi prestastis. Ego impignoro vobis ipsa hec omnia ab integre cum exio et regresio, in ea videlicet racione ut de istas kalendas ianuari usque ad III^o annos quod² ego rendiderim ad vos istos morabitanos et vos rendatis mihi ista scriptura sine mora. Quod si ego³ impignorat[or

au]d ulusque omo vel femina qui contra ista impignoracio venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat vobis in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista impignoracio firma permaneat omnique tempore.

Actum est hoc IIII^o kalendas ianuari, anno VII^o regnante Leduico rege.

Sig+num Geral, ego qui ista impignoracio facio, firmo et firmo et firmareque rogo.

Sig+num Ramon Sinfre. Sig+num Bernard Guillem. Sig+num Ramon Gilaber.

Guillelmus sacer, qui hoc scripsit die et anno quod supra (*senyal*).

1. vos *afegit a la interlínia.* 2. *Segueix vos, ratllat.* 3. ego *afegit a la interlínia.*

464

1115, gener, 18

Infuedació. *Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, encomanen als germans Arnau, Bernat i Ramon Pere el castell del Papiol i els donen el feu de la seva honor. A canvi, els germans prometen fidelitat i servei.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 181 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 750), 180 × 325 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 363.]

a MIQUEL, *Liber feudorum*, I, doc. 349.

Cit. MIRET Y SANS, *La casa*, pp. 49-52. — KOSTO, *Making agreements*, p. 256. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124.

Hec est convenientia facta inter domnum Raimundum Berengarii, Barchinonensem comitem, ac Dultiam comitissam atque Arnallum Petri et Bernardum Petri necnon et Raimundum Petri, fratres, de castro quod vocant Papiol et honore ipsius castri. Primum comendant prenomminatus comes et comitissa prephatis fratribus iamdictum castrum ut habeant et teneant illud in illorum servitio et adiuvent illos predictum castrum et honorem tenere, defendere contra cunctos homines vel feminas qui voluerint predictum castrum et honorem tollere vel minuare sive guerregare vel aliquid de predicta honore auferre. Predictus vero comes et comitissa retinent potestatem de predicto castro quotienscumque

inde requisierit illis potestatem per se aut per illorum nuntium et non vetent se inde videri aut comoneri. Et retinent ipsi comes et comitissa in predicto honore et terminio ipsius castrum quartam partem de omni expleto et servitio sive placitos quod exierit vel exire debet de iamdicto termino et honore, et tres que remanent concedunt illis per fevum. Et retinent in dominio comes et comitissa in predicto castro ipsam turrem cum porticu quod est ante turrim¹ que est contra Lubricato et ut faciant ipsi comes et comitissa mansionem subtus ipsam rocham. Propterea ipsi prenominati fratres conveniunt predicti comiti et comitisse ut sint illorum dominici et solidi atque fideles propter predictum castrum quod prelibatus comes et comitissa comandant illis et honorem ipsius castrum quod donant illis ad fevum contra cunctos homines vel feminas, sicut superius resonat, per fidem rectam, sine enganno. Iterum conveniunt predicti fratres iamdicto comiti et comitisse ut sint illorum fideles de vita et corpore et illorum membris necnon et illorum honore quem hodie ubique terrarum abent vel in antea, adiuvante Deo, adquisierint ut adiuvent seppefato comiti et comitisse tenere, defendere, guerregare exceptus Iordano, illorum² seniore, et Raimundo Mironis et contra istos conveniunt ipsi fratres ut unus illorum sit dominicus et solidus prefati comitis et comitisse, tam illorum quam successorum eorum qui Barchinonam tenuerint. Et de hoc quod prephatus comes et comitissa retinent in predicto castro et honore, conveniunt illis pretitulati fratres ut sint illorum fideles sine omni enganno et malo ingenio, tam de prefixo castro et honore ipsius castrum quam de alio illorum honore ubicumque sit.

Actum est hoc XV kalendas februarii, anno VII regni Leovici regis.

Signum+ Raimundi comes. Sig+num Dulcia comitissa.³

Sig+num Berengarii Guilelmi. Sig+num Berengarii Raimundi de Frexano.⁴ Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Berengarii senescalc. Sig+num Carbonel. Michaelis⁵ Salomonis*, capellanus et iudex.

Raimundus Ollegarii levita, qui hoc scripsit, cum litteris in linea VIII, die et anno quo supra.

1. En lloc de turrem. 2. Segueix illorum, ratllat. 3. Les subscripcions dels comtes precedeixen la datació en el document. 4. xano afegit a la interlínia. 5. Michaelis monograma.

465

[c. 1115, gener, 18]

Jurament de fidelitat. *Els germans Arnau, Bernat i Ramon Pere juren fidelitat als comtes de Barcelona Ramon Berenguer III i Dolça pel feu del Papiol.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 22 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 749), 90 × 157 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 363.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 350.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 256.

Datem per l'encomanament del castell del Papiol (vegeu el document núm. 464).

Iuramus nos Arnallus Petri et Bernardus Petri ac Raimundus Petri, fratres, vobis domno Raimundo, Barchinonensium comiti, atque Dultie comitisse quod ab hac ora et deinceps, quandiu vixerimus, fideles erimus vobis per fidem rectam, sine enganno, de omni vita vestra et de omnibus membris vestris quem in corporibus vestris se tenent; et de ipso castro de Papiol, quod modo ibi est vel in antea melius erit, et honore ipsi castri et termino quod accepimus per manus vestras et habemus et tenemus per vestras manus, quod dabimus vobis potestatem de eo quotienscumque requisieritis nos inde per vos vel per vestros nuntios; et non vetabimus nos inde videri aut comoneri, set erimus vobis fideles quandiu vixerimus et de eodem castro et vestro honore et de omnibus causis in quibus homo debet esse fidelis suo meliori seniori, per fidem rectam, sine enganno.

Sicut superius scriptum est, sic tenebimus et attendimus vobis ex toto quandiu vixerimus, per fidem rectam, sine enganno. Per Deum et hec sancta.

466

1115, febrer, 5

Venda. *Ponça i els seus fills Pere i Múcia venen als esposos Ponç i Arsenda una peça de terra conreada situada a Sant Julià d'Altura, al lloc anomenat Mirambel, pel preu d'una quartera d'ordi.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 182, 120 × 250 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques, raspadores i esquinçaments.

Cit. MAS, *Notes històriques*, p. 59.

In Dei nomine. Ego Poncia et filios meos P[ere] et Mucia vinditores sumus tibi Poncio et uxor tua Arsen, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis de alodium nostrum francum id est pecia I de terra culta. Advenit nobis prelocuta hec omnia per parentorum sive per alias quaslibet voces. Et est prelocuta hec omnia in comitatu Barhcinona,¹ in paroçcia Sancti Iuliani Altura, in locum vocitatum Mirambel. Abe[n]t² namque terminos predicta hec omnia de orient alodio Pere Lerbet et fratre suo, de meridie alodio Ramon Guillem vel erredes, de ociduo viam qui pergit ubique, de circi alodio de Amaltrudis. Quantum infra istas IIII^{or} afrontaciones includunt, sic vindimus vobis totum ab integrum, cum exis et regresis earum, in propter precium quarta I ordio quod vobis nobis dedistis. Et est manifestum. Que vero predicta hec omnia quod superrius scripta de nostro³ iure in vestrum tradimus dominio et potestate ad face[re]⁴ que volu[er]ettis. Quod si nos vinditores aut aliquis⁵ [homo] vel femina inq[u]ietare⁶ vobis voluerit, nil valeat set componat aut componamus⁷ vobis in duplo cum sua melioracione. Et in antea ista vindicione firma permaneat semper.

Actum est hoc nonas freboari, ano VII Lodoicus regi Fra[n]cia.⁸

Sig+num Poncia, Sig+num Pere, Sig+num Mucia, nos qui ista vindicione fecimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Guillem Guitar[...].⁹ Sig+num Ramon Sesmon. Sig+num Ramon [...].¹⁰

Raimundus presbiter scripsit [...].¹¹

1. En lloc de Barchinona. Hem mantingut la forma original en el text perquè era habitual a l'època. 2. Manca. 3. nrosto al text. 4. Manca. 5. Manca. 6. Manca. 7. Segueix vel, sense cancel·lar. 8. Manca. 9. Il·legible a causa de l'esquinçament del pergami. 10. Il·legible a causa de l'esquinçament del pergami. 11. Il·legible a causa de l'esquinçament del pergami.

467

1115, maig, 25

Venda. Pere Ramon, la seva muller Maiassenda i els seus fills Ramon Oliba, Guillem Pere i Guillema venen a Llorenç Dalmau una petita sort de terra amb vinya i cinc oliveres a Caldes de Montbui, a Pedregós, pel preu de tres sous de diners de moneda de Barcelona.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 183, 380 × 90 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 657. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 54.

In Christi nomine. Ego Petrus Remundi et uxor mea Maiansendis femina et filiis vel filias meas Remon Oliba et Guillem Pere atque Guillema venditores sumus tibi Laurencii Dalmacii, emtore. Per hanc scripturam cartam vinditionis vendimus tibi sorteta unam terre cum ipsa vinea ubi est fundata cum olivarias IIIII¹ qui infra sunt. Est hec omnia in comitatu Barchinonense, in parocchia Sancte Marie Calidis, in locum Pedregos. Advenit nobis hec omnia per genitores nostros et per X vel per ullasque² voces. Affrontat suprascripta omnia a parte orientis in via Calidas, a meridie et de occiduo in alodio qui fuit Rodballi Amalricii, a circii in alodio Remundi Dalmacii. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindimus tibi iamdicta omnia totum nostrum directum et nostras ereditates quem nos abemus ab integrum, cum ingressibus et exitibus suis, propter precium quod inde accepimus ex vestra parte solidos III denariorum monete Barchinona optima et tu emptore ipsum precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia de nostro iure in tuo trado dominio et potestatem ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut ullus omo qui contra hanc ista carta vendicionis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus tibi supradicta omnia in duplo cum sua melioracione. Et insuper hec vendicio abeat³ firmitatem omnique tempore.

Actum est hoc VIII kalendas iunii, anno VII regnante Lo-doyco rege.

Sig+num Petrus Remundi, Sig+num Maiansendis, Sig+num Remon Oliba, Sig+num Guillem Pere, Sig+num Guillema, nos pariter qui hanc vendicionem facimus, firmav[i]mus⁴ et ad testes firmare rogavimus.

Sig+num Vives Remon. Sig+num Ioanes.⁵

Berengarius sacer scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1. L'escrivà havia escrit IIIII^{or} i va afegir després una unitat més, de manera que al text trobem la quantitat expressada de la manera següent: IIIII^{or}I. 2. u corregeix l. 3. abeant al text. 4. Manca. 5. Segueix Sig+num, sense cancel·lar.

1115, juny, 30

Donació. *Els esposos Salomó Erimany i Maria donen a llur fill Guifré una casa situada al suburbi de Barcelona, al terme dels Arcs, no gaire lluny del Palau Comtal Menor.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII: ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 191 dupl., 180 × 285 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia del final del segle XII: ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 191 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1015), 250 × 310 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, pp. 326, 575, 610.

In nomine Domini. Ego Salamonis Herimandi et uxori meę Marie donatores sumus tibi Gifredus filium nostrum. Manifestum vero est quia libenti animo promptaque¹ volumptate sine ullo ingenio nec terrentis imperio,² sic donamus tibi domum meam cum casale³ et curte et scala⁴ de petra, cum solis et suprapositis, guttis et stillicidiis, hostiis atque limitis, ianuis, foveis et cloacis.⁵ Est autem predicta omnia in suburbio Barchinone, in terminio⁶ de ipsos Archos, paulo longius de Palatium Comitalis Minore. Advenit autem michi⁷ per [vocem]⁸ genitorum meorum, meę vero coniugi per suum decimum sive quibuslibet aliis vocibus. Terminatur autem ab oriente in medium itinere Merdanciano,⁹ a meridie in parietibus domorum Miro Isarni et de uxori sue Belissime, ab occiduo in curte mansionum Petrus Betherris et de uxori sue et in domum Gaucefredus, a circio in curte domorum prefatus Gaucefredus et de heredes suos. Quantum autem prefati termini concludunt atque terminant damus tibi prefatus¹⁰ Guifredus, cum eius ingressibus atque regressibus, propter multis beneficiis et serviciis quem nobis fecistis et facis¹¹ et in antea feceris et quod cunctum tuum avere quod umquam potuisti abere totum in nobis expendisti per plurimas fames qui fuerunt¹² in patria Barchinone, ubi non fuit qui succurrisset nobis nec valisset nullus nisi Deus et tu filium nostrum, ac de nostro iure in tuum dominium et potestatem tradimus ab omni integritate ad quodcumque velueris¹³ faciendum ad tuum plenissimum proprium alodium francum, tali quoque modo et ordine ut quandiu vixerimus teneamus cum te in vita nostra¹⁴ et facias nobis bene secundum tuum posse, et quando morierimus¹⁵ facias nobis sepellire et si nolueris bene facere prefate Marie, mater tua, post mortem meam, tribuas IIII mohabetinos illa et habeas prefata omnia ad quodcumque volueris faciendum. Hanc

igitur scripturam istius nostre donationis si vero nos donatores aut aliquis¹⁶ utriusque sexus vel ordinis homo dirumpere temptaverit componat atque componamus tibi vel tuis in duplum cum sua melioratione atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Actum est hoc II kalendas iulii anno VIII regni regis Ledoici.

Sig+num Salomonis, Sig+num Marie, nos qui hanc donationem fecimus, firmavimus et testes firmari rogavimus.

Sig+num Bonefilii Gaucebti. Sig+num Gillem Reimundi. Sig+num Bernardus Mironi.

Signum+ Poncii subdiaconi, qui haec scripsit, cum litteris suprapositis desuper in linea XII, die et anno quo supra.¹⁷

1. Promtaque C. 2. La fórmula té diferents variants, una de les més correctes és: Manifestum est quia nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria atque spontanea voluntate. 3. sale C. 4. scaba C. 5. cloaceis C. 6. termino C. 7. mihi C. 8. Manca; per vocem C. 9. Merdenciano C. 10. prefatius C. 11. fatiis C. 12. fuere C. 13. volueris C. 14. teneamus cum te in vita nostra *afegit a la interlínia*. 15. moriemus C. 16. aliquid C. 17. S+ Pontii subdiaconi, qui hoc scripsit die et anno quo supra C.

469

1115, octubre, 21

Empenyorament. *Els germans Guillem i Arnau Ramon empenyoren als germans Maïr i Moisès, jueus, un mas al terme d'Arija, al lloc anomenat el Pla, territori de Barcelona, per raó d'un deute de trenta morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 185 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 667), 125 × 275 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Guilelmus Reimundi et frater meus Arnallus Reimundi impignoratores sumus tibi Mahir ebreo et fratri tuo Mosse hebreo. Manifestum¹ est enim quia debitores sumus vobis moabetinos XXX^a auro bene pensatos. Propterea impignoramus vobis alaudibus nostris, scilicet terris et vineis, cultis et eremis, cum arboribus diversis generibus, nominatim ipsum mansum cum suis pertinentiis que vocant ad ipsum Planum quas tenebat Ermengaudus. Et est hec omnia in territorio Barchinone, in terminio de Ariga, in loco vocitato ipso Plano. Advenit nobis per ienitorum nostrorum sive per ullaque voces. Abent autem terminos et affrontationes a parte orientis in alaudibus Sancti Petri, a meridie in alaudibus Poncii Guilelmi, de occiduo in alaudibus vestris, de circi in Coma Baia. Quantum iste affrontationes concludunt et

terminant, sic impig[no]ramus² vobis iamdicta alodia nominatim ipsum mansum iamdictum cum suis pertinenciis atque aiacenciis integriter, simul cum exiis vel regresiis earum atque de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, tali quoque modo et ordine ut vos teneatis³ predicta hec omnia et laboretis et exfructificetis et abeatis totum quod nos ibi debemus abere, tam fructibus quam serviciis, et in die quo erit festa sancti Mikaelis, de ista transacta usque ad alias II venientes, sic faciamus vobis rendere iamdictum⁴ debitum quomodo superius resonat et vos rend[e]tis nobis ista scriptura⁵ sine mora. Et si non potuerimus vobis abere persolutum prefatum debitum ad superscriptum terminum, sted in antea similiter usque ad alia festa sancti Mikaelis et sic vadat de una festa ad alia usque quo nos prefatos debitores reddamus vobis et solvamus prefatum debitum sine vestro engan. Si vero nos impignoratores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista impignoratione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut componamus vobis prefata hec omnia in duplo cum sua melioratione. Et postmodum hoc maneat semper firmum.

Actum est hoc XII kalendas novembris, anno VIII regni Leidoici regis.

Signum+ Guilelmi Reimundi, Signum+ Arnalli Reimundi, nos qui hanc impignoratione fecimus, firmamus et testes firmari rogavimus.

Signum+ Reimundi Bernardi. Signum+ Reimundi Bernardi clericus. Signum+ Pere Gerallo*.

Signum+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in linea II et VI, die et anno quo supra.

1. s *corregeix* r. 2. *Manca*; ra *afegit a la interlínia*. 3. *teneatis repetit*.
4. *dictum repetit*. 5. *scriptura repetit*.

1115, octubre, 25

Encomanament. *Guillem Ramon, la seva muller Sibil·la i llur fill Pere encomanen els castells de Peguera, Fígols i Torroella a Or Arnau.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 186, 150 × 210 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment i de l'esquinçament del pergami.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 50.

Hec est conveniencia que fecit Aur Arnall ad Guillem Ramon et ad coniux sua Sebilla et¹ ad filio vestro Pere. Comandamus nos tibi ipsum chastrum de Pegera et ipsum chastrum de Figols et donamus tibi ipsos fevos qui ad ipsos chastros pertine[n]t² et abeant ipsos chavallarios ipsas onores que nos donamus a tibi, abeant illos per te quomodo abent per nos, et donamus tibi de ipsum nostrum dominicum de Figols ips[a]³ medietate. Et comandamus tibi ipsum castrum de Torrozela et donamus tibi ipsum fevum quomodo Artall abebit per nos. Et per ipsa donacione qui est suprascripta convenit Aur Arnall ad Guillem Ramon et ad coniux sua et ad filio vestro Pere que siat adiutor de vestra onore ad retinere et ad defendere contra cunctos omnes vel feminas per directam fidem, sine ingan, de ipsa onore que abetis et inantea hacaptaretis ab suum consilium. Et in ipses osts vel cavalchades ut Aur Arnall non siat ut filium suum ut ad placitos vel ad chorts et ad seguiis que Aur Arnall. Mando ad ipsos chavallarios que illos facient ad vos et de ipsos chastros quant[as]que vices volumus nos preendere potestatem inde nec pagada [... Aur Arnall ...]⁴ et si illum non est in ista terra de Segre in ca, que donet filium suum ut muliere sua. Et ista conveniencia est facta in presencia de domno Gauceran et de Bertran Ugbert et de Petrus Berengarii et de Ebri Arnall et de Berenger de Solalong et de Berenger de Ofegad et de Guillem de Alted et de Pere Arnall de Cardona et de aliorum bonorum hominum qui ibidem sunt.

Facta conveniencia VIII kalendas novembris, anno VIII regnante Ledovico rege.

Sig+num Guillem Ramon, Sig+num domna Sebilla, Sig+num Pere, Sig+num Aur Arnall, Sig+num Arnall Mir, nos qui ista conveniencia laudamus et firmamus.

Guillemus presbiter, qui ista conveniencia scripsit et sub die et anno (*senyal*) quod supra.

1. et repetit. 2. Manca. 3. Manca. 4. Il·legible a causa de l'esquinçament del pergami.

471

1115, novembre, 7

Testament. Ricard Guillem atorga testament. Llega els seus béns en usdefruit a la seva esposa Ermessenda i en herència als seus fills, Bernat, Pere i Galceran.

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 187 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1145), 330 × 515 mm. Estat de conservació.
- a CONDE, *L'archivio*, doc. 75.
- Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 297. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 54. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 68. — BENSCH, *Barcelona*, p. 143. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 156.

Quoniam humane condicionis debitum nullus evadere potest mortalium, idcirco ego Ricardus Guillelmi dispono et facio testamentum de omnibus rebus meis mobilibus vel immobilibus. Et volo ut sint elemosinarii vel manumissores mei Ermesendis uxor mea et Raimundus frater eius, cognatus meus, atque Raimundus Poncii. Quibus precipio ut si mors mihi advenerit prius quam aliud testamentum faciam, ipsi distribuant omnia mea sicut ego hic illis iniuncxero. Primo quidem accipio mihi terciam partem de omni mobili meo pro anima mea, sicut prephati manumissores melius providerint distribuendum pro salute animę meę. Concedo quoque filiis meis Bernardo scilicet atque Petro necnon et Gaucerando domos meas in quibus habito, cum tribus muris et tribus turribus et cellario et ceteris domibus eisdem pertinentibus, cum orto sub eisdem muris consistenti et alio orto iuxta Portam Novam cum domibus michi pertinentibus que in circuitu eius sunt, cum ferragenali etiam quod est iuxta ecclesiam Sancte Marie de ipso Pino, cum ortis et domibus que ibidem sunt. Concedo eisdem etiam filiis meis domos meas que fuerunt condam Bonucii Vivani cum orto. Concedo etiam Bernardo Ricardi alodium meum quod est ad ipsum Cucullum cum campo qui est iuxta ipsam Celatam. Et concedo Petro Ricardi alodium meum qui est super alodium Raimundi Bernardi iuxta viam qua itur ad ipsum montem, cum campo de ipsa Oliva. Et concedo Gaucerando Ricardi alodium meum quod habeo ad ipsas Figeras, cum campo de ipso Genestar. Et concedo Ermeiardi filie meę mansum qui est ad ipsos Vineales cum omnibus suis pertinentiis pro sua hereditate, cum his que dedi ei ad diem nupciarum suarum. Et concedo Gelvirę filię meę, uxori Berengarii Guadalli, campum quem tenet Petrus Bernardi monetarius pro pignore, cum vineis quatuor modiatas que sunt ad ipsos Vinals,¹ pro sua hereditate, cum his que dedi ei ad diem nupciarum suarum. Et concedo Stephanie nepotę meę campum de ipsa Olivera.² Et concedo iterum supradictis tribus filiis meis Bernardo scilicet Petro atque Gaucerando alodium meum de Provincials et fevum et pignora et quicquid habeo vel habere debeo; et in Bisocio et in Stadela, cum molendinis et eorum utensilibus et³ cum omnibus vineis vel alodiis que habeo in Barchinona

cultis vel heremis⁴ que non sunt divisa, ab ipsis montibus usque ad mare et a flumine Lupricati usque ad flumen Bisocii, ut equaliter dividant inter se. Et iterum concedo fevum de Monte Scatani filio meo Bernardo Ricardi. Et concedo filio meo Petro Ricardi fevum quem teneo⁵ per Guillelmum Raimundi seneschalc. Et concedo filio meo Gaucerando Ricardi fevum quem teneo per ipsam Roceram.⁶ Et iterum concedo eisdem supradictis tribus filiis meis kastrum Arrahonę cum terminis et pertinensiis suis et castellanis. Et concedo similiter eisdem filiis meis fevum de ipso Arno, quem Iordanis mihi tollit, quem ego habebam per meum avere. Et concedo eisdem prenominatis filiis meis alodium meum vel fevum quod habeo in terminio katri de Gurb et ipsum de Felgars et de ipso Bag, quod mihi pertinere debet iure hereditario. Si vero aliquem ex prenominatis filiis meis Bernardo, Petro vel Gaucerando mori contigerit sine legitimo infante, hereditas illius remaneat cęteris fratribus viventibus. Et concedo eisdem tribus filiis meis sub eadem conditionem kastrum de Kabrera quem tenebam per vicecomitem Gerundensem, cum fevo quem tenebat per me Berengarius Fulconis de Talamancha. Supradicta vero omnia teneat uxor mea et habeat et possideat omnibus diebus vitę suę sine blandimento⁷ ullius hominis vel femine, libere et potestative. Post obitum vero eius remaneant sicut ego testatus sum. Concedo ętiam eisdem filiis meis sub eadem condicione alodium meum quod habeo vel habere debeo in Penitensi. Duas autem partes de mobili habeat uxor mea.

Factum est hoc testamentum VII^{mo} idus novembris, anno VIII^o regni Leduyci regis.

Signum+ Ricardi Guillelmi, qui hoc testamentum pleno sensu integraque memoria fieri iussi et firmavi et testibus firmari rogavi.

Signum+ Ermesendis femine. Signum+ Bernardi Ricardi. Signum+ Petri Ricardi. Signum+ Gaucerandi Ricardi. Signum+ Raimundi Poncii.

Signum+ Guilamandi. Signum+ Petrus* levita.⁸ Signum+ Raimundi Bernardi clerici. Poncius* monachus. Signum+ Bernardi Mironis*.

Signum + Arnalli subdiachoni, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in VIII^a et in X^a linea, die annoque prefixo.

1. os Vinals *escrit sobre raspat*. 2. Et concedo ... ipsa Olivera *afegit a la interlınia*. 3. cum molendinis et eorum utensilibus et *afegit a la interlınia*. 4. h

afegida a la interlínia. 5. o *corregeix t.* 6. c *traçada a sobre d'una lletra anterior.*
7. b *corregeix p.* 8. *Segueix Signum+, sense cancel·lar.*

472

1115, novembre, 26

Venda. *Berenguer Bonfill i la seva muller Estefania venen als esposos Pere i Guilla i a llur fill tres peces de terra a Sant Andreu de Llavaneres, al lloc anomenat Batipalmas, pel preu de tres morabatins.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet de 15 de juliol de 1226. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 188, 150 × 170 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami.

In¹ nomine Domini. Ego Berenger Bonifilii et uxor sua Estefania vinditores sumus tibi Petro [...] ² et ad sua mulier Guilla et ad filio suo de illis ambos. Per hunc firmamentum scripture sic vindimus vobis precias III de terra complantada et ad complantare qui ibidem est in Batipalmas. Et advenit ad me Berenger per comparatione que fecit pater meus Bonefilii et ad me Estefania per meum X^m. Et est ipsa terra in comitatu Barchinona, in Maritima, infra parrochia de Sancti Andrea de Lavaneres, in locum qui vocant Batipalmas. Et afrontad de parte orientis in terra de Gonbal, de meridie in campo de Omecifego, de occiduo in terra de Geiral, de circi in ipso margine de Guilelmi Raimundi. Quantum infra istas quatuor afrontaciones includunt vel isti termini ambiunt, sic vindimus vobis totum ab integrum, cum exiis vel regresis earum, in propter precium morabatinos III, quod manibus nostris ad vobis donamus et nichil de ipso precio non³ remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia de nostro iuramus in vestro tradimus dominio et potestate ad omnia facere quod volueritis sine blandimento de nullus homo vel femina. Et qui hoc dirumpere voluerit, nil prosit, sed componat in duplo et in firmitatem super⁴ obtineat in perpetuum modo vel omnique tempore.

Facta ista carta VI kalendas decimbras, anno VIII regnante Leduvigio rege.

Sig+num Berenger, Sig+num Estefania, qui sta vidiccione fecimus et firmamus et testes firmareque rogamus.

Sig+num Guilelm Raimundi Iohan. Sig+num Geiral. Sig+num Esperaindeo. Sig+num Guilelm Raimundi.

Guyfredus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quod supra.⁵

1. *B comença*: Hoc est translatum fideliter factum. 2. *Espai d'aproximadament vuit lletres, il·legible*. 3. *non afegit a la interlínia*. 4. *En lloc de semper*. 5. *B acaba*: Sig(*senyal*)num Petri Medicii. Sig(*senyal*)num Berengarii de Apiaria testis. Sig(*senyal*)num Petri de Campo. Sig(*senyal*)num Raimundi de Riera, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum scripsit cum literis fuis et emendatis in linea tertia et VIII^a, emendatis et suprapositis in X^a, idus iulii, anno Domini M CC vicesimo sexto.

473

[1081-1115]

Convinença. *Artau, fill del comte Artau II de Pallars Sobirà i la comtessa Esloñça, i Roger Bernat es fan diverses promeses per cloure les seves desavinences.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3300 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 81), 90 × 174 mm. Bon estat de conservació.
a MIRET, *Pro sermone plebeico*, p. 106.

Datem pels anys del regiment del comte Artau II de Pallars Sobirà, segons PUIG I FERRETÉ, *Gerri...*, p. 285.

Hec est conveniencia quod facit Artall cum Roger Bernard in Mont Cortes denante Artall, suo filio. Et convenit-li Artall che li pledeg lo termen de Castilgon cum ipso comite; et si no lo pod guarir per directo, quod ille lo li emende. Et Roger Bernard convenit-li servicio de illo castellano de Castilgon et de illos homines qua lo castello¹ aberat establid, de die lunis usque ad die mercoris ad vespre, infra Palgars. Et Roger Bernard donat-le'n I alsperg et una mula per XL^a uncias che manleva de Berenger Bernard per co che acsí li o faca. Et reddet-li la conamina² de Salàss; et si la condamina voluit tenere Artall, faciat-le'n de emena ad laudamento de illos homines de Salàss aut reddat illi ipso precio quod suo pater li donà.

Et fuerunt ibi Mir Girbert et Mir Roger et Berenger Bernard.

Si+g[n]um³ Artallo. Hislonza comitesa.

1. lo castello *afegit a la interlínia*. 2. *i corregeix e*. 3. *Manca*.

474

1116, març. Montearagón

Donació. *Alfons I, rei d'Aragó, dóna a Jimeno López unes cases i uns terrenys a Sant Esteve de Llitera.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 194 (*olim* arm. 17 Aragó, sac B, núm. 258), 200 × 320 mm. Bon estat de conservació.
 a ARCO, *Linajes*, p. 68.
 b LACARRA, *Documentos* (1), doc. 301.
 c LACARRA, *Documentos* (2), doc. 48.
 d LEMA, *Colección diplomática*, doc. 66.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 184.

(*Crismó.*) Sub Christi nomine et eius gratia. Ego Adefonsus, gratia Dei imperator, facio hanc cartam donacionis ad vos Ximimo Lopiz.¹ Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et propter servicia que mihi fecistis et cotidie facitis, dono vobis in Sancto Stephano illas casas que fuerunt de Iben Annezar² cum totas suas hereditates quod abebat et tenebat in terminos de Sancto Stephano, sicut ipse Iben Annezar³ fuit inde umquam melius tenente in suos dies. Et concedo vobis in illo alhizem de illo castello locum bonum ubi faciatis casas bonas quales meliores potueritis eas facere, et quos abeatis et possideatis totum hoc donativum sicut superius scriptum est ingenuum et liberum et francum ad vestram propriam hereditatem per facere inde totam vestram voluntatem, vos et filii vestri et omnis generacio vel posteritas vestra, tali convenio quod teneatis vestras casas populatas et vestra hereditate sicut melius potueritis, salva mea fidelitate et de mea posteritate per secula cuncta. Amen.

Signum + Adefonsi.

Facta carta era M^a C^a L^a III^a, in mense marcio, in castrum quod dicitur Mont Aragon, regnante me Dei gratia in Toletto et in Castella, in Pampilona et Aragone, in Super Arvi vel Ripa Curcia. Episcopus Stephanus in Osca. Episcopus Raimundus in Barbastro. Episcopus Guielmus electus in Irunia. Senior Lope Lopiz in Calagorra. Senior Acenar Acenarz in Funes. Senior Enneco Galindez in Sos et in Ubiego. Senior Fortungo Dat in Barbastro. Senior Tizon in Boile et in Mont Son. Senior Fortungo Iohannes in Tamareto et in Boltania.

Ego enim Sancius sub iussione⁴ domini mei imperatoris hanc cartam scripsi et hoc signum (*senyal*) feci.

1. Ximino Lopiz *escrit a sobre d'una raspadura*. 2. Iben Annezar *escrit a sobre d'una raspadura*. 3. Iben Annezar *escrit a sobre d'una raspadura*. 4. enim Sancius sub iussione *escrit a sobre d'una raspadura*.

475

1116, juny, 19

Empenyorament. *Moisès empenyora a Ramon Guanalgod un mas anomenat Serra de Montjuïc, al territori de Barcelona, per raó d'un deute de vint-i-sis morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 190, 140 × 290 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Mosse, filius qui fui Abraham Cavallarium holim defuncti, debitor sum vobis Raimundus Guandalgaudi et uxori tue Bonedonne XXVI mohabetinos de auro pensatos quos michi accomodastis. Quapropter inpignoro vobis ipsum mansum quod voccant de Serra de Montis Iudaici, scilicet cum terris et vineis cultis vel heremis que ad prefatum mansum pertinent vel quolibet modo pertinere debe[n]t.¹ Est autem in territorio Barchinone in terminio Montis Iudaici ad iamdicta Serra. Advenit autem michi per vocem paternam causa hereditaria sive quibuslibet aliis vocibus vel modis. Habent autem terminos sive affrontaciones ab oriente in amne Bisocii, a meridie in undas maris, ab occiduo in flumine Lubricati, a circio in cacumine Moncium alciorum. Quantum autem infra predictos terminos abeo vel abere debeo que a prenomina-tum mansum pertinet sive pertinere debet, sic inpignoro vobis, cum ingressibus atque regressibus earum, ab omnibus partibus a se undique venientibus, cum universis pertinenciis, terminis sive adiacenciis que a prenomina-tum mansum pertine[n]t.² Ac de meo iure ad vestrum dominium et potestatem trado ab omni integritate, tali condicione et tenori ut teneatis per vestrum pignus et in istas kalendas agusti primas venturas reddam vobis prefatum debitum sine vestro dampno. Si vero ad prenotatum terminum kalendarum agustarum non potuero vobis reddere predictum debitum stet usque ad alias kalendas agusti per tercio; si autem ad iamdictum terminum kalendarum agustarum secundo anno non potuero vobis persolvere supradictum debitum cum suum guadum, stet de illa hora in antea, in tali modo quomodo superius dictum est, que levet per tercio tantum quantum fuerit voluptas vestra et mea. Quod si hoc non fecero et sicut superius est scriptum vobis vel vestris non adimplevero, tunc abeatis licenciam et plenam potestatem haec omnia quod vobis inpignoro aprehendere, tenere, inpignorare, vindere, dare, comutare, inalienare, asentire et omnia quodcumque velitis facere ad vestram voluptatem. Hanc itaque scripturam istius meę inpignoracione, si vero ego inpignorator aut

aliquis utriusque sexus vel ordinis homo disrumpere temptaverit, componat atque componam vobis vel vestris in duplum cum omni sua melioracione atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Actum est hoc XIII kalendas iulii anno VIII regni regis Ledico.

מודה אני משה בר אברהם הנשיא שאני מחייב לדון רימון גונלגוד ולאשתו עשרים זהובים גדולים וששה יותר כמו שכתוב בכתובה שלהם משה בר אברהם זצ"ל יוסף בר נתנאל חזן יוסף בר יצחק חזן כ"ע.³

Sig+num Bonofilius Gauceberti. Sig+num Gerallus Dalmacii. Sig+num Reimundi Stephani.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit die et anno quo supra.

1. *Manca.* 2. *Manca.* 3. Jo, Mossé, fill de mestre Abraham ha-Nasí, reconec que dec a Don Raimon Gunalgod i a la muller vint mancusos grossos, més sis, tal com està escrit en l'escriptura d'ells. Mossé, fill de mestre Abraham, que el record del just sigui beneït. Jucef, fill de mestre Natanael, *hazzan* Jucef, fill de mestre Issac, *hazzan*. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Eduard Felíu (e.p.d.).*

476

1116, octubre, 1

Infeudació. *Els germans Pere i Galceran Ricard donen a Guillem Ramon de Campsentelles una cavalleria de terra al Vallès; a canvi, Guillem s'encomana als donadors i els promet fidelitat i servei.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 192 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 67), 180 × 345 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 390. — BISSON, *L'impuls*, p. 50.

Hęc est convenientia que est facta inter Petrum Ricardi et Gaucerandum Ricardi fratres ac Guilelmum Raimundi de Camp Senteges. Donant siquidem preloquti fratres Petrus atque Gauce-randus prelibato Guilelmo cavalleriam unam terre infra terminos Vallensis, in ipso loco ubi eis primum in apercionem venerit, tali videlicet modo ut prephatam cavalleriam terre abeant ei delibe-ratam inter tres annos primos venientes et per hanc cavalleriam per unumquemque annum istorum trium annorum donent ei XV moabetinos. Peractis autem tribus annis, abeant¹ ipse Guilelmus iamdictam terram et ipsi retineant sibi deinceps iamdictos moa-betinos. Propter hoc namque donum convenit² pretaxatus Guilel-

mus sepedictis fratribus Petro et Gaucerando ut sit illorum fidelis homo, sicut homo debet esse de suo meliore seniore cui manibus se comendat et adiuvet eos tenere et habere atque defendere et guerregare contra cunctos homines vel feminas per fidem, sine ullo malo ingenio, universum honorem quem hodie habent vel in antea adquisierint, excepto seniore de Castello Vetulo, contra quem si iamdicti fratres discordiam habuerint, prefatus Guilelmus serviat eis pro nominatum honorem. Item convenit prenominatus Guilelmus preloquis fratribus Petro et Gaucerando ut habeat eis in ostem unum bonum militem bene preparatum cum suo conducto ad illorum servitium et ipsi donent ei unum asinum cum uno homine tantummodo. Convenit namque iamdictus Guilelmus prescriptis fratribus ut faciat eis cavalladas et seguios et curtes et placita per directam fidem, sine engan. Si autem hec que superius scripta sunt prelibatus Guilelmus fideliter non attenderit et non adimpleverit et iamdictus Petrus atque Gaucerandus monuerint iamdictum Guilelmum ut faciat eis directum de eorum querimoniis et ipse Guilelmus inter XL dies quibus hab eis amonitus fuerit noluerit eis facere directum, tunc suprascripta cavalleria terre veniat iamdictis fratribus in apercionem solide et libere ad voluntatem eorum faciendam.

Acta sunt hec kalendas octobris anno VIII regni regis Ledoici.

Sig+num Petri Ricardi, Sig+num Gaucerandi, Sig+num Guilelmi Raimundi, nos qui hanc convenientiam fecimus et firmavimus et subscriptis testibus firmari rogavimus.

Sig+num Ermesendis³ femina. Sig+num Bernard Mir. Sig+num Guillem Dalmat. Sig+num Iouan Guillem.

Iouhannis levite, qui hoc scripsit die et anno quod supra.

1. *En lloc d'abat.*
2. donum convenit *escrit a sobre d'una raspadura.*
3. *Eermesendis al text.*

477

1116, desembre, 6

Establiment. *Bernat, abat de Santa Maria de l'Estany, estableix a Guilem Sunifred el lloc d'Habitaculos, a Sant Feliuet de Terrassola, a la vall de Postius, a canvi de la tasca i un parell de capons de cens.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet de l'1 de setembre de 1232. ACA, Cancelleria, perg. de Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 193, 140 × 210 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 177.

In Christi nomine. Ego Bernardus, abba Sancte Marie de Stagno, cum omnibus ceteris kannonicis eiusdem loci donatores sumus tibi Guilelmo Seniofredi et uxori tue Sicardis. Donamus namque vobis ipsum locum quem vocant Habitaculos ubi kasas faciatis et rumpatis et bene laboretis et donetis nobis exinde ipsam tascam et unu[m]¹ parilium caponorum pro censu per unumquemque annum.² Est autem prefatum locum in Minorisensi comitatum, in parrochia Sancti Felicis Terraciole, in termino de Olon, in valle Pustus, in loco prenominate Habitaculos. Habent namque affrontationes a parte orientis in ipso collo de Archa, de meridie in Gurgo Nigro, ab occidente in ipso iungente de Potador, de circii in Villarinchos. Quantum iste quatuor affrontaciones includunt, sic donamus vobis prelibatis, cum exiis et regressiis earum, et de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate ut habeatis et teneatis vos et unus ex filiis vestris quem vos elegeritis³ post obitum vestrum sine blandimento alicuius hominis vel femine, sicut superius resonat et est manifestum, in servicio prelibate ecclesie suorumque clericorum ibi degencium per secula. Si quis autem contram istam scripturam donationis venerit, non valeat vendicare, set componat in duplo cum omnia sua melioracione. Et nunc et in antea firma et stabilis permaneat ista scriptura⁴ donacionis modo omnique tempore.

Actum est hoc VIII idus decembris, anno VIII Leudoici regis Francorum.

Sig+num Bertrandus Fulconi. Bernardus abbas (*senyal*). Bernardus levita (*senyal*). Guilelmus subdiachonus (*senyal*). Sig+num Petri Raimundi. Berengarius sacerdos⁵ (*senyal*). Raimundus sacerdos (*senyal*). Bernardus sacerdos.

Berengarius sacerdos, qui hoc scripsit cum literis suprapositis die et anno (*senyal*) quo supra.⁶

1. Manca. 2. quemque annum *afegit a la interlínia*. 3. t *escrita sobre raspat*. 4. cr *corregeix e*. 5. sacerdos *al text*. 6. Berengarius sacerdos ... quo supra *escrit a continuació de la data del trasllat*. *Aquest acaba*: Quod est factum kalendas setembris, anno Domini M CC XXXII. Guilelmus de Mati, qui hoc translatum scripsit fideliter cum literis supraspositis ubi dicitur «quemque annum» et rasis ubi dicitur «elegeritis», emendatis ubi dicitur «scriptura», die et anno (*senyal*) quo supra.

478

1117, gener, 23

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, dóna al bisbe Oleguer de Barcelona la seu de Tarragona i, a ell i als seus successors, la ciutat de Tarragona i el seu terme amb la missió de restaurar el territori.*

- A [Original no localitzat.]
 B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 202 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac A, núm. 37), 210 × 330 mm. Bon estat de conservació.
 C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Liber feudorum maior, fol. 273.]
 D Trasllat del 22 de setembre de 1273. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 202 dupl. (*olim* arm. 5 Tarragona, sac A, núm. 24), 280 × 360 mm. Bon estat de conservació.
 E [Còpia no localitzada. En altre temps a l'Arxiu de la Catedral de Tarragona, llibre de signatura 9, núm. 16, f. 17] (referència de Font Rius).
 F Trasllat del 18 de juny de 1387. Tarragona, AM, perg. núm. 25 (referència de Font Rius).
 G Còpia del segle XIV. Tarragona, Arxiu de la Catedral, Llibre de Vila-seca, f. 28 (referència de Font Rius).
 H Còpia del segle XIV. ACA, Cancelleria, reg. 3, f. 1 (referència de Font Rius).
 I Còpia del segle XIV. ACA, Reial Patrimoni, classe 4ª, núm. 2, f. 1 (referència de Font Rius).
 J Trasllat de 1606. Tarragona, AM, Registro de pergaminos de los principales privilegios de la ciudad, f. 1 (referència de Font Rius).
 K Còpia del segle XVIII. Madrid, RAH, Varios privilegios, bulas y escrituras del reino de Aragón, vol. XXVIII, f. 109 (referència de Font Rius).
 L Còpia del segle XVIII. Barcelona, BC, ms. 729, J. Pascual, Sacrae Antiquitatis Cataloniae Monumenta, vol. II, ff. 119-120 (referència de Font Rius).
 M Còpia de 1783. Tarragona, Arxiu Arxiepiscopal, Marí, Thesaurus Sanctae Metropolitanæ Ecclesiae Tarraconensis, pp. 169-171 (referència de Font Rius).
 a PUJADES, *Crónica Universal*, VIII, p. 206.
 b MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 358, cols. 1247-1248.
 c FLÓREZ, *España Sagrada*, XV, pp. 219-221.
 d BOFARULL, *Anales Históricos*, pp. 243-244.
 e GUIX, *El Llibre*, I, p. 72.
 f MAS, *Notes històriques*, XIII, ap. IV.
 g MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 245.
 h GARCÍA DE CORTÁZAR, *Nueva Historia de España*, p. 306.
 i FONT RIUS, *Cartas*, I-I, doc. 49.
 j *Catalunya romànica*, XXI, p. 114.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 56, 61, 224, 311. — BOFARULL, *Los condes*, II, p. 175. — CARRERAS CANDI, *Descripció*, p. 891. — IGLÉSIES, *Delimitació*, p. 51. — MORA, *Tarragona Cristiana*, I, p. 374. — ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional*, III, p. 547.

Només es presenten les variants de la còpia D.

Raimundus,¹ Dei gratia Barchinonensis et Hispaniarum marchio, Bisuldunensium et Provincię comes, dilecto venerabili

Barchinonensium episcopo Oldegario tuisque successoribus in perpetuum. Quoniam divina clemencia secundum beneplacitum suum me honorare et exaltare dignata est ad honorem ipsius et Aecclesie sancte et apostolorum principis Petri, dono et per hanc scripturam donacionis trado aecclesie sedis Tarrachonensis,² que in honore beate Teclę virginis olim fundata fuit, et tibi Ollegario episcopo tuisque succesoribus pontificibus qui eandem aecclesiam sub ob[e]diencia³ Sedis Apostolicę rexerint ipsam civitatem Tarrachonę que diu per multos annos sub destructione et heremo absque cultore et incolatu mansit. Trado autem eam tibi cum terminis et perninciis suis ad restaurandum, ad habendum⁴ et libere possidendum, ut prephata Terrachonensis ecclesia et rectores eius habeat et possideat hec omnia in perpetuum cum omni libertate et absque inquietudine alicuius hominis. Libertatem etiam dono tibi tuisque successoribus congregandi undecumque potueris homines cuiuscumque dignitatis et mediocritatis ad incolendum terram illam et regendi et iudicandi eos ad honorem Dei et utilitatem ipsius civitatis et construendi et disponendi, secundum quod vobis melius visum fuerit. Quicumque autem cuiuscumque officii sint, sive mari sive terra, illuc convenerint vel habitaverint, libere vivant et habeant et possideant sua et iudicentur et dstringantur ubi opus fuerit, secundum leges et mores et constituciones⁵ quas vos ibi constitueritis, aliter vero a nemine hominum dstringantur sive iudicentur. Dominicaturam quoque et palacium, secundum consilium et dispositionem vestram, ibi mihi habendam reservo, ut et terrachonenses incole, secundum quod oportunum fuerit, sine detrimento ipsius civitatis, adiuvent⁶ me tenere pacem meam et facere guerram, ut et ego adiuvem illos, sicut fideles et amicos meos. Terminantur hec omnia a parte orientis in terminio de Tamarit et de Monte Olivo, sicut descenditur ad mare et ascenditur per aquam de Aiano usque ad montes et transit a septemtrionali plaga per calcem moncium⁷ usque ad ipsum engolador de Cabra et pervenit usque ad ipsum Embotum et ascendit per ipsa cacumina moncium⁸ de Carbonaria.⁹ Sicut ipse aque incipiunt vergere ad austrum et ab occidentali parte transeunt ipsi fines per Montem Rubeum et per collem Balagarii usque ad mare. A plaga meridiana est terminus ipsum mare quod comune est omnibus ipsius terre habitatoribus ad utendum et expiscandum.¹⁰ Quicquid his terminationibus concluditur ipsi ecclesie Tarrachonensi¹¹ et vobis cum omni libertate traho [ad]¹² habendum et possidendum cum omni augmentatione et melioracione, quam, Deo donante, vos et successores vestri vel aliquis sub dispositione vestra in ibi fecerit. Si

qua autem cuiuscumque sexus vel conditionis persona contra hanc nostrę liberalitatis donationem et institucionem venire temptaverit, in nullo prevaleat, sed omnium rerum suarum prius amissionem paciatur et, segregatus ab Ecclesię corpore, iusti iudicis Dei iram incurrat donec satisfaciatur.

Acta sunt hec anno incarnationis Dominice millesimo C° X° VII°o, X kalendas februarii.

+ Raimundi comes.

Signum+ Raimundi Bernardi de Olost. Signum+ Berengarii Bernardi de Barchinona. Signum+ Guilelmi Ugonis de Monte Pessulano. Signum+ Martini Petit.¹³

1. D *comença*: Hoc est translatum suptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. Terrachonensis D. 3. *Manca*. 4. et ad habendum D. 5. *La segona i afegida a la interlínia*. 6. adiuventque D. 7. *En lloc de montium*. 8. *En lloc de montium*. 9. Corbonaria D. 10. *s afegida a la interlínia*. 11. Terrachonensi D. 12. *Manca*. 13. D *afegeix* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, notarii publici Barchinone, qui, viso originale a quo hoc translatum sumptum fuit, idem translatum de verbo ad verbum cum suo originali examinavit et in eodem translato pro teste subscripsit. Signum (*senyal*) Petri de Termino, notarii publici Barchinone, qui, viso originali a quo hoc translatum sumptum fuit, idem translatum de verbo ad verbum cum suo originali examinavit et in eodem translato pro teste subscripsit. Sig(*senyal*)num Jacobi de Portu, publici Barchinone notarii, qui, viso originali a quo hoc translatum sumptum fuit, idem translatum de verbo ad verbum cum suo originali examinavit et in eodem translato pro teste subscripsit. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum a suo originali instrumento scribi fecit fideliter et de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus quam sit in originali instrumento in hoc translato scribi fecit, quod etiam originale instrumentum non erat cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, in quo etiam sunt apposita sigilla curia Barchinone et episcopi Barchinone et conventui Fratrum Minorum, cum litteris rasis et emendatis in linea III^a. Quod est actum X kalendas octobris, anno Domini M° CC° LXX tercio.

479

1117, maig, 20

Cessió. *Els germans Ramon i Bernat Arnau cedeixen, per dos-cents sous de rossells, a Berenguer, abat de Sant Joan de les Abadesses, els drets sobre uns alous situats a la parròquia de Sant Joanipol, que el seu pare Arnau Bernat de Bellocell havia empenyorat a Bernat Joan i aquest havia llegat al monestir.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 195, 125 × 470 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 701. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 55, 127.

Sub sacrosancto Trinitatis nomine. Sit notum cunctis presentibus et futuris qualiter nos fratres Reimundus Arnalli et Bernardus

Arnalli unanimiter simul venditores sumus domino Deo et ecclesie Sancti Iohannis Bapstite, cuius ecclesia sita est secus decursus fluvii Tizeris, et tibi Berengario, abbati eiusdem ecclesie, et vobis ceteris fratribus tam presentibus quam futuris in eodem loco mansuris omnia alodia que abemus in parrochia beatorum martirum Iohannis et Pauli, tam in domibus quam in cunctis edificiis, terris atque vineis, cum omnibus arboribus de diversis generibus, fructuosis et infructuosis, vieductibus et reductibus, pascuis vel garricis, cultis vel heremis,¹ omnia et in omnibus quicquid dici vel nominari aut possideri potest, sicut pater noster Arnallus Bernardi de Belauzel, qui fuit condam, qualicumque modo habuit et tenuit et possedit, totum ab integrum. Qui idem Arnallus inpignoravit ipsa alodia Bernardo Iohannis bone memorie propter precium centum menchosos² cetinis et iafarinis et ipse Bernardus, propter Deum et remedium anime sue, ad obitum suum reliquit ipsa pignora prefate ecclesie Sancti Iohannis. Nos ergo presentes supradicti Reimundus Arnalli et Bernardus Arnalli vendimus insuper et donamus eidem ecclesie et abbati et clericis et tradimus suprascripta alodia propter Deum et remedium animarum nostrarum solide et libere, sine ulla retencione vel diminucione per ipsa supranominata pignora. Insuper accipimus ab ipso abbate et ab ipsis clericis ducentos solidos monete rosselle. Que vero predicta omnia de nostro iure in potestate eiusdem ecclesie tradimus et ibi Deo servientibus nihil inde retinentes. Quod si nos supra nominati viri aut ullus homo vel femina contra ista scriptura inpignoracionis vel donacionis sive vendicionis venerit ad inrumpendum, tandiu ab introitu Ecclesie excommunicatus separetur donec in duplo quod invasit restituat. Et si contumax incorrigibilis extiterit, cum Domini proditore in inferno damnetur.

Actum est hoc XIII kalendas iunii, anno VIII^o regnante Ludovico rege.

Sig+num Reimundus Arnalli, Sig+num Bernardus Arnalli, qui ista karta donationis vel vindicionis facimus scribere, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Guillelmi Uzalgarii vicecomitte. Sig+num Pere Guillem de Rener. Sig+num Ramon Berenger. Sig+num Bernard Berenger. Sig+num Bernard Ramon de Chort³ Savi. Sig+num Oliver. Sig+num Arnallus Guilelmi de Castlar. Sig+num Petrus Domnuci. Sig+num Reimundus de Monte Acuti. Rodegarius* levita +.⁴

Reimundus sacerdos, qui hoc rogatus scripsit (*senyal*) sub die et anno quo supra.

1. h *afegida a la interlínia.* 2. h *afegida a la interlínia.* 3. h *afegida a la interlínia.* 4. *Segueix el dibuix d'un cap d'home de perfil, davant la boca del qual hi ha escrit el mot musa.*

480

1117, juny, 18

Inf feudació. *Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, infeuda a Guillem Ramon el Castell Nou de Galliner i el feu que Ramon Folch havia tingut pel comte Pere Ramon I.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 197 (*olim* arm. 3 Lleida, sac B, núm. 96), 65 × 430 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 36c-d.
- C Trasllet del 26 de gener de 1346. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 30, núm. 196c (*olim* arm. 13 Cervera, sac Bernat Calvó, núm. 268), 740 × 680 mm. Bon estat de conservació.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 92.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, pp. 424 i 429.

El trasllet de 1346 està copiat, juntament amb dos documents més, en un mateix pergami (vegeu els documents núms. 483 i 484).

Hęc¹ est convenientia qui est facta inter domno Bernardo comite et Guillem Ramon. Comendat ipse comes illo Castro Novo de Galiner ad² Guillem Ramon ut teneat per³ illo per fevo et retinet⁴ ipse⁵ comes ipso dominico que habuit ipse comes Petrus in Galiner⁶ a suo dominico; et ipsos dominicos⁷ que habuit Guillem Ramon in Galiner donat ipse comes ad Guillem Ramon las duas partes ut teneat per illum ad fevo et ipsa tercia parte retinet ipse comes ad suo dominico; et reddet ipse comes ad Guillem Ramon ipso fevo que tenebat Ramon Folcoh⁸ per illo comite Petro. Et per hoc totum convenit Guillem Ramon ad ipso comite iam suprascripto que siat suo solio contra totos homines vel feminas si quomodo homo debet esse de suo meliore seniore cui solius est. Et convenit Guillem Ramon ad illo domno comite iam suprascripto ke⁹ de illo Castro Novo de Galiner que donet potestate quantas vices ille demandaverit in ira et¹⁰ in pace, per fide, sine engan. Et si de illo comite minusvenerit, sic attendat Guillem Ramon ista convenientia suprascripta ad illo cui ipse comes dubitaverit sua honore. Et de hoc totum sunt testes Petrus vicecomes et Arnal Mir de Castellon Acusp.¹¹

Facta ista convenientia X^oIII^o kalendas iulii, era M^a C LV.¹²

1. *Comença:* Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento reperto in quodam libro magno super feudis ordinato in Archivo Regio Barchinone

recondito, cuius tenor sequitur in hunc modum. 2. ad *corregeix* ut. 3. per *afegit a la interlínia*. 4. i *corregeix* e. 5. *ipset al text*; ipse C. 6. Galliner C, *totes les vegades que apareix el topònim en el text*. 7. dineros C. 8. Folchoch C. 9. que C. 10. vel C. 11. *Tal vegada en lloc de Encús*. 12. C *acaba*: Sig(*senyal*)-num Guilelmi de Curtibus, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)-num Romei de Sarriano, notarii publici Barchinone, testis. Sig+num Petri de Bertrellans, baiuli Barchinone, qui huic translato sumpto fideliter a suo originali et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobato, non viciato nec in aliqua sui parte suspecto, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur, auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum ut dicto translato tanquam suo originali in iudicio et extra fides plenaria ab omnibus impendatur. Appositum per manum mei Marci Fusterii, auctoritate regia notarii publici Barchinone ac scribe curie dicti baiuli, in cuius manu et posse dictus baiulus hanc firmam fecit decimo kalendas ffebroarii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, presentibus testibus Ffrancisco Iuliani de Colello et Iacobo Gualart, scriptoribus. Et ideo ego, Marchus Fusterii notarius predictus, hec scripsi et hoc meum sig(*senyal*)-num hic apposui. Sig(*senyal*)-num Petri Perseyea, regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui de mandato excellentissimi ac magnifici principis et domini, domini Petri, Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceretanie, sibi facto cum littera regia papirea pantenti, sigillo eiusdem domini regis in dorso sigillata, data Barchinone VIII^o idus ianuarii, anno Domini millesimo CCC^o XL^o quinto, hoc translatum a dicto instrumento sumptum et cum eodem de verbo ad verbum fideliter comprobatum scribi fecit et clausit in civitate Barchinone, VII^o kalendas ffebroarii, anno proxime dicto.

481

1117, juny, 18

Composició i pacificació. *Pelet cedeix a Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, la quarta part de Galliner i es fa home seu, en compensació pels mals que li ha causat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 196 bis (*olim* arm. 21 Regne de València, sac A, núm. 31), 90 × 440 mm. Bon estat de conservació.

Hec est memoria de emenda ke fa Pelet ad illo comite Bernardo per mals et per guerras que ad illo fecit et quare fuit ad sua presone, forcia et adiutorio et preso d[e]¹ illo suis manibus. Et per totas istas malas que ad illo fecit emendat ille ipsa quarta parte de Galiner et fenex-la-li Pelet ke d[e]² ille non la li racur ille neque homo vel femina per suo consilio, et ke la faciat finire³ as suos fratres ad sua potentia. Et per hoc totum que siat Pelet suo homine de illo comite, ke acsi li attendat per fide, sine engan. Et per hoc totum ke dona Pelet ad illo comite fenex-li-l comt[e]⁴ suas racuras per fide, sine engan. Et convenit Pelet al comite ke no li forsface ad si neque ad sua honore si non erat cum Artallo o cum illo qui in suo loco venerit.

Facta ista convenientia X^o IIII^o kalendas iulii.

Sig+num Remon Bertran de Montaniana, Sig+num Arnal Mir de Castellon, testes sunt.

Era M^a C LV^a.

1. Manca. 2. Manca. 3. La segona i corregeix e. 4. Manca.

482

1117, juny, 29

Carta de poblament. *Ermengol VI, comte d'Urgell, amb el consentiment del vescomte Guerau i del bisbe Odó, fa donació en alou de diverses terres del terme de la ciutat de Balaguer als homes que la van defensar.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 8 de maig de 1318. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 209, 430 × 330 mm. Estat de conservació regular a causa d'un esquinçament a la part superior dreta i de l'enfosquiment del pergami.

C Còpia del segle XIV. Balaguer, ACN, fons municipal, *Llibre II de Privilegis*, ff. 68v-69 (referència de Font Rius).

D Còpia del segle XVII, cap a 1650. ACA, MONFAR, *Historia de los condes de Urgel*, p. 375 (referència de Font Rius).

E [Trasllet del 1762 no localitzat] (referència de Font Rius).

F Còpia del segle XVIII. Balaguer, ACN, fons municipal, *Cartoral de Privilegis*, 70 i s. (referència de Font Rius).

G [Còpia del segle XVIII, perduda el 1936] (referència de Font Rius).

a CODOIN, IX, doc. X.

b BALAGUER, *Historia*, I, ap. 9, p. 814.

c JIMÉNEZ, *Apuntes*, p. 179.

d POU, *Història*, ap. 2, doc. 7.

e SÀBAT, *Apuntes*, p. 29.

f FONT RIUS, *Cartas*, I-I, doc. 50 (amb una àmplia relació de còpies).

Cit. BOFARULL, *Los condes*, p. V. — SANAHUJA, *Història*, p. 134.

Preнем l'any X del rei Lluís VI com l'element cronològic per a datar aquest document, malgrat la profusió d'elements que presenta la clàusula de datació i que l'epacta XI, la lluna XXII i la indicció XV ens situen al 1122, any en el qual, a més, el dia 29 de juny va ser dijous.

[In¹ nomine sancte et individue] Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Ermengaudus, gratia Dei Urgell[ensis comitis, ...]² decrevimus facere carta donacionis quam et facimus de alode ad homines commorantes in Balagario [...] ³ steterunt in supradicto Balaguer qui portarunt pondus et estus fame et sitis captivitatem et rancuras multas et tenuerunt Balaguer ad honorem Dei et chistianitatis et ad honorem et servicium suorum seniorum in fide. Hii sunt per nomina: Bernardus de Guadal et Bernardus Guirt, Girbertus et Bernardus Ber[enger], Ffortes et Isarnus,

Raimundus Mir et Mir Arnald, Radulfus presbiter et Poncius de Guadan, Guiylelmus Rainer et Atto Guitardus et Arnaldus Guerrer, Guiylelmus Zabater et Caruin, Bernardus Cucuz et Arnaldus Mir, Petrus Ber[enger] et Bernardus Gerund[e],⁴ Petrus Guillem et Arnaldus Petri, Arnaldus Sinfred et Petrus Mir; Poncius Maiol et Anner, Bernardus Sclua et Guilelmus Compagn. In primis damus illis ad ortos habendum subtus Mons Favar unde habeant ortalia sicut determinatur per IIII^{or} partes. Prima de illo orto Sancte Maria,⁵ secunda de illa accechia, tertia illa sorte Sancti Petri de Osca, quarta Sicoris. Deinde damus illis in illa plana de Villa Nova de illa sorte de Miro Arnaldi de Conca Bela usque ad illum terminum de illo Prestingrio et de illa margine usque ad Sicorim. Hic vero quantum concludunt istas IIII^{or} partes, excepto illam terciam de Bernardo Bigerti, item damus illis aliam diversam ad Trencavias sic determinata de illa sorte Cenelasco⁶ Fortugnones usque in illo vilare antiquo, de alia parte de illo monte usque in Sicorim, quantum concluditur in istis IIII^{or} partibus ab integro. Iterum⁷ damus in illa parte de Castelione sic determinata per IIII^{or} partes, prima pars de ipso muro usque in ipso çafaregio, tertia⁸ pars de illa porta de Castelione ipsa via usque in illa via que pergit ad Albesam, quantum concludunt istas IIII^{or} partes ab integro. Igitur damus illis de illa parte de Cione alia divisione sic determinata, a parte orientis ipsam marginem usque in Cione et de III parte ab illa torre de Berengario Beccu, de IIII^a parte Sicoris. Quantum inter istas IIII^{or} partes omnia concludunt damus similiter et concedimus ab integrum. Ego vero predictus Ermengaudus cum dictis Geraldo vicecomite et episcopo Otone facimus hec predicta scriptura et concedimus istis supramemoratis hominibus de Balagario ut habeant possideant quantum in ista carta⁹ resonat illis et omnis posteritas eorum ad proprium alode et ad facere suam voluntatem. Si quis tamen, quod minime facere credimus, ut nullus propinchus vel extraneus contra hunc nostrum scriptum insurrexerit et dirumpere voluerit, sub anathema sit hic et in futurum et non possit inde aliquid condempnare.

Ffacta carta hereditaria sive donacionis notum diem V feriam, quod est III kalendas iulii, epacta XI, concurrentes VII, luna XXII, indictione XV, regnante Lodovico rege in anno suo X^{mo}, eodem comes Ermengaudus in Balagario et in Urgellum.

Ego igitur supradictus comes Ermengaudus, qui hanc cartam scribere iussi et legentem audivi, manibus meis sig+num infixi.¹⁰ Ego vicecomes Geraldus similiter ad confirmandam hanc cartam

sig+num infigi. Ego episcopus Oto in hanc carta sig+num confirmacionis ingeci.

Sig+num Arnaldi Berengarii. Sig+num Petri Berengarii. Arnaldus Berengarius testis. Berengarius Arnaldus testis. Raymundus Arnaldus testis.¹¹

1. *B comença:* Exemplum sumptum octavo idus madii, anno Domini millesimo trescentesimo octavodecimo [...]. 2. *Il·legible a causa de l'esquinçament del pergami, que afecta la segona meitat de les tres primeres línies del text.* 3. *Il·legible per la mateixa raó.* 4. *Manca.* 5. *Al marge esquerre, amb lletra del segle xviii:* [...] Ermengaudus dic[...] de Castella. 6. *En lloc de sorte de Velasco.* 7. *Ite escrit a sobre d'una raspadura.* 8. *tercia escrit a sobre d'una raspadura.* 9. *cartam al text.* 10. *Al marge esquerre, amb lletra del segle xviii:* Christi M C XIX°. [...] M C XVII. 11. *Al marge esquerre, amb lletra del segle xviii:* [Armari ...] Sicília y Castella. *B acaba:* Sig+num Mathei de Murello, tenentis locum baiuli in Balagerio pro domino comite, qui viso originali a quo hoc exemplum fideliter sumptum est, non cancellato, non abolito nec in aliqua sui parte viciato, huic exemplo inde sumpto nostra licencia et mandato et nobis presente cum suo originali fideliter comprobato, auctoritatem nostram et decretum impendimus et prestamus ut robur perpetue firmitatis obtineat en [ut] tanquam suo originali, in iudicio et extra, fides plenaria habeatur. Sig+num Iacobi de Berga, Sig+num Bartolomei Spigol, Sig+num Borracii de Sali[...], habitatorum Balagarii, testium firmamenti Mathei de Murello, qui viderunt et audiverunt presens exemplum cum originali suo fideliter et veraciter comprobati. Sig(*senyal*)num mei Iacobi Rabacie, publici notarii Balagarii, qui huic exemplo cum autentico fideliter comprobato me pro teste subscribo. Ego Bartolomeus Leoder, scriptor curiarum Balagarii auctoritate Guillelmi Fferrarii, notarii earundem pro domino comite, qui huic exemplo cum autentico fideliter comprobato me presente subscribo et meum sig(*senyal*)num feci. Sig(*senyal*)num mei Bernardi Rabacie, notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominacionem domini regis Aragonum, qui presenti exemplo cum suo originali fideliter examinato testis subscribo. Ego Arnaldus Rabacie, publicus notarius in scribania officialatus dechanatus Urgelli pro Guyalmoneto Rabacie, notario eiusdem pro domino Urgellensi episcopo, qui huic exemplo cum autentico fideliter comprobato me pro teste subscribo et hoc sig(*senyal*)num feci. Ergo Raymundus de Nargo hoc exemplum scripsi ex vero originali suo sumptum, non cancellato, non abolito nec aliqua sui parte viciato, quod fideliter comprobavi cum suo originali, de licencia et mandato dicti honorabilis Mathei de Murello, locum tenentis baiuli, ipso presente et isti exemplo auctoritatem suam prestante et impendente ut supra mea littera notat, ac etiam eodem locum tenente baiuli predicti in mea manu firmante octavo idus madii, anno Domini millesimo CCC° octavodecimo coram testibus antescryptis et meum sig(*senyal*)num apposui cum rescripto in XIIª linea ubi dicitur «Ite» et rescripto etiam in XIIIª ubi dicitur «Terciam». Sig+num Mir Arnaldi de Gerunda, publici notarii Balagarii, qui hoc exemplum scribi feci.

[1117, juliol, 24]

Infeudació. *Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, renova a Guillem Ramon de Galliner el feu que el seu pare tenia pel comte Pere Ramon I i li encomana el Castell Nou de Galliner.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 36a-b.

- C Trasllet del 26 de gener de 1346. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer II, carp. 30, núm. 196a (*olim* arm. 13 Cervera, sac Bernat Calvó, núm. 268), 740 × 680 mm. Bon estat de conservació.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 90.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 424 i 429.

Transcrivim l'exemplar C. Aquest exemplar està copiat, juntament amb dos documents més, en un mateix pergami (vegeu els documents núms. 480 i 484).

Hec¹ est convenientia que est facta inter Bernardo comite Palariense et Guilelmo Raimundi de Galliner. Donat namque Bernardo comite a Guilelmo suprascripto ipsum fevum quem pater suus habuit pro Petro comite. Et insuper comandat ipso Castello Novo de Galliner et donat illi a Guilelmo suprascripto per fevo, in tale convenientia quo Guilelmo suprascripto² donet potestatem ad Bernardo comite de ipso Castello Novo et de alios que per illo habet per totas vices que ille demandaverit aut requisierit per se aut per suos missos, iradament aut pagadament et sine enganno. Et insuper retinet ibi que si venerit in obertura ipso castello de isto castellano, que Guilelmus subscriptus mitat alium castellanum cum consilio de suo comite et illo castellano siat suo homine de Bernardo comite, que [bene si] posseat fidare et credere in illum de suo corpua vel de sua honore et de sua statica que tenet in ipso castello per quantas vices ibi stare voluerit et de ipsos dinneros que exiran de ipso castello retenet ibi illo comite ipsam quartam partem ab integre et suos alodes planos. Et propter hoc quod superius scriptum est et per benefactum que habet facto vel modo facit prescriptus comes a Guilelmo prescripto, convenit subscriptus Guilelmus a Bernardo comite prenominato que sia suo solido contra totos homines vel feminas, sicut homo debet esse de suo meliore seniore cui solidus est et iuret ad illum fidelitatem qualem habere debet facere ad suum meliorem seniore cui solidus est et que non habeat seniore neque retineat contra illo; adiutor illi siat contra totos homines vel feminas sine suo enganno. Et convenit Guilelmo a Bernardo comite que habeat in Galliner et in suos terminos entrar et exir et garrejar et pacem facere contra totos homines vel feminas et seguiment dels cavallers e dels pedons. Et habeat comes ipsos dominicos que frater suus habuit in Galliner et in Monteschiu. Et si Bernardus comes minus venerit, sic faciat et attendat et iuret et conveniet predictus Guilelmus ad cui Bernardus comes dimisserit vel dubitaverit sua honore que Guilelmus tenet per eum. Et convenit Bernardus ad predictum Guilelmum quod si de illo minus venerit, si o tendrà et o atendrá cui Guilelmus dubitaverit sua honore.

Acta ista conveniencia VIII kalendas agustas,³ anno X^o regnante rege Laudovico.

Sig+num Bernardi comite, Sig+num Guilelmus Raimundi, qui ista carta mandaverunt scribere et testes firmare et suos signos facere.

Sig+num Rodger, Sig+num Ramon Guinaman, Sig+num Rosset, Sig+num Reard, testes sunt.⁴

1. *Comença*: Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento reperito in quodam libro magno super feudis ordinato in Archivo Regio Barchinone recondito, cuius tenor sequitur in hunc modum. 2. per fevo, in tale convenientia quo Guilelmo suprascripto *afegit a la interlínia*. 3. *us afegit a la interlínia*. 4. *Manca la clausura de l'escrivà*. *C acaba*: Sig(*senyal*)num Guilelmi de Curtibus, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Romei de Sarriano, notarii publici Barchinone, pro teste subscribentis. Sig+num Petri de Bertrellans, baiuli Barchinone, qui huic translato sumpto fideliter a suo originali et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobato, non viciato nec in aliqua sui parte suspecto, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur, auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum ut dicto translato tanquam suo originali in iudicio et extra fides plenaria ab omnibus impendatur. Appositum per manum mei Marci Fusterii, auctoritate regia notarii publici Barchinone ac scribe curie dicti baiuli, in cuius manu et posse dictus baiulus hanc firmam fecit decimo kalendas ffebroarii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragésimo quinto, presentibus testibus Ffrancisco Iuliani de Colello et Iacobo Gualart, scriptoribus. Et ideo ego, Marchus Fusterii notarius predictus, hec scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Petri Perseya, regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui de mandato excellentissimi ac magnifici principis et domini, domini Petri, Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceretanie, sibi facto cum littera regia papirea pantenti, sigillo eiusdem domini regis in dorso sigillata, data Barchinone VIII^o idus ianuarii, anno Domini millesimo CCC^o XL^o quinto, hoc translatum a dicto instrumento sumptum et cum eodem de verbo ad verbum fideliter comprobatum scribi fecit, cum litteris suprapositis in linea II^o ubi dicitur «per fevo, in tali convenientia quo Guilelmo suprascripto», et clausit in civitate Barchinone VII^o kalendas ffebroarii, anno proxime dicto, cum raso et emendato in II linea presentis clausure ubi dicitur «instrumento».

484

[c. 1117, juliol, 24]

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon de Galliner jura fidelitat al comte Bernat Ramon I de Pallars Jussà.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 40 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 340), 90 × 160 mm. Bon estat de conservació malgrat l'esvaniment de la tinta.
- B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 36c.
- C Trasllat del 26 de gener de 1346. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 30, núm. 196b (*olim* arm. 13 Cervera, sac Bernat Calvó, núm. 268), 740 × 680 mm. Bon estat de conservació.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 91.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 424 i 429.

Datem per l'encomanament del Castell Nou de Galliner, al qual sembla que respon aquest document (vegeu el document núm. 483). El trasllat C està copiat, juntament amb dos documents més, en un mateix pergami (vegeu els documents nùms. 480 i 483).

Iuro¹ ego Guillem Ramon de Galliner ad te, Bernardo comite, que de ista ora in ante fidels vos seré et bona fide vos portaré sicut homo debet facere ad suo meliore seniore cui solidus est; et non vos decebré ni decebre non vos faré de vestra vita neque de vestris membris neque de vestra honore neque de vestros homines que hodie abetis nec in ante acaptare poteritis. Et de illa honore que mihi abetis comendata et in ante² comandaretis mihi, fidels vos en seré et potestatem vos en daré ad vos et a qui vos dimiseritis vestra honore.

Sicut superius scriptum est, si vos o tenré et o atendré per fide, sin[e en]gano.³ Per Deum et sanctis istis.⁴

1. C *comença*: Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento reperto in quodam libro magno super feudis ordinato in Archivo Regio Barchinone recondito, cuius tenor sequitur in hunc modum. 2. *Segueix* vos *raspat*. 3. *Manca; també a C*. 4. *C acaba*: Sig(*senyal*)num Guilelmi de Curtibus, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Romei de Sarriano, notarii publici Barchinone, pro teste subscribentis. Sig+num Petri de Bertrellans, baiuli Barchinone, qui huic translato sumpto fideliter a suo originali et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobato, non viciato nec in aliqua sui parte suspecto, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur, auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum ut dicto translato tanquam suo originali in iudicio et extra fides plenaria ab omnibus impendatur. Appositum per manum mei Marci Fusterii, auctoritate regia notarii publici Barchinone ac scribe curie dicti baiuli, in cuius manu et posse dictus baiulus hanc firmam fecit decimo kalendas ffebroarii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, presentibus testibus Ffrancisco Iuliani de Colello et Iacobo Gualart, scriptoribus. Et ideo ego, Marchus Fusterii notarius predictus, hec scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Petri Perseya, regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui de mandato excellentissimi ac magnifici principis et domini, domini Petri, Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceretanie, sibi facto cum littera regia papirea pantenti, sigillo eiusdem domini regis in dorso sigillata, data Barchinone VIII^o idus ianuarii, anno Domini millesimo CCC^o XL^o quinto, hoc translatum a dicto instrumento sumptum et cum eodem de verbo ad verbum fideliter comprobatum scribi fecit et clausit in civitate Barchinone, VII^o kalendas ffebroarii, anno proxime dicto.

485

1117, agost, 4

Permuta. Berenguer Geribert, la seva muller Ermengarda i llurs fills permuten amb els germans Pere i Oliver Bernat la feixa de Perera i una quadra a les Figueres Comtals, tot situat al territori de Bar-

celona, a Sant Joan Despí, sota Sant Pere de Tiano, per un alou situat a Sant Pere de Romaní.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 198 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 993), 150 × 310 mm. Bon estat de conservació.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 326. — JORDÀ, *L'ermita*, p. 42.

Notum sit omnibus hominibus qualiter ego Berengarii Guiriberti et uxori meę Ermengardis femina et filiis nostris, nos simul in unum¹ comutatores sumus vobis Petri Barnardi et fratri tuo Olivario. Manifestum est enim quia comutamur vobis alodium nostrum proprium francum, id est fexa I que vocant de Perera, qui est ad ipso alodio comitale, et quadre qui est ad ipsas ficulneas comitales, quod abemus in territorio Barchinonens[e],² in parrochia Sancti Iohannis de ipsa Pinu, subtus ipsa strata,³ in loco vocitato qui est subtus Sancti Petri que vocant Tiano. Advenit mihi Berengarii predicti per vocem uxori mee et ad uxori mee per ienitores suos sive aliis modis aut vocibus. Terminatur autem hec fexa predicta a parte orientis et de occiduo vel de circii in alodio comite, a meridie in alodio Petri Mironi; et affrontat ipso quadre predicto de oriente et de occiduo in alodio comite, de meridie in alodio qui fuit de Bernardi Geralli, qui est condam, de circii in alodio de ipsos Folcharios. Quantum iste affrontaciones⁴ includunt et isti prescripti termini⁵ circumeunt, sic comutamur vobis hec omnia suprascripta, cum exiis vel regressiis suis, ad vestrum proprium alodium ad omnia que volueritis facere, quantum nobis ibi abemus vel abere debemus. Et sic comutamur vobis hec omnia prefata sicut superius insertum est propter vestrum alodium que abetis ad Sancti Petri de Dudismo, cum affrontacionibus et exiis vel regressiis suis, quantum vobis ibi abetis vel abere debetis et sicut in nostra resonat scriptura comutationis quod vos nobis fecistis, exceptus ipso alodio qui est de soror vestra. Quod si nobis comutatotes vel vobis unus ad alterius venerit pro inrumpendum sive infringendum, componatur in duplo et amplius comutatio stabili firma permaneat.

Acta est carta comutatio II nonas augusti, anno X^o regni regis Leoydici.

Sig+num Berengarii Guiriberti, Sig+num Ermengardis femina, nos qui ista carta comutacione fecimus firmari et testes firmare rogavimus.

Sig+num Berengarii Bremundi. Sig+num Mironis Raimundi. Sig+num Bernardi Eralli. Sig+num Arbertus Berengarii. Sig+num Bernardi Berengarii. Sig+num Guilelmus Berengarii. Sig+num

Petri Berengarii. Sig+num Ermengardis femina. Sig+num Arnalli Berengarii. Sig+num Rodlandi Berengarii. Sig+num Berengarii Rodlandi.⁶

1. in unum *afegit a la interlínia.* 2. *Manca.* 3. *subtus ipsa strata entre cometes al text.* 4. *Segueix et, sense cancel·lar.* 5. *termini afegit a la interlínia.*
6. *Manca la clausura del rogatari.*

486

1117, setembre, 1

Donació. *Berenguer de Montcada i la seva muller Ermessenda fan donació a la seva filla Beatriu i al seu marit Guillem Ramon, senescal, de tots llurs béns, amb reserva de l'usdefruit i d'alguns alous.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 199, 190 × 320 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 55, 67, 68, 71.

Sub sacrosancte ternis Trinitatis nominibus. Hec est scriptura donacionis quam Berengarius Montis Catani eiusque coniux nomine Ermesendis faciunt¹ Beatrici et viro suo Guilelmo Reimundi dapifero. Donant namque ambo predicti Berengarius necnon Ermesendis prefata Beatrici et Guilelmo Reimundi viro suo omnem suum honorem sicut sui iuris esse videtur, scilicet alodium, fevum et baiulias, tali modo ut predictus Berengarius teneat omnem prelibatum honorem dum vixerit sine blandimento ullius hominis vel femine. Post mortem vero ipsius veniat in iure et potestate Beatricis necnon et Guilelmo Raimundi eiusque viro sine aliqua dubitatione et absque ullius persone reclamationis, excepto illo dono et sponsalicio quem predictus Berengarius coniugi sue dedit, si supervixerit ei, sicut resonat in suis scripturis ut illa teneat et habeat in vita sua sine blandimentum ullius hominis vel femine. Post mortem eius deveniat in potestate Beatricis et viro suo Guilelmo Reimundi. Et retineo ego² predictus Berengarius infra terminis kastrum Muntaniolo duos mansos quales mihi placuerint ad meam voluptatem faciendam et retin[eo] meum alodium de Casanova, qui se tenet cum alodio Sancti Petri Puellarum et vadit usque in torrente de Avorid; et retineo meum alaudem de Roturensis quod pater meus emit; et ego teneo et retineo in terminio de Cerdaniola mansum unum qui est meum alaudem. Post mortem vero Beatricis, coniugi Guilelmo Reimundi, si³ sine infante obierit, supradict[o] s honores remaneant Guilelmo Reimundi propter missiones quas

ibi fecit et propter servitia que actenus nobis fecit et deinceps facere debet et nunc in presenti propter tenorem comendamus sibi omnes milites ipsius honoris exceptos supradictos alaudes quos ego Berengarius retineo. Et convenit supradictus Guilelmus Reimundi ad supradictus Berengarius propter hoc donum quod facit ei ut sit suus fidelis amicus et adiuvet ei omnem suum honorem tenere et gubernare contra omnes homines vel feminas per fidem rectam, sine engan.

Actum est hoc kalendas septembris, anno X regnante Leudovico rege.⁴

Sig+num Berengarius Montis Catani, Sig+num Ermesendis, nos qui hanc donacionem facimus et firmamus et firmari mandamus.

Sig+num Reimundi Mironis de Palatio. Sig+num Guilelmus Reimundi Palatio. Sig+num Carbonel de Frexe. Sig+num Balliu de Palomar. Sig+num Berenger Ysarn. Sig+num Reamballus. Sig+num Petri Bertran. Sig+num Ramon Arnall de Sancti Minati. Sig+num Bernardus de Bel Log. Sig+num Arnallus Sancti Minati. Sig+num Guilelmus Reimundi, dapifer. Sig+num Bernardus Guilelmi Sancta Columba.

Guilelmus Petri, monachus ypolevita, qui hanc donacionem scripsit, cum literis rasis et superpositis in VII linea et in nona, die et anno prefixo.

1. *Segueix una lletra raspada.* 2. *ego afegit a la interlínia.* 3. *si afegit a la interlínia.* 4. *regnate Leudovico rege afegit a la interlínia.*

487

1117, desembre, 23

Testament. *Bonfill Guillem atorga testament i lliga els seus béns a diverses persones i institucions eclesiàstiques i als seus descendents.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia imitativa de [finals del segle XII o principis del XIII]. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 200 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 364), 140 × 290 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, p. 154.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Bonifilius Guilelmi iaceo in egritudine, timeo penas inferni et cupio venire ad gaudia paradisi. Proinde rogo ut fiant manumissores mei Raimundus Guilelmi de Podio atque Ramundus Poncii necnon et Raimundus Riguali.

Rogo vos amici mei ut, si mors mihi advenerit in ista egritudine vel in alia aud antea quam alium testamentum recuperare possim, potestatem¹ abeatit ita distribuere mea omnia, sicut invenietis insertum in hac pagina. In primis dimitto domino Deo et ecclesie² Sancti Petri de Rivo de Birles alaudium quod abeo in Fonte Rubea ab integrum pro anima mea. Dimitto a clerico Sancte Marie de Chopons tona I per missas et ecclesie³ Sancte Marie de Chopons ortum unum quod tenet Raimundus Rodlani in pignu per unam guadengam et ut redimat clericum qui t[e]nuerit⁴ prascriptam⁵ ecclesiam de Raimu[n]do⁶ Rodlandi. Deinde relinquo Guilelmo filio meo alaudium quod habeo atque mansiones cum arboribus ad Sanctum Valentinum, sic[ut] terminantur duabus viis, una qui vadit de Sancto Valentino ad Maians, alia que venit de Chastro Mocs et vadit ad Maians. Hoc totum relinquo Guilelmo filio meo per melioracionem et ut teneat et serviat mihi omnibus diebus vite meę et quo olim servivit mihi. Iterum dimitto Guilelmo filio meo pignus quod ego ei misi per XX morabeitinos in auro et hoc quod abeo et abere debeo infra terminos de castro Chopons, et dimitto ei fevum quod abeo in prascripto⁷ chastro de Chopons et ut teneat et abeat ad servicium Berengarii Raimundi seniori mei cum mea lorica. Dimitto vero Eizolina filia mea et duos nep-tos meos, filios Adzaleudis⁸ condam filia mea, omnium alaudium⁹ de Maianos equali. Dimitto vero Guilelmo atque Berengario filios meos omne alaude quod abeo et abere debeo in cuntisque locis quod remanet de suprascriptas dimissiones, scilicet terris et vineis, chultis et heremis, per equaliter et de quale primus obierit de meos filios remaneat de unus alium.


Actum est hoc X kalendas ianuarii, anno X regis Lodovici.

Sig+num Bonifilii Guilelmi, qui hoc testamentum scribere iussi et propria manu firmavi et testibus firmare rogavi.

Sig+num Poncii Martini. Sig+num Raimundi Poncii. Sig+num Bernardi Guadalli.

Petrus sacer¹⁰ scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. postestatem *al text.* 2. ecclesie *al text.* 3. ecclesie *al text.* 4. Manca.
5. *En lloc de prascriptam.* 6. Manca. 7. *En lloc de prascripto.* 8. eu *correix*
[a]. 9. *alaundium al text.* 10. *Segueix c, mal esborrada.*



488

1117, desembre, 30

Convinença. *Berenguer de Montcada dóna a Bernat de Santa Coloma un cavall bo i una cavalleria de terra a Vacarisses. A canvi, Bernat es fa home soliu de Berenguer.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 201, 160 × 180 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que n'han malmès l'escriptura.

a ALTURO, *Diplomatari de Polinyà*, doc. 86.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 66.

Hec est convenientia que facta est inter domnum Berengarium Montis Scatani et Bernardum Guilelmi de Sancta Columba. Donat namque predictus Berengarius predicto Bernardo unum bonum cavallum¹ et unam cavalleriam de terra in Vacharices. Et propter hoc convenit predictus Bernardus predicto Berengario seniori suo ut sit suus solidus et adiuvet illi suum honorem quem hodie habet vel in antea adquisierit tenere, defendere, guerregiare contra omnes homines vel feminas istius mundi, excepto comite et Petro Bernardi de Muredine. Et si cum istis supra exceptis ipse Berengarius guerram habuerit, iamdictus Bernardus adiuvet iamdictum Berengarium per suos homines et semper sequatur illum in curiis vel in placitis; et serviat ei sicut homo debet servire suo meliori seniori.

Actum est III kalendas ianuarii, anno X regni Leduici regis.

Sig+num Berengarii. Sig+num Bernardi Guilelmi, qui hanc convenientiam laudo et firmo.

Poncius, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. v *corregeix* b.

489

[1109-1117]

Jurament de fidelitat. *Berenguer Pedró jura fidelitat a Bernat Guillem I, comte de Cerdanya.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3294 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesus, núm. 836), 134 × 130 mm. Bon estat de conservació.

Datem pels anys de regiment de Bernat Guillem I de Cerdanya.

De ista hora in antea ego Berengarius Petroni, qui fuit filius [...]¹ femine, fidelis ero ad te Bernardum comitem, senioremeum,

filius qui fuit Sancie comitissa, sine fraude et ullo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea ego prephatus Berengarius no dezebré te prephatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent; neque de tuos chomitados vel comitata, neque de tuos kastros aut kastellos, rochas vel puios, condirectos vel eremos, terram et honorem, alodes vel fevos, quos tu predictae comes hodie habes vel habere debes vel habueris et in antea adquisieris. No t'ó tolré ni t'ó vedaré ni te'n vedaré ni te'n contendré ni te'n dezebré, nec ego Berengarius prefatus, nec homo nec homines, femines nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium; et adiutor te seré a tener et aver contra omnes homines vel feminas sine tuo engan. Et si homo est aut homines, femina vel feminas, qui tibi tollat vel tolla[n]t,² vetet vel vetent predicta omnia aut de predictis omnibus, ego prefatus Berengarius de illa hora in antea³ finem nec societatem no n'auré ne tenré cum illo vel cum illis donec tu predictae comes recuperatum habeas hoc totum quod perdidideris de iamdictis omnibus, sine tuo engan. Et de⁴ predicto adiutorio vel adiutoriis⁵ no t'enganaré ne comonir me'n vedaré per quantes vegades me'n recheràs o me'n comonrà[s]⁶ per te ipsum vel per tuos missos aud missum. Iusticiam ni dret no-t vedaré ne-t contendré de meipso⁷ neque de ullo viventem sub celo. Senioremem nec seniores no faré ni tenré ni afidará ni auré, et si fait l'e, no-l tenré sine tuo solvimento et de quanto me absolvràs tuo gradiente animo, sine forcia. Societatem non auré ni tenré cum tuis inimicis aut inimico, infidelibus vel infidele, vel amiciciam, per ullum ingenium aut ullum tuum damnum, me sciente. Tuum consilium a[u]d⁸ consilia no descubriré ad⁹ ullum tuum damnum, me sciente.

Sicut superius scriptum est, ego predictus Berengarius si t'ó tenré e t'ó atendré ad te predictae comes, totum sine tuo engan, exceptus quantum predictus comes me n'absolvrà tuo¹⁰ gradiente animo, sine ulla forcia. Et post¹¹ mortem tuam quantum me absolveran tuus filius vel filia predicti vel successor predictus suo vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia vel eorum engan. Per Deum et hec sancta.

1. Espai de 30 mm, en blanc. 2. Manca. 3. Entre n i t dues lletres ratllades. 4. de afegit a la interlínia. 5. La darrera i corregeix s. 6. Manca. 7. i ratllada abans de la i. 8. Manca. 9. aud al text. 10. tuo repetit. 11. Segueix te, ratllat.

490

[1109-1117]

Capbreu. *Relació de les albergues que el comte té a Soriguera, Soriguerola i a altres llocs.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3471a, 161 × 118 mm. Bon estat de conservació.

Document cosit pel marge inferior a un altre (vegeu el document núm. 491). Per a la datació vegeu aquest mateix document 491.

Hec est breve de alberges de ipso comite.¹ Ramon Bernard de Surigera, kavалlos IIII. De manso de Pere Poncio, IIII.² Et de Guillem Bernad, IIII. Et de Bernad Mir, IIII. Et de Surigerola, de manso de Iocpert, IIII.³ Et de Guillem Bernad, IIII. Et Bernad Sinfret,⁴ IIII. Et de Issarn, IIII. Et de Bernad Guillem, IIII. Et Bernad Giscafne de Alb, VI. Et Arnald Radolf, VI. Et de Borela, II. Et de Ponc Pere, II. Et Arsen Barala, II. Et de Pere Mir, I. Et de manso Sancto Saturnino, qui est ad Adac, IIII. Et de Issarn de Sanavastre, II. De Guillem Bernad, IIII. Et de Buridela, IIII. Et ad Torrents, II. Et ad Ger, de Guillem Ponc, VI. Et de Eg, IIII. Et Pere Segui, II. Oliba Oliba, II. Et Ramon Adalbert de Sancor, VIII. Et Mir, IIII. Ermengod, IIII. Bernad Iovan, IIII. Arnald Duran, IIII. Recosen, IIII. Ramon Bernad, IIII. Arnald Mir, II. Guifre Tedmir, IIII. Et Livol⁵ de Prads, IIII. Et Rog de Bedeirles, IIII. Et Albaressa, II. Oliba, I. Arnald Bernad, II. Bernad Guillem de Baltarga, IIII. Viladecans, II. Guillem Pere de Coseles, IIII. Et de ipso manso de Annes, IIII. Ramon Guillem de Taltendre, IIII. Manso de Orden, IIII.⁶ Alberto de [...] I [...].⁸

1. Segueix un espai de 95 mm, raspat. 2. IIII escrit per una altra mà.
3. IIII escrit per una altra mà. 4. Sinfret afegit al marge. 5. La darrera l afegida a la interlínia. 6. Segueix un espai de gairebé una línia, il·legible a causa del cosit dels dos pergamins. 7. Espai d'aproximadament sis lletres, il·legible. 8. Espai de 25 mm, il·legible a causa del cosit dels dos pergamins.

491

[1109-1117]

Capbreu. *Relació de rendes posseïdes o perdudes pel comte a diferents llocs de la Cerdanya.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extrainventari, núm. 3471b, 195 × 135 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns estrips al marge inferior i de la tinta esvanida al dors.

La menció *Ber[nardo] comiti anno pasate* permet datar aquest document i l'anterior (vegeu el document núm. 490), entre el segon i el penúltim any del regiment del comte Bernat Guillem I de Cerdanya.

Document opistògraf, de difícil lectura al dors a causa de la tinta esvanida, cosit pel marge superior a un altre document (vegeu el mateix document núm. 490).

De Bor, franchecia I quos tenet Guilem Mir de Ripa, faciat ad comiti [...] ¹parada, quartales II segle, halberga, cava II; histos tollit Guilem Bernad de [To]llo ad comiti. Ad Hanes, mansio huno de Moreres qui donet tercio ad comiti; tollit ipsum mansum ad comiti ²Guilem Bernad de Tolo; donet ipso manso ³vino, ipsa medietate; a[d] baiulo donet ⁴recepto. ⁵Habeat pignora in Mumulucio quos tenet Poncio. ⁶Bernad de Bolvir faciat censum de histo manso. Pere Guilem, de parada quartes ⁷II, sestarios II segle, ⁸for[ment] quartas III, civada quartas II, cava VI, porco I et molto I, ⁹tragis V, chesta. ¹⁰Habeat in Mumulucio haliam bordam quos tenet Petrus Mironi, faciat censum de parada quartas II segle, pro ¹¹tragis quartes III segle, cesta. Habeo in Orden manso huno quos tenuit Ramon ¹²Arnal cum suos heredes, faciat censum medio modio formenti per taverna, civada modios X; qui donet vino, porco I, molto I, cava IIII, cesta ad baiulo, recepta ¹³per cibaria; ¹⁴histo manso tollit Guilem Bernad de Tolo et facit partire ad suos homines in quem venio in perdiccione ad comiti. Habet in Pratos manso I quos tenet Petrus Iho[a]ni, donent de quantum laborat terciam partem; tollit ipsum masum clericos Sancte Marie sedis. Tenet Ihovan de Pola manso I in Pratos; faciat censum quartes II forment, segle quartes II, civa[da] ¹⁵quartes II, porco I, molto I, kavallus IIII, tragis II, chesta. ¹⁶Tenet ipso Mud halió manso qui faciat censum similiter, tenuit Ermengauddo ad fevum ¹⁷per domno comiti. Franchecias ad E[n]vallio quos tenuit Petro Harnallo. Ad Hanes, ¹⁸mansio I quos tenuit Mir cum suos heredes. Ad Taltendre, mansio I quos tenuit Raimundo Guilelmi. Ad Ger, mansio I quos tenuit Hugo. Ad Torentos, borda I quos tenuit [...]o. ¹⁹Ad Valedese, franchecia I quos tenuit Adrover cum suos heredes. Ad Sanavastre, franchecia I quos tenuit Hisarno. Ad Pratos, bordes III que tenuit Halbaressa et Holiba et Halnarlo. ²⁰

Ad pratos, mansios duobus quos tenuit iudex et in histo Bern[ardo] comiti anno pasate [...] ²¹dona comiti histos duobus mansios quos [...] ²²ad hopus Vilet. Et ad haltar Ges, borda I quos tenuit [...] ²³Ad Vila de Canes tenuit ²⁴borda I. Ad Chastellar, borda I, quos tenuit Gilem Pere cum suos heredes. De Kerol sunt mansios VI. De Cherros sunt mansio I, borda I. Hec tenuit inter

Cherol et Cheros de mansios VI et borda I, est censum michano hanno sunt modios XLIII segle qui mitit vino et molton. In halia borda sunt modios XLIX de tritici, vino, porcos III [...]os²⁵ IIII, pernes IX, tragis V.²⁶ De honore de Hisogal sunt modios III, quarta I for[menti]. De Acpert de Parode sunt modios V segle, formenti de tercias quartas [...]²⁷ modios XXX [...].²⁸ Ledda de Baltargam tenuit Ermengaudu per comite [...]²⁹ de civades sunt modios XII et medio et histos m[odios] duodecim [...]³⁰ ad quartale comitale de Hixio modios X, porcos VI, moltonos XII, pernes IIII habuit priore Sancte Marie [...]³¹ de Cherol modios IIII de blad ad qui suo [...]³² scripto porc I, perna I, civada quod est in [...]³³ modios II [...]³⁴ vineas vindegal per comiti ad dominico.

1. Espai d'aproximadament tres lletres, esborrades. 2. Segueix un espai de 10 mm, raspat. 3. donet ipso manso afegit a la interlínia. 4. donet afegit a la interlínia. 5. Segueix un espai de 20 mm, en blanc. 6. o afegida a la interlínia. 7. r afegida a la interlínia. 8. segle afegit a la interlínia. 9. porco I et molto I afegit a la interlínia. 10. Segueix un espai de 5 mm, en blanc. 11. pro afegit a la interlínia. 12. Entre a i m, mu raspat. 13. porco I, molto ... baiuilo recepta afegit a la interlínia. 14. Segueix un espai de 10 mm, ratllat i il·legible. 15. Manca. 16. chesta afegit a la interlínia. 17. ad fevum afegit a la interlínia, escrit per una altra mà. 18. Segueix man, raspat. 19. Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible. 20. A partir d'aquest punt el text segueix al dors del pergami. 21. Espai de 75 mm, il·legible. 22. Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible. 23. Espai d'aproximadament nou lletres, il·legible. 24. tenuit afegit a la interlínia. 25. Espai d'aproximadament set lletres, il·legible. 26. tragis V afegit a la interlínia. 27. Espai de 80 mm, il·legible. 28. Espai de 35 mm, il·legible. 29. Espai d'aproximadament set lletres, il·legible. 30. Espai d'aproximadament set lletres, il·legible. 31. Espai de 55 mm, il·legible. 32. Espai d'aproximadament set lletres, il·legible. 33. Espai de 25 mm, il·legible. 34. Espai de 60 mm, il·legible.

492

[1109-1117]

Jurament de fidelitat. *Ramon Bernat de Castelladral, fill d'Ermesenda, jura fidelitat a Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, fill de Sança, especialment pels castells de Castelladral, Salo, Coaner, Viver i Mejà.*

A [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII perduda. Liber feudorum maior, II, f. 63.]

C Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, ff. 6d-7a.

D Trasllat del 14 de juliol de 1313. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 32 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Q, núm. 346), 235 × 365 mm. Bon estat de conservació.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 547.

Datem pels anys del regiment de Bernat Guillem I de Cerdanya.

Iuro¹ ego Raimundus Bernardi, filius qui sum Ermessendis femine, quod fidelis ero ad te Bernardum comitem, senioremeum, filius qui es Sancie comitisse, de ista hora et deinceps, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan et² directam fidem. Et de ista hora et deinceps non denegabo te prephatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent, neque de tuis comitatibus vel comitatu, neque terram et honorem, de tuis castris aut castellis, rochas vel podios, condirectos vel heremos, terram et honorem, alodes vel fevos, que tu prephate comes hodie habes vel habere debes et deinceps adquisieris. Et nominatim tibi iuro ipsum castellum quod vocant Castellum Edral et ipsum de Salau et de Codener et de Viver et de Medianos et omnes fortedas que in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt. Ni te'n tolré ni te'n vedaré ni te'n contendré ni t'eganaré ni te dezebré ne consenciens ad hoc alicui no seré per ullum ingenium. Et si est homo aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat aut tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego prephatus Raimundus adiutor te'n seré potencialiter, sine tuo engan, contra omnes homines, tecum et sine te, per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de ipso adiutorio ne t'eganaré ne comonir no me'n vedaré per ullum ingenium ad ullam vicem per te nec per alios quos volueris. Et predictis³ omnibus castellis et omnibus eorum fortedis que in eo vel⁴ in eis modo sunt aut in antea erunt, semper potestatem tibi dabo et omnibus tuis quos volueris et iusseris, sine tuo engan, tam cum forsfactura quam sine forsfactura, per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et predicta omnia ero tibi adiutor a tener et ad aver et ad deffendere et a guerreiar, sine tuo engan, semper, per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras per te ipsum vel per tuos missos vel missum, tecum et sine te. Tuum consilium aut consilia non descubriré ad ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum ne vedaré per ullum ingenium de me ipso neque de ullis meis. Sicut predictum est de te, prephato comite, si o tenré et adtendré post te⁵ ad tuum filium vel filiam sive ad illum vel illa cui vel quibus dimiseris Bergitanum dictis vel testamento de sacramentis et hominaticis;⁶ et quod per suam manum o prendré et o tendré sine tuo engan, sicut per te habeo factum. Et hoc faciam infra primos LX^a dies quibus mortuus fueris, sine mala contencione et sine alio lucro. Sicut prescriptum

est, ego prephatus Raimundus si t'o tenré et atendré totum ad te, prephatum comitem, et post te ad predictos, sine tuo vel eorum engan, exceptus quantum vel de quanto tu me'n absolv[e]ras⁷ vel illi post te sine tuo vel eorum engan, tuo vel eorum gradiente animo, sine forcia. Per Deum et hec sancta.⁸

1. *D comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter a quadam carta registrata et scripta in registro pergameneo domini regis in quo plura et diversa instrumenta feudorum, castrorum et convencionarum scripta et registrata sunt, cuius tenor talis est. 2. *En lloc de per*. 3. *D afegeix de*. 4. et de predictis D. 5. poste D. 6. hominiaticis D. 7. *Manca*. 8. *D acaba*: Sig+num Bernardi de Oltzeto, gerentis vices venerabilis Simonis de Lauro, vicarii Barchinone et Vallensi, eo absente, qui huic translato sumpto fideliter a dicto registro et cum eodem legitime comprobato ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut ei tanquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur, appositum per manum mei Bernardi de Cumbis, notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii eiusdem civitatis, in cuius manu et posse dictus gerens vices vicarii hanc firmam fecit pridie idus iulii, anno Domini millesimo CCC° terciodecimo, presentibus testibus Bernardo de Solerio, Petro Marcheti et Petro de Comellis. Et ideo, ego Bernardus de Cumbis, notarius predictus hec scripsi et hoc meum sig(*signe*)num hic apposui. Sig(*signe*)num Michaelis de Antiga, notarii publici Barchinone et scribe curie baiulie eiusdem civitatis, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo predicto scribi fecit et clausit II° idus iulii, anno Domini millesimo CCC° XIII°.

493

[1109-1117]

Jurament de fidelitat. *Dalmau Berenguer, vescomte de Rocabertí, fill d'Arsenda, jura fidelitat a Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, especialment pel castell de Ceret.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 36 (*olim* arm. 4 Girona, sac B, núm. 261), 122 × 155 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 146.]
- C Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 41c-d.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 685.

Datem pels anys del regiment de Bernat Guillem I de Cerdanya.

Iuro ego Dalmacius, vicecomes Rochabertinensi, filius Arssendis femina, ad te Bernardus, comes Cerritaniensi, filius Sanca femina, quod de ista ora in antea fidelis ero tibi de tua vita vel de tuis membris que in corpus tuum se tenent; vel de tuam honorem quam hodie habes et tenes vel in antea cum meo consilio adquisieris. Et insuper iuro ego ipsum kastrum de Cersed, ke nu·l¹ te tolré ne·l te vedaré, poztad te'n dunaré quantaske vices me'n demannaras per te vel per tuos missos vel missum. Et ipsam honorem suprascriptam ego Dalmacius no la·t tollré ne te'n tolré, nec ego

nec homo nec femina per meum consilium nec per meum ingenium, sine engan. Per Deum et hec sancta.

1. che no-l C.

494

[1109-1117]

Jurament de fidelitat. *Dalmau Bernat, fill de Ledgarda, jura fidelitat a Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, especialment pels castells de Madrona, Casserres i Montfalcó el Gros.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 37 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 217), 180 × 130 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 72.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 559.

Datem pels anys del regiment de Bernat Guillem I de Cerdanya.

Iuro ego Dalmaes Bernardi, filius qui fui Legardis femine, quod fidelis ero ad te Bernardus comite, seniore meum, filius qui sum¹ Santia comitissa, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista ora et deinceps non te decebré te, prefatum comitem, de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent; neque de tuis comitatis vel comitatu neque de tuis castris aut castellis, rocas vel pucos,² condirectos vel eremos, terram et honorem, alodes vel fevos, que prefate comes hodie habes vel habere debes et in antea a[d]quisieris.³ Et nominatim tibi iuro ipsum castrum de Madrona et ipsum de Castro Serras et ipsum de Monte Falcho et omnes fortedas que in eo vel in eis amodo sunt aut in antea erunt. No te'n tolré ne te'n tolré, no te n'enganeré no te'n de[ze]bré,⁴ ni t'o vederé ni t'o co[n]tendré,⁵ nec consentiens alicui ad hoc non siré ad ullum⁶ tuum ingenium. Sit⁷ si homo est aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetant⁸ predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Bernardus adiutor te'n seré, tecum et sine te, contra omnes, sine tuo engan, per quantes vegades me'n re[c]heràs⁹ o me'n comouràs¹⁰ per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de ipso adiutorio no te n'enganeré ne conmouré¹¹ no te vederé per ullum ingenium ad ullam vicem. Et de predictis castellis et eorum fortedis semper potestatem tibi dabo et omnibus tuis quos volueris vel iusseris, sine tuo engan, tam cum¹² forfactura quam sine forfactura, per quantes vegades me'n requeràs o me conmouràs¹³ per te ipsum

vel per tuos misos vel misum. Et predicta omnia ero tibi adiutor a tener et ad [a]ver¹⁴ et a defendre et gregar semper, sine tuo engan, per quantes vegades me'n re[c]heràs¹⁵ o me'n conmouràs¹⁶ per te ipsum vel per tuos misos vel misum, tecum et sine te. Tuum consilium aut consilia no descubriré ad ullum tuum danpnum, me sciente. Iusticia¹⁷ neque directum no vederé ne contendré neque de ipso neque de meis.

Sicut predictum est de te prefato comite, post te sic tendré et ad tuum filium vel filiam aut cui vel quibus dimiseris Bergitanum dictis vel testamento, de sacramentis et hominaticis et quod tuam manum o prendré, sine tuo engan, sicut per te habeo factum, et atenderé. Et hoc infra primos LX dies quibus [mor]tuis¹⁸ fueris et ego hoc sciero, sine malo¹⁹ contencione et alio lucro.

Sicut superius scriptum est, si tenré et atenderé ad te Bernardum iamdictum et ad²⁰ predictos post te, excepto quantum vel de quanto tu me'n adsolv[e]ràs,²¹ idem illi post te, tuo vel eorum gradiente animo, sine ulla fortia. Per Deum et hec sancta.

1. En lloc d'es. 2. En lloc de puios. 3. a afegida a la interlínia; [d] manca. 4. Manca. 5. Manca. 6. La primera u, volada a la i i afegida a la interlínia, expuntuada. 7. En lloc de Set. 8. En lloc de vetent. 9. Manca. 10. En lloc de comonràs. 11. En lloc de conmonré. 12. con al text. 13. En lloc de conmonràs. 14. Manca. 15. Manca. 16. En lloc de conmonràs. 17. a corregeix u. 18. Manca. 19. En lloc de mala. 20. Segueix te, sense cancel·lar. 21. Manca.

495

[1109-1117]

Jurament de fidelitat. *Artau, fill de Sicarda, jura fidelitat a Bernat Guillem I, comte de Cerdanya, especialment pel castell de Torrielles.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 38 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Santa Anna, núm. 244), 145 × 130 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 77.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 568.

Datem pels anys del regiment de Bernat Guillem I de Cerdanya.

Iuro ego Artallus, filius qui fuit Sicardis femine, quod ab hac hora et deinceps fidelis ero ad te Bernardum Willelmum comitem, senioremeum, filius qui fuisti Sancia comitissa, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea no dezebré te prefatum

comitem de tua vita neque de tuis menbris que in corpore tuo se tenent; neque de tuos kastros aut kastellos, rochas vel puios, condirectos vel heremos, terram et honorem, alodes vel fevos, comitatos vel comitatum, quos hodie habes vel habere debes et in antea adquisieris. Et nominatim tibi iuro ipso kastro de Torridela et omnes fortedas que in eo modo sunt aut in antea erunt quod fidelis ero ad te de eis omnibus quos volueris et iusseris, tam cum forfacturam quam sine forsfacturam, et delibere eo tibi liberabo per quantes vegades lo-m recheras o-l me'n demanaras per te ipsum vel per tuos missos vel¹ missum. Et adiutor te seré quam plus potero predicta omnia a tener et aver et a defendre semper contra omnes homines vel feminas sine tuo engan, per quantes vegades o me'n recherras o me'n chomonrras per te ipsum vel per tuos missos² vel missum. Et sicut superius scriptum est de te comite Bernardi, si o tenré et o atendré post te ad tuum filium vel filiam sive ad illum vel illam cui vel quibus dimiseris Cerdaniam dictis vel testamento quod habeas post mortem tuam. Et hoc faciam infra primo[s]³ XXX dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contencione et sine alio lucro.

1. *Segueix per tuos, ratllat.* 2. *i afegida a la interlínia.* 3. *Manca.*

496

[1112-1118]. Barcelona

Jurament de fidelitat. *Jordà de Santmartí, fill de Jordana, jura fidelitat a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, especialment pels castells de Castellet, Olèrdula, Eramprunyà i el Castell Vell vescomtal de Barcelona.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 18 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac E, núm. 506), 90 × 385 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 324.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 304 (amb data de [1112-1131]).

b RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 161 (amb data de [30 de novembre de 1112]).

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 269. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 127.

Datem entre l'any del casament del comte Ramon Berenguer III amb Dolça de Provença i el del seu accés al regiment del comtat de Cerdanya.

Iuro ego Iordanus, filius Iordane femine, vobis Raimundo comiti, filio Maalti comitisse, et Dultie comitisse, Barchinonensium et Gerundensium et Bisullunensium ac¹ Ausonensium et Marchie

atque Proventie, quod de ista ora in antea fidelis ero vobis sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione et sine omni engan de vestras vitas et de vestris corporibus et de vestris membris que in corporibus vestris se tenent. Et non vos decipiam de ipsa civitate Barchinone neque de ipso comitatu Barchinonensi neque de episcopatu Barchinonensi vel abbatiis eius; neque de ipso honore quem hodie habetis² de Hispania vel in antea adquisieritis;³ neque de ipso comitatu Ausone vel episcopatu eius et abbatiis eius neque de civitate Minorise; neque de ipsa civitate Gerunda neque de ipso comitatu vel episcopatu vel abbatiis Gerundensium; neque de comitatu Bisullunensi et abbatiis eius; neque de ipsis castellis vel rochas, pugas, eremos vel condirectos, qui infra prescriptos comitatus sunt; et de omni alia honore quem hodie habetis⁴ et in antea adquisituri eritis; set de omnibus fidelis ero vobis. Et si homo, homines, femina⁵ vel femine, de prefato omni honore aliquid tulerit vel tollere voluerint vobis, adiutor ero vobis tenere et abere et gueregare vobiscum et sine vobis, per fidem, sine ullo engan. Et de ipso honore quem pro vobis teneo, videlicet de ipso castello que dicitur Castelet et de omnibus fortitudinibus que in terminio eius sunt; necnon de castello Olerdule sive de Eraprugnanno et de omnibus fortitudinibus [que in terminio]⁶ eius sunt; et de ipso Castello Veteri vicecomitali de Barchinona; potestatem vobis dabo per quantas vices mihi requisieritis ambo vel unus vestrum per vosmetipsos aut per vestrum nuntium vel nuntios; et ego commonire non me vetabo nec videre. Sicut superius scriptum est, ego prefatus Iordanus ita attendam et fatiam vobis iamdictis comiti et comitisse et ipsi vel ipsis cui vel quibus vestrum honorem consenseritis post⁷ mortem vestram per testamentum sive per verba. Per Deum et hec sancta.

Factum fuit hoc sacramentum in palacio Barchinonensi super III^{or} Euva[n]gelia⁸ per manum dextram Iordanis coram prelibato comite.

1. *Segueix h, raspada.* 2. *tis corregeix s.* 3. *tis corregeix s.* 4. *tis corregeix s.*
5. *Segueix s, raspada.* 6. *Manca.* 7. *post corregeix per.* 8. *Manca.*

497

1118, febrer, 11

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, dóna al monestir de Sant Joan de les Abadesses l'església de Santa Maria de Cornella de Conflent.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 203, 260 × 560 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 163. — MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, pp. 397-398. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 27, 39. — JUNYENT, *El monestir*, p. 47.

Divine legis auctoritas collata fidelibus hec scita promulgans ait quicquid semel offertur Domino sanctum sanctorum erit. Qua fultus auctoritate, in nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis, Bisillunensis, Cerritanensis, Provincię gratia Dei comes et marchio votive ac potentialiter, sicut in Toletanis Canonibus resonat de fundatoribus ecclesiarum et sicut michi per eorum collationem iure hereditario traditum est iuxta canonicam etiam sanctionem domini pape Urbani una cum auctoritate domni Petri Bernardi, pontificis Helenensis, et assensu canonicorum eiusdem ecclesię, laudante hoc ipsum domino Ausonensi episcopo Raimundo cum plurimis ecclesiastici ordinis viris religiosis, offero Deo et sancto Iohanni Babbaste, cuius ecclesia sita est in valle Rivi Pollensi, et honorabili abbati Berengario eiusdem canonicę eiusque successoribus in perpetuum ecclesiam Sanctę Marię de Corneliano quę est iuxta ipsum castrum in comitatu Confluenti, in episcopato memorato Elenensi, cum universis quę nunc ad eandem ecclesiam pertinent, videlicet alodiis, decimis, primiciis et omnium fidelium oblationibus ibidem collatis seu cum omnibus quę in antea,¹ Domino largiente, eadem ecclesia iuste et legaliter adquisitura est usque in eternum. Quam oblationem coniux² etiam mea Dulcia comitissa et filius noster Raimundus Berengarii simili modo faciunt, laudant atque confirmant ut perhenniter hec eadem ecclesia subdita sit ecclesie Sancti Iohannis predicti et abbatibus eius atque canonicis qui eam disponant, tueantur atque gubernent et regulam canonicę sancti Augustini³ ibi observent et tenere faciant nec in alterius ordinis iure vel ditione transferre audeant aliquando vel alienare seu commutare ullomodo. Si quis igitur in crastinum aut ego memoratus comes seu quislibet meę posteritatis, homo vel femina vel cuiuslibet ordinis aut dignitatis persona hanc nostram oblationem temerario ausu disrumpere vel inquietare temptaverit, ammonitus semel et iterum nihil resipuerit et digne penitens atque satisfaciens iuste emendaverit eternę maledictioni subiaceat et sequestratus a cetu fidelium cum impiis deficiat. Et in antea hec nostra donatio in perpetuum valitura consistat.

Actum est hoc III idus februarii, anno X regni Leovici regis.

Signum+ Raimundi comes.

+ Raimundi*, Dei gratia Ausonensis episcopus. Sig+num Bernardi, prioris Sancte Marie Corneliani. Sig+num Petri Dominici. Signum+ Raimundus comes. Bernad Guillem*. Sig+num Petri Raimundi de Mata. Sig+num Perellae. Sig+num Petri Bernardi*. Sig+num Raimundi, vicechomitis Cherritaniensis.⁴ Sig+num Berengarii presbiteri. Sig+num Guilelmus presbiter.

Scripta manu Petri (*senyal*) presbiteri et monachi.

1. e *corregeix* r. 2. *coniunx al text*. 3. *sancti Augustini escrit a sobre d'una raspadura*. 4. *rri afegit a la interlínia*.

498

1118, febrer, 22

Empenyorament. *Guillem Ramon, senescal, i els seus fills Guillem Ramon i Odó empenyoren a Arnau Arnau la dominicatura de Gurb i la penyora que el senescal Guillem Ramon té de Berenguer de Queralt, tot per raó d'un deute de cent morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 204, 100 × 285 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 229. — MIRET I SANS, *La casa*, pp. 49-52. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 175.

In Christi nomine. Ego Guilelmus Raimundi seneschalco et filiis meis Guilelmi Raimundi et Odo inpignoratores sumus tibi Arnallus Arnalli. Certum est enim quia debitores sumus tibi morabetinos¹ centum in auro probato vel optimos. Et propter hoc inpignoramus nos tibi ipsa nostra dominicatura que abemus in Gurbo, videlicet ipso manso de Chasovario et ipsas maseradas que in circuitu predicto manso sunt, sicut nos abemus et teneamus cum ipsos pratos et intransibus et exitibus et ipsos omnes qui² per nos abent et tene[n]t,³ et ipsa pignora que ego Guilelmus Raimundi teneo per domnus Berengarius de Cher Alto tota ab integre. Hoc totum mitimus nos in pignora propter suprascriptos centum morabetinos ut tu abeas et teneas cum⁴ expletos tantum usque nos tibi persolutum abeamus ipsum debitum.

Actum est hoc VIII kalendas marcii anno X regnante Ludovicus rex.

Signum+ Guilelmus Raimundi sineschalco, S+ Guilelmus Raimundi, S+ Odo, nos qui⁵ istum pignus fecimus et firmavimus firmarique rogavimus.

Signum+ Guilelmus Bernardi de Mesleo. Signum+ Raimundo Arnallo de Veltregano. Signum+ Bernardo Ermengaudi. Signum+ Petrus Iocberti. Signum+ Ermengaudus Ebrino.

Arnallus presbiter, qui hoc scripsi et sub die et anno (*senyal*) quo supra.

1. ti *corregeix* a. 2. qui *afegit a la interlínia*. 3. *Manca*. 4. cum *afegit a la interlínia*. 5. qui *repetit*.

499

1118, febrer, 23

Convinença. *Ramon Bernat d'Olost encomana a Berenguer Gilabert de Sentfores el castell d'Oló i el seu castlà Arbert com a home soliu. A canvi, Berenguer Gilabert jura fidelitat a Ramon Bernat d'Olost.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 205, 180 × 240 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge esquerre, indicada per mitjà de les lletres A C E G I L N P R T X. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 50. — KOSTO, *Making agreements*, p. 239. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 112.

Conventione facta inter Raimundum Bernardi de Olost et Berengarium Guilaberti de Salliforas talis est: Comendat idem Raimundus dicto Berengario ipsum kastrum de Olo et donat ei [i]psum¹ fevum quod Arbertus castellanus tenet. Insuper donat ei medietatem de ipso locet quod solitus est tenere in dominio et terciam partem ex cibariis quod solitus est tenere dictus Arbertus et duobus mansibus staticam in ipso kastro. Et donat ei ipsum castellanum ut siat ei suus solidus. Et per supradictam comandam vel donationem convenit Berengarius iamdictus predicto Raimundo seniori suo ut siat suus, sicut homo debet esse de suo meliori seniori, et faciat ei fidelitatem supra altare de suo corpore et de omnibus suis membris que in corpore suo tenent, ut sit ei adiutor ad tenere et abere et guerregare hominem suam honorem quem hodie habet vel in antea adquisierit cum suo co[n]silio,² et faciat ei hostes et cavalchades et curtes et placitos quando ipse iusserit per se ipsum vel per suum nuntium, et donet ei potestatem de ipso kastro per omnes vices quas ei requisierit per se ipsum vel per suis nuntiis aut nuntium. Et si iamdictus Berengarius non fuerit in patria sua, videlicet de ipsa Clusa usque ad Cervaria, donet potestatem de

ipso kastro ipso castellano supradicto. Et in ipsas cavalchades vel ostes que fuerint ultra patriam, dictus kastellanus faciat ei sicut solitus est facere vel facere debet dicto seniori. Et si venerit in adaptura de ipso castellano ipsum kastrum, Berengarius, alium mittat cum consilio seniori suo Raimundo. Et sicut superius est scriptum, ita tenebo et atendebo per fidem rectam, sine engan.

Actum est hoc VII kalendas marcii, anno X regni regis Ludovici.

Sig+num Raimundi Bernardi.

Sig+num Petri Fulchoni. Sig+num Arberti de Olo. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Bertrandi Uguberti. Sig+num Bernardi de Merola. Sig+num Petri Sarraceni. Sig+num Arnalli. Sig+num Berengarius Guilaberti.

[...]³ et anno quo (*senyal*) supra.

1. Manca. 2. Manca. 3. *El fet que les lletres de la carta partida estiguin situades al marge esquerre, va permetre que el rogatari clausurés els dos documents amb una única intervenció, de manera que el seu nom quedà situat en l'exemplar perdut.*

500

1118, maig, 26

Convinença. *Berenguer de Montcada infeuda a Carbonell de Castellet el castell de Vacarisses i totes les tinences que havien estat del difunt Arbert Miró.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 206, 160 × 180 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami i de l'esvaniment de la tinta.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 376, 646. — SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 66, 67.

Hec est conveniencia que est facta inter Berengario Montis Catani et Karbonellus de Kastelet. Ista conveniencia talis est ut comendat Berengarius ipsum kastrum de Vacherices ad Karbonellu et donat ei ipsos fevos totos quod Arbertus Mironis tenebat ad ipso die quando mortuus fuit, id sunt fevos ecclesiam de Rio Linars et quartam partem ecclesiam Sancti Felicis de Vacherices et fevum de Bonastre et ecclesiam Sancta Engracia et decimis de Buschet et fevum de Villa de Olms et medietate[m] de decimis de montes et ipsas taschas que tenebat Arbertus Mironis per fevum in cunctis locis et terciam partem de placitos et census de carne, id sunt pernas et moltons et agnos et gallinas et kapons,

sicut tenebat et abebat Arbertus Mironi per fevum. Et donat ei civadas de iovers et quintes III et de exades quinta I et media et de laboratores que laborant in Vachericias, qui non abent ibi mansum, donent ei de civada sicut bene fiat et estadga¹ sicut abebat Arbertus Mironi. Propter hoc quod superius scriptum est, convenit Karbonellus ad Berengarius Montis Catani seniori suo ut fiat suus solidus sicut homo debet esse de suo meliori seniori. Et faciat eidem Karbonellus Berengario prescripto ostes de suo corpus cum duos milites et cum suo conducto de Karbonellus. Et faciat ei corts et kavalcades et placitos et sequiis et alia servicia infra patria, sicut homo debet facere suo meliori seniori. Et fiat illi Karbonellus adiutor² ad tenere et ad abere atque defendere sive gueregare omnem suum onorem quem hodie abet et in antea adquisierit cum suo consilio.

Actum est hoc VII kalendas iunii, anno X regnante Leovico rege.

Sig+num Berengarius Montis Catani, Sig+num Ermesindis, Sig+num Beatrice, sig+num Karbonellus, nos qui ista conveniencia fecimus et firmavimus et firmare iussimus.

Sig+num Arnallus Petri. Sig+num Guilelmus. Sig+num Bernardus Berengarii prioris. Sig+num Guilelmus Raimundi. Sig+num Miro Raimundi.

Miro, monachus hac presbiter,³ qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. d *afegida a la interlínia*. 2. *adiutors al text, amb la s afegida a la interlínia*.
3. *presbiter monograma*.

501

1118, juny, 5

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, encomana a Arnau Berenguer d'Anglesola els castells de Corbins i d'Alcoletge i li dona en feu terres, censos i usatges. A canvi, Arnau Berenguer li promet fidelitat i serveis.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 207 dupl., 70 × 270 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B Còpia [coetània]. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 207 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 361), 80 × 335 mm. Bon estat de conservació.

- C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 174.]
- D Còpia de principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 207 tripl. (*olim* arm. 21 Regne de València, sac C, núm. 204), 70 × 400 mm. Bon estat de conservació.
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 166.
- Cit. MIRET Y SANS, *Investigación histórica*, p. 92. — MIRET Y SANS, *La casa*, pp. 49-52. — ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional*, IV, p. 43. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124. — KOSTO, *Making agreements*, p. 256. — SABATÉ, *Judici*, p. 136.

Hec est conveniencia facta inter domnum¹ Raimundum, Barchinonensem comitem, et Arnallum Berengarii d'Anglerola.² Comendat siquidem ipse comes predicto Arnallo castrum de Corbins et donat ei per fevum duas partes de tota terra et honorem³ et censibus⁴ et usaticis que ad ipsum castrum pertinent vel in antea pertinebunt. Aliam vero terciam partem⁵ sibi retinet ipse comes ad suam voluntatem et retinet⁶ sibi ipse comes⁷ infra ipsum castrum suam staticam. Iterum idem comes similiter comendat prefato Arnallo castrum de Alcoleia⁸ et donat ei in omnibus que ad ipsum pertinent vel in antea pertinebunt⁹ duas partes sicut in Corbins et retinet sibi similiter terciam partem. Propter hec omnia convenit predictus Arnallus ipsi comiti quod sit suus fidelis homo et faciat ei hostes et cavalgadas et curtes et placita et seguiments quocienscumque hoc ei mandaverit et quod adiuvet eum tenere et defendere et guerriare omnem honorem quem hodie abet¹⁰ vel in antea adquisierit per eius consilium contra cunctos¹¹ homines vel feminas et hoc faciat ei per se et per illos homines quos abuerit¹² de ipso honore de Corbins et de Alcoleia.¹³ Convenit quoque predictus Arnallus ipsi comiti quod donet ei potestatem de ipsis castris q[u]ocienscumque¹⁴ eam inde quesierit per se aut¹⁵ per suos cum forfeit et sine forfeit. Hec omnia convenit prefatus Arnallus ipsi comiti facere et atendere¹⁶ per fidem rectam,¹⁷ sine ullo engan.

Actum est hoc nonas iunii, anno X regnante Leduvici¹⁸ regis.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Dorca.¹⁹ Sig+num Guillem Dalmad. Sig+num Berengarii dapiferi.

Arnallus levita, qui hoc scripsit die (*senyal*) et anno, cum litteris suprascriptis²⁰ quo supra in quarta linea.²¹

1. D dompnum. 2. de Anglerola B; d'Anglerola D. 3. honore B; honorem D. 4. censibus B; censibus D. 5. partem terciam A, *amb un senyal d'avís que indica l'ordre correcte en la lectura*; terciam partem B i D. 6. retined B. 7. comes B. 8. Alcoleya B. 9. pertinebunt *afegit a la interlínia a A*. 10. habet C. 11. cuctos B. 12. habuerit D. 13. Alcoleya B. 14. *Manca*; quocienscumque B i D. 15. aud B. 16. adtendere B; attendere D. 17. *repeteix rectam repetit a*

D 18. Ledovici B. 19. Dorcha B. 20. *En lloc de suprascriptis al text; entre p i s una lletra ratllada.* 21. Arnallus levita, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra B; Arnallus levita, qui hoc scripsit die (*senyal*) et anno quo supra D.

502

1118, juny, 5

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, encomana a Guillem Dalmau de Cervera els castells de Castellldans i Gebut i li dóna en feu terres, censos i usatges. A canvi, Guillem Dalmau li promet fidelitat i serveis.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 208 (*olim* arm. 3 Lleida, sac E, núm. 245), 60 × 260 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 204.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 186.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, I, p. V. — BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 261. — KOSTO, *Making agreements*, p. 256.

Hec est convenientia facta inter domnum Raimundum, Barchinonensem comitem, et Guilelmum Dalmatii de Cervera. Comendat siquidem ipse comes predicto Guilelmo Dalmacii castrum de Castello Asinis et donat ei per fevum duas partes de tota terra et honore et censibus et usaticis que ad ipsum castrum pertinent vel in antea pertinebunt. Aliam vero terciam partem sibi retinet ipse comes ad suam voluntatem et retinet sibi ipse comes infra ipsum castrum suam staticam. Iterum idem comes similiter comendat prefato Guilelmo castrum de Iabud et donat ei in omnibus que ad ipsum pertinent vel in antea pertinebunt duas partes, sicut in Casteldases, et retinet sibi similiter terciam partem et staticam. Propter hęc omnia convenit predictus Guilelmus ipsi comiti quod sit suus fidelis homo et faciat ei hostes et cavalgadas et curtes et placita et seguiments quocienscumque hoc ei mandaverit, et quod adiuvet eum tenere et defendere et guerreiare omnem honorem quem hodie habet vel in antea adquisierit per eius consilium contra cunctos homines vel feminas; et hoc faciat ei per se et per illos homines quos habuerit de ipso honore de Casteldases et de Iabud. Convenit quoque predictus Guilelmus Dalmacii ipsi comiti quod donet ei potestatem de ipsis castris quocienscumque eam inde quesierit per se aut per suos, cum forfeit et sine forfeit. Hęc omnia convenit prefatus Guilelmus Dalmatii ipsi comiti facere et attendere per fidem rectam, sine ullo engan.

Actum est hoc nonas iunii, anno X regni Leovici regis.

Sig+num+ Raimundi comes.

Sig+num Berengarii dapiferi. Sig+num Guilelmi Dalmacii. Sig+num Arnalli¹ Petri Salad. Sig+num Perelle. Sig+num Raimundi Bonifilii.

Michaelis² Salomonis, capellanus et iudex, scriptor huius scedule.

1. *Segueix Pe, sense cancel·lar.* 2. *Michaelis monograma.*

503

1118, juliol, 5

Establiment. *Ermessenda, vídua de Ricard Guillem, i els seus fills Pere i Galceran estableixen als esposos Joan, metge, i Maria un farraginal al territori de Barcelona, als Arcs Antics, a cens d'una mancusada de diners i tres morabatins d'or d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 216 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 884), 100 × 390 mm. Estat de conservació.
a CONDE, *L'archivio*, doc. 76 (amb data de 1119).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 555, 702. — BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 162.

In nomine Domini. Ego Ermesendis, uxor qui fui Ricardi Guillelmi, una cum filiis meis nominatim Petrus Ricardi et Gaucerandi, fratres, donatores summus vobis Iohannis medicus et uxori tue Marie vestreque progeniei atque posteritati. Sit aetiam manifestum quia damus vobis peciam unam terre, quod est feragenale, causa precarie, quod abemus in suburbio Barchinone, in terminio de ipsos Archos Antiquos. Advenit autem nobis per progenitorum nostrorum et per aliis vocibus et modis. Terminatur autem, ab oriente in platea qui pergit ad forum et ubique, a meridie in parietibus mansionum Bonefilii Gaugeberti et de Arnallus, clericus de Apiera, ab occiduo in exitu comune et in parietibus domorum Arnall Guiriberti de ipsa Antiqua, a circio in parietibus domorum Marie Guidal et de predictus Arnallus Guiriberti. Quantum autem predicti termini concludunt atque terminant damus vobis haec terra cum parietibus qui sunt a parte orienti et ab occidenti, cum ingressibus atque regressibus suis, ac de nostro iure in vestrum dominium et potestatem tradimus ab omni integritate, tali modo et ordine ut annuatim, in festa sancti Petri apostoli quod est III kalendas iulii, tribuatis nobis propter pefatam terram censum I mancusada dinariis mo-

nete publice Barchinone vos et vestris successores, et faciatis ibi quicquid vobis placuerit facere, possidere et expletare. Et nullum seniore[m] sive senioraticum ibi faciatis neque aclametis nisi nos vel successores nostros. Et non sit vobis licitum eam vendere nisi nobis vel successores nostros per precium quod a bonis hominibus fuerit apreciatum vel laudatum ab utrisque parte. Insuper autem, si infra spacium XXX dierum quod amoniti fuerimus a vobis vel vestris noluerimus emere, quod postmodum vendatis eam a vestris similes burgensis qui nobis vel nostris tribuant et reddant census superius comprehensum in prelocuto termino sancti Petri apostoli. Accepimus namque a vobis propter prefatam terram quam vobis damus III mohabetinos de auro in precium quod vos nobis dedistis et nos abuimus integrit[er] sicut satis est manifestum. Hanc igitur scripturam istius nostre donacione si quis autem ex utrisque parte, tam videlicet donatores quam acceptores aut aliquis utriusque sexus vel ordinis homo, disrumpere temptaverit et infra XXX dies quibus ab illo cui dampnum fecerit amonitus non emendaverit alteri, in duplum componat haec terra cum omni sua melioracione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Actum est hoc III nonas¹ iulii, anno XI regni regis Ledoici.

Sig+num Ermesendis, Sig+num Petri Ricardi, Sig+num Gaucerandi, nos qui hanc donacionem fecimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Poncius Bernardi sag. Sig+num Petri Artall. Sig+num Petri Bernardi*.

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit die et anno quo supra.

1. *La primera n corregeix* [k].

504

1118, agost, 2

Convinença. *Guillem Jofre promet fidelitat i servei a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, i es compromet a donar-los la potestat dels castells de Cervià i Púbol sempre que ho demanin.*

A [Original no localitzat.]

B Trasl[lat]. ACA, Cancelleria, perg[am]. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 210a (*olim* arm. 4 Girona, sac F, núm. 430), 425 × 290 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 464. — MIRET Y SANS, *La casa*, pp. 49-52. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124.

Aquesta convinença i el jurament de fidelitat corresponent estan copiats en un mateix pergamí (vegeu el document núm. 505). Els contemplem separatament, tal com devia ser en el cas dels originals.

Hec¹ est conveniencia que est facta inter domnum Raimundum, Barchinonensem comitem, et domnam Dulciam comitissam et Guilelmus Gaucefredi. Convenit namque predictus Guilelmus iamdictis comiti et comitisse ut sit eis fidelis per directam fidem, sine ullo engan, de vita illorum et de omnibus membris que se tenent in corporibus illorum et de toto illo honore quem hodie habent in in antea adquisierint Deo dante, tali modo sicut homo debet esse ad suos meliores seniores. Item convenit ad eos ut sit eis adiutor per directam fidem, sine illorum engan, ad tenere et ad habere et ad deffendere et ad guerreiare cum illis et sine illis, sicut melius potuerit, contra cunctos homines vel feminas qui voluerint tollere predicta omnia iamdictis² comiti aut comitisse aut aliquid de predictis³ omnibus. Item convenit ad eos ut sit adiutor per directam fidem, sicut melius potuerit, ad totos ipsos homines vel feminas de quibus predicti comes et comitissa aut unus illorum mandaverint hoc illi. Item convenit ad eos ut ab isto die et deinceps non faciat ullum senioresem sine absolvimento iamdicti comitis et comitisse et de ipsius senioribus quos nunc habet non retineat ullum sine licencia et voluntate predicti comitis et comitisse. Item convenit ad eos ut faciat eis hostem per totas illas vices quas ipsi mandaverint hoc illi de XX^{ti} caballarios cum suo conducto. Item convenit ad eos ut faciat eis cavalgadas et curtes et placitos et seguimentum, sine illorum engan, per totas illas vices quas predicti comes et comitissa aut unus illorum mandaverint hoc illi, tali modo sicut homo debet facere ad suos meliores seniores. Item convenit ad eos ut faciat guerram per illos cum ipsis et sine illis secundum mandamentum et voluntatem ad cunctos homines vel feminas quos predicti comes et comitissa aut unus illorum voluerint et ut teneat pacem ad totos ipsos homines et feminas quos ipsi voluerint. Item convenit ad eos ut amet per directam fidem totos ipsos homines et feminas quos ipsi demandaverint et ut voleat malum ad totos ipsos homines, sine engan, quos predicti comes et comitissa non amaverint. Item convenit ad eos ut faciat directum et iusticiam per eos de se et de cunctis suis hominibus. Item convenit ad eos ut donet potestatem predictis comiti et comitisse de ipso kastro de Cerviam et de ipso kastro de Pubal et de cunctis rebus pertinentibus ad iamdictos kastros et, cum forfacto et sine forfacto, per quantas vices predictis comes et comitissa

aut unus illorum requisierit ad eum ipsam potestatem de predictis kastris aut de uno eorum per se metipsos aut per illorum nuncios vel nuncium. Et predictus Guilelmus Gaucefredus non vetet se de hoc comonire et ipse missus vel missi qui comonire illum de hoc reguardum ibi non habeant. Item convenit ad eos ut attendat totas istas supradictas conveniencias illi eorum filio cui predictus domnus comes dimiserit Gerundam et comitatum Gerundensium scripto vel verbis. Et si predictus Gaucefredus non attenderit, sine engan, totas istas supradictas conveniencias iamdictis comiti et comitisse et filio eorum predicto, si non facit directum predictus Guilelmus Gaucefredus ad iamdictos comitem et comitissam de hoc quod illis fregerit de supradictis convenienciis ad iudicium de ipsos homines quos predicti comes et comitissa mandaverint hoc iudicare infra XXX^a dies quod ipsi mandaverint hoc illi aut talem placitum qualem potuerit invenire cum eis cum mercede illorum revertantur predictos kastros et iamdicta omnia solide et libere in potestatem iamdicti comitis et comitisse aut unus illorum sine ira et ullo marrimento iamdicti Guilelmi Gau[ce]fredi⁴ et suorum ad faciendum hoc totum de predictis rebus quod comes et comitissa voluerint.

Acta conveniencia IIII nonas augusti, anno XI Ledovici regis.

Sig+num Guilelmi Gaucefredi, qui hanc convenienciam fieri iussi, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Dorche.⁵ Sig+num Petri Raimundi de Taradel. Sig+num Berengarii Be[r]nardi⁶ senescalch. Sig+num Gaucefredi Bernardi.

(*Senyal*) Petrus presbiter, qui hoc rogatus scripsit, cum litteris rasis et emendatis in suprascriptis lineis et superpositis, die et anno quo supra.

1. B comença: Hoc est translatum fideliter factum. *Aquesta clàusula serveix per als dos documents copiats.* 2. a corregeix l. 3. predicta omnia iamdictis comiti aut comitisse aut aliquid de pre escrit a sobre d'una raspadura. 4. Manca. 5. o afegida a la interlínia. 6. Manca.

[1118, agost, 2]

Jurament de fidelitat. *Guillem Jofre jura fidelitat a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, i els promet donar la potestat dels castells de Cervià i Púbol.*

A [Original no localitzat.]

B Trasl·lat. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 210b (*olim* arm. 4 Girona, sac F, núm. 430), 425 × 290 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 464. — MIRET Y SANS, *La casa*, pp. 49-52. — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124.

Aquest jurament de fidelitat i la convinença corresponent estan copiats en un mateix pergamí (vegeu el document núm. 504). Els contemplem separadament tal com devia ser en el cas dels originals.

Iuro¹ ego Guilelmus Gaucefredi vobis domno Raimundo comiti² et domne Dulcie comitisse, senioribus meis, quod ab hac ora et deinceps fidelis ero vobis per directam fidem de vestra vita et de omnibus membris³ que se tenent in corporibus vestris et de tota illa honore quem hodie habetis et deinceps adquisieritis Deo dante, taliter sicut homo debet esse fidelis ad suos meliores seniores quibus manibus se comendat, sine fraude et malo ingenio et ulla vestra decepcione. Item iuro vobis quod dederò vobis potestatem, sine vestro engan, de ipso kastro de Cerviano et de ipso kastro de Pubal et de omnibus rebus pertinentibus ad predictos kastros per quantas vices vos ambo aut unus⁴ ex vobis requisieritis michi ipsam potestatem aut cum forfacto aut sine forfacto per vos metipsos aut per vestros nuncios vel nuncium. Et ego inde comonir no me vedaré et ipse missus vel missi qui michi comonuerint regardum ibi non habebunt. Item iuro vobis quod, simili modo, dederò potestatem de predictis kastris Cerviano et Pubalo sine engan, si vivus fuero, ad illum vestrum filium cui tu, domnus comes iamdictus, dimiseris Gerundam et comitatum Gerundensem scripto vel verbis. Et sicut suprascriptum est si o tenré et o atendré ego Guilelmus predictus vobis predictis comiti et comitisse et illi vestro filio cui tu domnus comes Raimundus dimiseris predicta omnia scripto vel verbis, sine ullo vestro engan, me sciente. Per Deum et hec sancta.

1. B comença: Hoc est translatum fideliter factum. Aquesta clàusula apareix al principi del document i serveix per a la convinença i per al jurament. 2. La segona i corregeix e. 3. En lloc de membris. 4. unus afegit a la interlinia.

506

1118, octubre, 31

Empenyorament. *Arbert Ramon i Bernat Arbert, freners, i la muller d'aquest, Beliarda, empenyoren als esposos Guillem Pere i Guilla el mas de Feixes i dues peces de terra als Banyols, al lloc anome-*

nat les Feixes, territori de Barcelona, per raó d'un deute de disset morabatins d'or.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 211 (*olim* arm. Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 726), 110 × 360 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 588.

In nomine Domini. Ego Arbertus Reimundi et Bernardus Arberti, frenarii, atque uxori sue Beliardis femine debitores sumus vobis Guilelmo Petri et uxori tue Guilie XVII mohabetinos de auro pensatos quos vos nobis accomodastis. Quapropter inpignoramus vobis ipsum mansum nostrum quod voccant de ipsas Fexas cum II pecias terras divisas cum universis earum pertinenciis. Est autem prefata omnia in territorio Barchinone, in Bagneaolis, in loco nominato ad predictas Fexas. Advenit autem michi predictus Arbertus per genitorum meorum et ad nos prenominatis Bernardi Arberti atque Beliardis per nostrum pignus sive quibuslibet aliis vocibus et modis. Terminatur autem ab oriente in alodio Guilelmi Reimundi Reiaty,¹ a meridie in ipsum pratum in medium locum, ab occiduo [in]² Reimundi Bernardi canonici, a circio in strata. Quantum autem prefati termini concludunt atque terminant inpignoramus vobis haec omnia predicta, cum ingressibus atque regressibus earum, ac de nostro iure in vestrum dominium et potestatem tradimus ab omni integritate, tali quoque modo et ordine ut teneatis per vestrum pignus et accipiatis cunctum fructum atque expletum quod inde exierit, usibus et censibus atque serviciis ad que volueritis faciendum vos et vestris quiete et secure, sine blandimento ullius hominis vel femine, et cui concedere et inpignorare volueritis per tantum quantum vestrum debitum est et non per amplius, videlicet totum tempus donec reddamus [vobis] prelocutum debitum sine vestro dampno. Cum autem vobis vel vestris reddiderimus prefatum debitum, hanc scripturam pignore in potestate nostra revertatur, hoc pacto ut non sit nobis licitum redimere haec que vobis inpignoramus nisi de una festa sancte Micahelis³ in alia que bene abeatis reollectum vestrum expletum et censum quod inde exierit. Hanc igitur scripturam istius nostre inpignoracione, si vero nos inpignoroatores aut aliquis utriusque sexus vel ordinis homo disrumpere temptaverit, componat atque componamus vobis vel vestris haec omnia predicta in duplum cum omni sua melioracione atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Actum est hoc II kalendas novembris, anno XI regni regi Ledoici.

Sig+num Arbertus Reimundi, Sig+num Bernardi Arberti, Sig+num Beliardis femine, nos qui hanc inignoracionem fecimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Reimundi Seguini. Sig+num Reimundi Guifr[e]di.⁴

Signum+ Poncii subdiachoni, qui haec scripsit die et anno quo supra.

1. e *corregeix* a. 2. *Manca*. 3. *En lloc de sancti Michaelis*. 4. *Manca*.

507

1118, desembre, 6

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, atorga al monestir de Sant Pere de Camprodon la facultat de poder celebrar mercat cada dilluns.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 8 de juliol de 1248. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 212 (*olim* arm. 9 Vic, sac F, núm. 246). Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, VI, ap. 9, pp. 30-31.

b *Catalunya romànica*, X, p. 92.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 105, 681, 685. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 274.

Notum¹ sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Raimundus Berengarii, comes, considerans pondus et gravamen meorum peccatorum, quesivi vias unde possem relevare sarcinam peccatorum meorum, idcirco facio donacionem et tradicionem monasterio Sancti Petri de Campo Rotundo et dompno Gregorio abbati et abitatoribus eisdem loci, tam presentibus quam futuris, ut deinde habeant et possideant merchatum circa idem monasterium, in perpetuum, per omnes ebdomadas in II feria. Tali modo hanc donacionem et tradicionem prefato monasterio facio quod a Collo Arearum usque ad collum de Portules et a collo Penedicii usque ad Campum Macrum nulla potestas infra iamdictos terminos alium ulterius valeat stabilire merchatum, sed omnes ad hoc forum venientes et redeuntes infra prefatos terminos sint salvi et securi et sub mea defensione successorumque meorum. Dono etiam prefato loco Sancti Petri salvacionem securitatis et pacis in perpetuum omnibus diebus infra flumen Tezerii et Rivi Obliqui. Quod si aliquis violenciam alicui infra hos terminos perpetraverit, dupliciter componat et insuper libram auri curie nostre restituat. Est autem ipsum monasterium in suburbio

Gerundensi et in comitatu Bisillunensi² sive in valle Landarensi, inter II^o flumina Tezerii et Rivi Obliqui. Et si quis contra hanc meam donacionem de foro, videlicet vel egomet vel filius vel nepos vel alia quelibet persona, voluerit adversari vel contradicere pars eius, sit infernus participatio eius cum Datan et Abiron et sub illa malediccionem semper consistat ubi Lucifer qui de celo propter superbiam cecidit consistit, nec hoc tamen valeat vindicare. Hanc tamen meam donacionem fori facio sub tali conveniencia ut nulla persona neque comes neque vicecomes neque clericus neque laicus possit ibi requirere iusticiam vel leddam vel aliquid omnino, sed ipsi monachi teneant et iure divino possideant in integrum ipsum merchatum et omnia que ad ipsum merchatum pertinent, secundum mores Bisilluni³ per omnia.

Facta est hec scriptura donacionis VIII idus decembris, anno ab incarnatione Domini millesimo C^o XVIII, regnante Ludovico rege franchorum anno XI.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Raimundus Berengarii comitis, qui hanc kartam donacionis fieri iussit et manu propria firmavit et ut a testibus firmare firmaretur rogavit.

Sig+num Dulcie comitisse. Sig+num Dorcha. Sig+num Perela. Sig+num Bernardi Guilelmi de Lucan. Sig+num Petri Guilelmi clerici. Sig+num Durandi, sacerdotis de Perpiniacho. Sig+num Arnaldi fratris eius.

Petrus, sacer et monachus, qui hanc kartam donacionis rogatus scripsi sub (*senyal*) die annoque prefixo.⁴

1. B *comença*: Hoc est translatum fideliter sumptum VIII idus iulii, anno Domini M CC XL octavo, ita incipiens: 2. *En lloc de Bisullunensi*. 3. *En lloc de Bisulluni*. 4. B *acaba*: Petrus Sancte Marie (*senyal*), qui hoc translatum fideliter translatavit. (*Senyal*) Raimundus de Prato, gerens vices Bernardi de Prato, publici scriptoris Sancti Petri de Bisulluno, qui hec subscribet.

1119, maig, 16

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, descontent amb Bernat Amat, vescomte de Cardona, li pren el castell de Tamarit i l'encomana, juntament amb el poble de Cubelles, a Fortún Dat i a la seva muller Beatriu.*

- A [Original no localitzat.]
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior; f. 226].
 C Còpia en paper, imitativa i suspecta, del segle [XV]. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 213, 310 × 230 mm. Bon estat de conservació.
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 211.
 Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 256.

Notum sit omnibus hominibus qualiter ego Raimundus Berengarii, Dei gratia Barchinonensis comes et marchio, sepe conquestus sum de Bernardo, vicecomite Cardonensi, et de consortibus eius qui tenebant per me castrum Tamarit et debebant illud custodire et¹ deffendere per fevum quem tenebant per me de quo illos melioravi et ad ultimum dimiserunt illud destitutum omni custodia et auxilio. Unde ego comendo illud castrum cum Cubeles et omnibus fevis ad eu[m]² pertine[n]tibus³ fideli meo Fortunio Dat et uxori eius Beatrice que habet ibi vivolarium per concessionem Deusdedit, qui fuit vir eius. Tali itaque pacto comendo eis ipsum et dono eis ipsos fevos ut bene custodiant ipsum honorem et habeant illum ad meum servicium et donent inde michi potestatem⁴ quandocumque quesiero ab eis per me aut per meum nuncium ipsam potestatem. Et de ipsis fructibus et censibus qui inde exierint bene custodiant ipsum castrum et, si opus fuerit, mitant de sua proprietate in ipsa custodia quando⁵ necesse fuerit. Et si vero predictus vicecomes aut filii eius aut Deusdedit, frater eius, requisierint ipsum honore[m]⁶ aliquando, primum emendent ipsi Fortunio et uxori eius quicquid ibi de suo expensum habuerint et postmodum si quam ibi iusticiam vel directum habuerint, consequantur sicut laudaverint nobiles homines nostri curie.⁷ Propter hec convenio ipsi Fortunio et uxori eius quod adiuvent eos et valeant eis per fidem, sine engan, de omnibus hominibus qui propter hoc aliquid eis forifererunt vel⁸ garreiare presumpserunt.

Actum est hoc XVII kalendas iunii, anno XI^o Loduvici regis.

1. *Segueix de di, ratllat.* 2. *Manca.* 3. *Manca.* 4. *Segueix quandonent, ratllat.* 5. *Segueix ness.* 6. *Manca.* 7. *Segueix Pro, ratllat.* 8. *Segueix guerre, ratllat.*

1119, maig, 28

Donació. *Carbonell, la seva mare Ermessenda i el seu germà Arnau, anomenat Dorca, donen a Berenguer de Sarrovira la meitat d'una peça de terra a la Rovira, terme de Santa Perpètua de Mogoda.*

A ACA, Cancellaria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 215, 110 × 210 mm. Bon estat de conservació.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Carbonel et mater mea Ermesendis et fratri meo Arnallus, que vocant Dorcha, nos simul in unum donatores sumus tibi Berengarius, vocitato de ipsa Ruvira. Per hanc quipe scripturam donacionis nostre donamus namque tibi ex nostro alodio, scilicet medietatem de ipsam peciam terre cum¹ omnibus arboribus qui infra sunt, quod ethiam abemus in comitatu Barchinona, in Vallense, infra² terminos ecclesiam Sancte Perpetue de Mogoda, in loco vocitato ad ipsa Ruvira. Advenit mihi Carbonel per ienitorum meorum et ad me Arnallus iamdictus similiter, mihi quoque Ermesendis per meum X^{um} sive per quibuslibet modis vel vocibus. Abet namque affrontaciones prefata omnia ab oriente in strata publica, de meridie et de occiduo in alodio et in vineis de te receptore, a parte vero circii in alodio de nos donatores. Quantum predictae affrontaciones includunt vel isti termini ambiunt, sic donamus tibi ab integrum in prenominatam peciam terre cum omnibus arboribus qui infra sunt in ipsam medietatem, sine fraude et ullo malo ingenio, et sic de nostro iure in tuo trado dominio et potestate ad tuum plenissimum proprium et francum alodium ut quicquid exinde facere vel iudicare volueris plenam in Dei nomine abeas potestatem aput omnibus exiis vel regresiis earum. Et est manifestum. Si quis hoc vobis dirrumpere vel inquietare voluerit omnino evanescat et insuper componat tibi in vinculo predicta omnia in duplo. Et post hec ista scriptura permaneat firma per omnia secula.

Facta ista scriptura donacionis V kalendas iuni, anno XI regnante Leduycho rege.

Sig+num Carbonel, Sig+num Arnallus, qui dicunt Dorcha, Sig+num Ermessendis, nos qui ista donacione fecimus et firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Petrus Raimundi de Galifa. Sig+num Raimundus Mironi de Palacio. Sig+num Bernardus Guadalli. Sig+num Raimundus Bernardi. Sig+num Bermundus Guilelmi.

Guilelmus presbiter, qui hoc scripsit, cum literas damnatas in III linea, die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Segueix* medietatem de *ratllat*. 2. r *interlineada*.

510

1119, agost, 4

Establiment. *Berenguer, abat de Sant Joan de les Abadesses, estableix als esposos Joan i Miracleta el mas Riera i una peça de terra situada al costat del riu Ter a canvi de la tasca. Els receptors paguen quatre sous de moneda de Besalú d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 218, 100 × 280 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Berengarius, abbas Sancti Iohannis, cum consensu fratrum meorum kannonicorum donator sum tibi Iohanni uxorique tue Miraclete filiisque vel filiabus tuis peciam unam terre cum vitibus et arboribus, que est secus flumine Ticeris et iuxta mansum de Riera. Tali pacto ut annuatim de hac laboratione quod Deus ibi donabit Sancto Iohanni tascham fideliter donetis. Quapropter dono tibi Iohanni et tuis in perpetuum predicta terra cum omnibus suis terminibus et cum exitibus vel regressibus eius absque ullo ingenio. Et accipio a te solidos IIII^{or} monete obtime Bisunduni. Sane quod si ego donator aut ullusque homo vel femina hanc scripturam donationis frangere temptaverit, non hoc valeat vindicare quod requisierit et in duplo componat et deinceps firma persistat.

Facta scriptura donationis in presentia Petri Raimundi et Guilelmi de Auriola et Arnalli Petri baiuli et Girberti et aliorum plurimorum II nonas augusti, anno XII^o Leudovici regis.

Sig+num Berengarii abbatis. Sig+num Guilelmi prepositi. Sig+num Bernardi ecclesie custodis.

Rodgerius presbiter, qui hec scripsit sub (*senyal*) die et anno prefixo.

511

1119, octubre

Encomanament. *Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, encomana a Bernat Bernat el Castell Nou de Galliner i altres possessions, fixant les rendes que li haurà de satisfer.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 219 (*olim* arm. 3 Lleida, sac C, núm. 163), 255 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Hec est conveniencia que fecit domno chomite a Bernard Bernardi¹ de ipso Chastel Novo. Chomende-li ipso kastel et dona-

li ipsas duas partes de caput ipso Neredo usque in Gaveti et de Nogera usque in Orchallo. De totas ipsas causas quod ad usum omnem pertinet, sic dona domno chomite a Bernard Bernardi ipsas duas parciones ab integrum. Et desuper dona-li ipsum alodem cum ipso caput mas de Peger cum ipsos omnes qui ibi abitant vel in antea abitaverunt aput quantum abent vel in antea abere potuerunt. Et ipsum alodem plano qui fui[t]² de ipsos seniores abeant per medietatem Bernardus Bernardi et domno chomite. Et per unumquisque anno donet³ domno chomite a Bernard Bernard XX et V modios de for[ment]⁴ usque dum potui exire de ipso chastel et XX de or[di]⁵ et quara[n]ta⁶ et VIII modios de avena a sester de Moror. Et X medios de vino et XX moltones et XXX formatichos et quatuor centos solidos. Et ipso conducto et duocentos manchones que siant donatos a festa Omnium Sanctorum per unumquisque anno. Et a Nadal alios centos manchones et in Pascha alios centos. Et si merchado abet in ipso castel aut lecita ibi miserit, abeat Bernard Bernard ipsas duas parciones. Et Bernard Bernard de ipso Castel Novo non faciat fors uno⁷ ullo seniore, salva fidelitate domno chomite. Et si achel senior lo perdia, Bernardus Bernardi no-l perda, ipso chastel aput ipso comite remaneat. Et si abet ibi nullo saioni, Bernard Bernard lo menta a sua voluntate. E Bernard Bernard conveni a domno chomite ut retineat ibi tres cchaveleros⁸ et XII servientes. Hoc quod suprascriptum est sic donavi domno comite a Bernard Bernard et a sua posterita a cui Bernard Bernard⁹ dubitare volui per suum feum et che iam Bernard Bernerd no-l perda nec sua posterita. Et est manifestum. Quod si ego donator aut nullus omo vel femina qui contra hanc conveniencia venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat in duplo. Et in ante[a]¹⁰ ista conveniencia firmis permaneat modo vel omnique tempore et non sciat disrupta.

Facta ista carta conveniencia in mense octuber, anno XII regnantem Leovicho regem.

Sig+nu[m]¹¹ Bernardus chomite, qui ista carta conveniencia mandavi scribere et testes mandavit firmare.

Sig+num Bernard Rotlan, Sig+num Bucintor, Sig+num Petro Arllui, testes sunt.

Miro sacer scripsi sub die annoque prefixum.¹²

1. Bernard Bernardi *al text*. Totes les r estan afegides a la interlínia; aquesta peculiaritat es repeteix totes les vegades que apareix aquest nom i en moltes altres paraules. 2. Manca. 3. o volada a [e] sense cancel·lar. 4. Manca. 5. Manca.

6. Manca. 7. uno afegit a la interlínia. 8. Sic; r corregeix s. 9. En lloc de Bernard. 10. Manca. 11. Manca. 12. perfixum al text.

512

1119, desembre, 13. Pedraza

Carta de franqueses. *Alfons I, rei d'Aragó, atorga carta de franqueses als habitants de Belchite.*

A [Original no localitzat].

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 217 (*olim* arm. 18 Saragossa, sac E, núm. 125), 310 × 520 mm. Bon estat de conservació, malgrat l'enfosquiment del pergamí pels marges.

C Còpia. Madrid. AHN, Cartulario 1067, Montearagón, ff. 61-62.

a CODOIN, VIII, doc. I.

b MUÑOZ, *Colección*, pp. 413-414.

c LACARRA, *Documentos* (2), doc. 58.

d LEMA, *Colección diplomática*, doc. 95.

e LEDESMA, *Cartas*, doc. 30.

(*Crismó*). Sub Christi nomine et eius divina clemencia, scilicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego quidem Adefonsus, Dei gratia imperator, facio hanc cartam confirmationis et liberationis ad totos homines qui sunt in Belgit et in tota illa honore de Galin Sangiz populati et in antea ibi populaverint. Mando et afirmo ad totos homines de tota mea terra homicieros, latrones et malifatores postquam ad Belgit vel in illa honore alia de Galin Sangiz venerint populare et ibi populaverint ut non habeant reguardo de nullo homine per nulla malefacta, sed sedeant ibi ingenui et liberi sine ullo cisso [...].¹ Et mando ut illos populatores habeant tales foros inter eorum causas sicut habent illos de super Zaracoza. Et mando postquam ad Belgit vel ad predicta honore de Galin Sangiz venerint populare nullo populatore et ibi populaverint per nulla fediatoria nec per debito neque per nulla causa non faciat ad nullo homine directo nisi in Belgit vel in predicta honore de Galin Sangiz. Et qui pignoraverit ad istos predictos populatores per aliquam causam pectet ipse qui eum pignoraverit mille solidos deinde reddat ad suo domimo ipsa pignora solita. Et mando ut pectet omicidio D solidos. Et dono et concedo tibi Galin Sangiz et ad posteritas tua ut habeas tuos almotalefes et tuas exeas de moros et de christianos, et per quaecumque via ierint sedeant salvos de totos homines de mea terra. Et si nullo homo fecerit ad illos male, recuperent illos dominos suo aver et pectent mihi

mille solidos et tu Galin Sangiz demanda illos per me. Et hoc totum quod mando facio propter amorem Dei et redemptionem anime mee et parentum meorum. Et ubi adorabant Mahomath in unitate adorent² Deum Patrem omnipotentem cum Filio et Spiritu Sancto in humilitate et veritate. Et totum hoc placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate; concedo atque afirmo istos perscriptos³ foros ad ista perscripta⁴ populacione. Adhuc autem mando ut in tota mea terra non donent lezta neque portatico neque per terram neque per aquam. Et inter illos et Soria per illorum plectos veniant ad medianeto. Et mando atque afirmo ut sedeant ingenuos et liberos et francos ipsi et filii eorum et domos eorum atque hereditates eorum ut faciant inde tota eorum voluntate, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate; et de tibi Galin Sangiz similiter et de posteritas tua que possedis illa honore per me per secula cuncta. Amen. Et si nullus homo vel de posteritas mea voluerit hoc donativo suprascripto disrumpere, sedeat maledictus de domino nostro Iesu Christo et de sua matre beate Marie et de XII^{cim} apostol[orum] et de omnibus sanctis suis, et habeat partem cum Sodoma et Gomorra et cum Datan et Abiron et cum Iuda traditore.

Fuit facta carta ista in era M^a C^a L^a VII^a in Petraza, circa Soccovia, in mense dezembrio, per diem sancte Lucie virginis. Regnante me, Dei gratia, in Aragon et in Pampillona atque in Super Arbe sive in Ripa Curcia atque in Castella Bielga sive in tota Strematura usque ad Toletto et, Dei gratia, in Zaracoza et in Tutela usque ad Morella et in mea populacione quod dicitur Soria. Episcopus Stephanus in Oska et in Iaka. Episcopus Wilelmus in Pampilona. Episcopus Sancius in Nagara. Episcopus Petrus in Zaracoza. Episcopus Michael electus in episcopatu de Tarazona. Senior Caxal in Nagara. Senior Enneco Galinz in Sos. Senior Azenar Azenarez⁵ in Totela. Senior Enneco Ximenones in Sokovia. Senior Lope Garcez in super Zaracoza et in Alagon. Senior Galindo Sangiz de Alkala [et]⁶ in Belgit. Senior Azenar Dat in Morella.

Et ego Rodericus, regis scriptor, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum (*senyal*) feci.

1. Espai d'aproximadament quatre lletres il·legible a causa de l'enfosquiment del pergami. 2. aldorent al text. 3. En lloc de prescriptos. 4. En lloc de prescripta. 5. Segueix et sense cancel·lar. 6. Manca.

513

1119, desembre, 18

Establiment. *Arnau d'Albió i la seva muller Arsenda estableixen a Berenguer de Guilla, Calvet, Bernat Giscard i Guillem de Riber uns terrenys situats a l'Albió per construir-hi uns molins. Les despeses de la construcció i els guanys de l'explotació es repartiran a mitges entre les parts.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de [final del segle XII]. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 220, 140 × 270 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esquinçament de la part inferior i del marge superior dret del pergamí i de la tinta esvanida.

In¹ nomine Domini. Ego Arnall de Albio et coniux mea Arsen, nos simul in unum donatores sumus tibi Berenger de Gila et ad Calvet et Bernad Giscard et ad Guillem de Riber. Per hanc scriptura donacionis nostre donamus nos vobis in nostrum dominicum ut ibi faciatis molinos de ipso lavador usque ad ipso molino nostro vetere, quod ibi faciatis molinos quantos facere possitis et nos donatores et nostris mitamus et faciamus medietatem ad ipsas missiones qui ad ipsos molinos que ibi faciatis opus siat totum tempus et vos et vestris abeatis aliam medietatem et faciatis aliam medietatem totum tempus. Et vobis acap[ta]tores² et vestris et agudetis et abladetis ipsos molinos et que iustetis ipsa mulltura fidelitermente et sciatis vos acaptatores et vestris ad nos donatores et nostris fideles sine ingenio et vobis unus ad alius et nos donatores et nostris et vos acaptatores et vestris dividamus ipsa mulltura per medium. Et si nos voluimus ipsa nostra medietate vindere vel inpignorare, non abeamus licenciam nisi ad vos vel ad vestris; et si vos et vestris non volueritis co[m]parare³ vel in pignorationem capere, infra spacium XXX^{ta} dies et noctes quod mitamus ad cui voluerimus ut non abeatis damnum; et si vos voluer[i]tis⁴ vestra medietate vindere vel inpignorare, quod mitatis unus ad alius de vobis acaptatores. Et si vos non volueritisprehendere unus de alius, non habeatis licenciam ad mitere nisi ad nos ut⁵ ad nostris; et si nos et nostris non volu[er]imus⁶ comparare vel in pignoraprehendere, quod mitatis ad vestros consimiles. Hec est omnia in comitatum Minor[is]a⁷ et in termine de Albio.⁸ Si quis hoc violaverit, in duplo componat.

Facta ista carta XV^o kalendas ianuarii, anno XII regnante Ludovico rege.

Sig+num Arnall de Albio, Sig+num Arsen, Sig+num Ermessen, nos qui hoc donum laudamus et firmamus.

Sig+num Arnall Formad, Sig+num Guillem de Gitard, Sig+num Marti, nos sumus visores [et aud]jitores.

Guilelmus [...],⁹ qui hoc scripsit cum literis suprapositis (*senyal*).¹⁰

1. B comença: Hoc est traslatum fidelitermente factum in presencia domino Berengario de Loras et alii probi homines de Albio, sicut dicit in [...] veteram. 2. Manca. 3. Manca. 4. Manca. 5. En lloc de vel. 6. Manca. 7. Manca. 8. *Se-gueix* Hactum est hoc *sense cancel-lar*. 9. *Espai d'aproximadament quatre lletres il·legible a causa de l'esquinçament del pergami*. 10. B acaba: Nicolaus, qui hoc translata[...] Albio (*senyal*).

514

[1075-1119]

Jurament de fidelitat. *Guitard Oliba jura fidelitat a Ricard Guillem, en especial pel castell de Sant Vicenç de Castellet.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3264 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 410), 123 × 105 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 68.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 144.

Datem pels anys del primer document conegut de Ricard Guillem i del primer document on consta com a difunt.

Iuro ego Guitardus Oliba vobis domno Ricardo Guilielmi, seniori meo, quod ab ac hora et deinceps fidelis¹ ero vobis per directam fidem, sine ullo vestro enganno, de vestra vita et de omnibus membris que se tenent in corpore vestro et de hoc toto quod habetis et deinceps, dante Deo, adquisieritis, et per nomen de ipso castro de Castellet cum omnibus suis terminis et pertinenciis, contra cunctos homines vel femitas² qui tollant aut voleant vobis tollere³ predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus.

Sicut supradictum est, si o tenré et o atendré ego iamdictus Guitardus vobis prescripto seniori meo, exceptum quantum vos absolveritis me vestro gradienti animo et sana mente, sine enganno et ingenio et fraude et ulla vestra decepcione, me sciente. Per Deum et hec sancta.

1. I *corregeix* r. 2. *En lloc de feminas*. 3. *tollerere al text*.

515

[1075-1119]

Jurament de fidelitat. *Guillem Oliba jura fidelitat a Ricard Guillem, en especial pel castell de Sant Vicenç de Castellet.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3290 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac C, núm. 330), 117 × 107 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del primer document conegut de Ricard Guillem i pel del primer on consta com a difunt.

Iuro ego Guilielmus Oliba vobis domno Ricardo Guilielmi, seniori meo, quod ab ac hora et deinceps fidelis ero vobis per directam fidem, sine ullo vestro enganno, de vestra vita et de omnibus membris que se tenent in corpore vestro et de hoc toto quod habetis et deinceps, dante Deo, adquisieritis. Et per nomen de ipso castro de Castellet cum omnibus suis terminis et pertinenciis, contra cunctos homines vel feminas qui tollant aut voleant vobis tollere predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus.

Sicut supradictum est, si o tenré et o atendré ego, iamdictus Guilielmus, vobis prescripto seniori meo, excepto quantum vos absolveritis me vestro gradienti animo, sine enganno et ingenio et fraude et ulla vestra decepcione, me sciente. Per Deum et hec sancta.

516

[1075-1119]

Jurament de fidelitat. *Bernat Esteve jura fidelitat a Ricard Guillem, en especial pel castell de Sant Vicenç de Castellet.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3415.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 69.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 144.

Pergamí actualment no localitzat. Editem el text que publicà Conde. Datem per l'any del primer document conegut de Ricard Guillem i pel del primer document on consta com a difunt.

Iuro ego Bernardus Stefani vobis domno Ricardo Guilielmi, seniori meo, quod ab hac hora et deinceps fidelis ero vobis per directam fidem, sine ullo vestro enganno, de vestra vita et de omnibus membris que se tenent in corpore vestro, et de hoc toto quod habetis et deinceps, dante Deo, adquisieritis, et per nomen de ipso castro de Castellet, cum omnibus suis terminis et pertinenciis,

contra cunctos homines vel feminas qui tollant aut voleant tollere predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus.

Sicut supradictum est, si o tenré et o atendré ego iamdictus Guitardus vobis prescripto seniori meo, exceptum quantum vos absolveritis me, vestro gradiente animo, sine enganno et ingenio et fraude et ulla vestra decepcione, me sciente. Per Deum et hec Sancta.

517

1120, febrer, 15

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, i la seva muller Arsenda donen a Ramon Arnau la torre d'Almassor, amb les mateixes condicions que el comte Ermengol IV l'havia donat al seu pare Arnau Dalmau.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 221 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 195), 210 × 390 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 50.

In nomine Domini. Ego Ermengaudus, gratia Dei comitum Urgelli, cum coniux mea, domna Arssendis comitissa, donatores sumus tibi Raimundo Arnalli. Per hanc scripturam donacionis nostre sic donamus nos tibi de nostrum alaudium infra finibus marchiarum ipsam Turrim que vocant Almazcor cum suis terminis et pertinenciis cunctis, id sunt pratis, pascuis, fontis, fontanulis, planum aut montuosum, aput decimas et primicias qui inde exierint,¹ totas ab integrum cum cuncta omnia qui ad hoc pertinet. Et addimus tibi medietate de illas decimas que abemus in ipsam Turrim de Herald,² sicut nos ibi abemus. Et est hec omnia infra comitatum Urgelli, in finibus marchiarum, in locum quod dicitur planum superius Linerola. Et abet autem affrontaciones prescriptam turrim a parte orientis in term[in]e³ de Fulia Grossa⁴ et de Mont Fosar, de meridie in terminio de Val Verd et de Xarabchenic sive in pennal de la Turrim de la Baralla, a parte vero circi in terminio de Linerola, et de aquilone in termine de Turrim de Herall. Quantum inter istas totas affrontaciones includunt et isti termini in circuitu ambiunt, sic donamus nos tibi prescriptam Turrim de Almazcor cum suis terminis et pertinenciis cunctis, totum ab integrum sicut superius est scriptum, cum vieductibus et reductibus earum ad tuum proprium alaudium ad facere tuam voluntatem quod facere voluis tu et posterita tua per secula cuncta, et propter hoc donamus nos tibi hec omnia prenominata quod ab antiqui

tempus avii de me, Ermengaudus⁵ comitum, qui obiit a Gerb, fecit dono in vita sua ad Arnallo Dalmacii, pater tuus, quando Linerola fuit decepta a christianis et pagani captivus. Et tu nec posterita tua nunc heligatis alium senioresem nec alium patronum nisi nos et posterita nostra per secula cuncta. Et est⁶ manifestum. Sane quod si nos donatores aut ullus homo vel femina nobili aut vili persona quis contra hanc kartam donacionis venerit pro inru[m]pendo,⁷ non hoc valeat quod requirit, set componat tibi in duplo cum incremento tocius melioracionis. Ac deinceps hec donacio fixa et immobilis permaneat quousque huius mundi veniat desolacio.

Que est acta X^oV^o kalendas marcii, anno XII regni Loduvici regis.

Sig+num Ermenga[u]dus⁸ comes +, Sig+num Arssendis comitissa,⁹ nos qui hanc kartam donacionis iussimus scribere firmavimusque propriis manibus nostris et firmari rogavimus testes.

Sig+num Berna[r]dus¹⁰ Raimundi de Taus, Sig+num Arnall de Ponts, Sig+num Arnall de Rialb, isti sunt testes visitores et auditores.

Petrus sacerdos rogatus scripssit, signum hoc (*senyal*) impressit, in die et anno quod supra.

1. La segona i corregeix e. 2. h i l afegides a la interlínia. 3. Manca.
4. La primera s afegida a la interlínia. 5. La primera u afegida a la interlínia.
6. est afegit a la interlínia. 7. Manca. 8. Manca. 9. La primera s afegida a la interlínia. 10. Manca.

518

1120, febrer, 15

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, i la seva muller Arsenda donen a Ramon Arnau la torre d'Àfiff, situada al comtat d'Urgell, prop de la frontera. La donació es fa en les mateixes condicions que Ermengol IV, de Gerb, l'havia donat al seu pare Arnau Dalmau quan es va perdre el castell de la Ràpita.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 222 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 185), 260 × 400 mm. Estat de conservació regular a causa de diversos forats a la part inferior i al marge esquerre.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 74, 348. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 27.

In Dei nomine. Ego Ermengaudus, gratia Dei comes Urgelli, cum coniux mea nomine Arssendis, gratia Dei comitessa Urgelli, donatores sumus tibi Raimundo Arnalli. Per hanc

scripturam donacionis nostre sic donamus nos tibi de ipsum nostrum alaudium ipsam turrem que vocant de Afiff, infra finibus mar[c]hiarum,¹ cum illarum pertinenciis. Et abet autem prescriptam² turrem affro[n]taciones³ de una part in terme de Sancta Mera, de alia in pla de ipsa Rapita sive in Pudol, de alia sic[ut]⁴ vadit in Peneles de Algazet, de alia in terme de Mont Rot, sicut vadit deinde in Peneles de Boccenic. Quantum inter istas totas affrontaciones includunt et isti termini in circuitu ambiunt, sic donamus nos tibi iamdictam turrem apud suis terminis et pertinenciis cunctis⁵ qui intus illarum affrontacionibus sunt ad t[u]m⁶ proprium alaudium⁷ quod facere volueritis tu et posterita tua, cum vieductibus et reductibus earum, totum ab integrum,⁸ per secula cuncta, apud medietate de ipsum X^{um} et primiciam et aliam medietatem de iamdictam X^{am} primiciam ut teneas pro nobis usque in finem seculi per feum et nec eligatis alium senioresem nec alium patronum nisi nos aut posteri[ta]⁹ nostra.¹⁰ Et sic donamus tibi in ha[n]c¹¹ paginam quomodo avvii de me Ermengaudus comitum de Gerb fecit dono ad pater tuus illo tempus quando fuit presa illum kastrum de ipsa Rapita.¹² Et est manifestum. Quod si nos donatores aut ullus homo vel femina nobili aut vili persona quis contra hanc kartam donacionis¹³ venerit pro inrumpendum, non hoc valeat quod requirit, set co[m]p[o]nat¹⁴ tibi in duplo cum incremento tocius melioracionis. Ac deinceps hec donacio fixa et immobilis permaneat quousque huius mundi veniat desolacio.

Que est acta XV kalendas marcii, anno XII regni Loduvici regis.

Sig+num Ermengaudus +¹⁵ comes, Sig+num Arssendis comitessa, nos qui hanc kartam donacionis iussimus scribere et firmavimus et propriis manibus¹⁶ nostris et firmari rogavimus testibus.

Sig+num Arnall Bernad de Ponts. Sig+num Mir Guillem. Sig+num Raimundus Petri.

Petrus sacer, rogat[us] scripssit signum hoc (*senyal*) impressit, cum literis suprapositis in VI regula et in VII vel in VIII damnis, in die et anno quo supra.¹⁷

1. Manca. 2. La segona p afegida a la interlínia. 3. Manca. 4. Manca. 5. En lloc de cunctis. 6. La primera u corregeix [ot]. 7. alaudium afegit a la interlínia. 8. cum vieductibus et reductibus earum, totum ab integrum afegit a la interlínia. 9. Manca. 10. et nec eligatis alium senioresem nec alium patronum nisi nos aut posteri nostra afegit a la interlínia. 11. Manca. 12. Et sic donamus ... ipsa Rapita escrit a continuació de les subscripcions dels testimonis. 13. Segueix iussimus ratllat i scribere ratllat i expuntuat. 14. Manquen. 15. + afegit a la interlínia. 16. manibus repetit. 17. Al marge inferior esquerre, Audiv[i]t Dominus.

519

1129, abril, 6

Establiment. *Berenguer, abat de Sant Joan de les Abadesses, estableix als germans Berenguer, Ponç, Joan i Arnau una condomina a Riadoura perquè hi plantin vinya i paguin de cens la meitat de la verema. Els dona també el molí del Clos, pel qual pagaran un porc valorat en setze diners. Rep d'entrada deu diners.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 307, 190 × 280 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Berengarius, Sancti Iohannis abbas, cum voluntate channonicorum¹ fratrum eiusdem ecclesie dono tibi Berengario clerico et fratribus tuis Poncio et Iohanni atque Arnallo illam chonaminam quam² habeo et teneo in vila de Riudadre ut bene eam plantetis et edificetis et per annos singulos medietatem de vino Sancto Iohanni fideliter per censsum donetis. Et dono tibi et fratribus tuis predictis molendinum de Clos et dabitis de eo per censsum porcum I precio denario[rum]³ XVI et hoc ad festum Sanctorum Omnium. Et accipi a te solidos X^{em} denariorum. Hoc autem facio tali modo ut tu et fratres tui omnisque posteritas tua teneat in perpetuum illam ad honorem Dei et Sancti Iohannis. Si quis hoc scriptum fregerit aut violaverit, in duplo componat. Et in antea firmum persistat omni tempore.

Quod est factum VIII^o idus aprilis, anno XX^o regni Ludovici regis.

Sig+num Berengarii abbatis, qui hanc donacionem feci, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Bernardus Adalberti prior. Sig+num Bernardus sacrista. + Arnallus, Lucianenssis presbiter. + Berengarii presbiter de Beia.⁴ Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Petri abbatis. Sig+num Bernardus Arnallus baiulus. Sig+num Poncii de Riudadre. Sig+num Petrus Mironis. Sig+num Udalgarii Boni Militis.

+ Rodballus, chanonikus presbiter, qui hoc rogatus scripsit sub die et anno quo supra.

1. h *afegida a la interlínia.* 2. a *corregeix e.* 3. o[rum] *afegit a la interlínia.* 4. *Aquesta subscripció i l'anterior estan traçades per una altra mà.*

1120, abril, 29

Testament. *Ermessenda, vescomtessa de Besalú, atorga testament. Llega els seus béns a diverses institucions eclesiàstiques i a familiars seus.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 224, 550 × 160 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 330-334.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, I, p. V. — BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 727. — MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, pp. 403, 405. — CAULA, *Orígenes*, p. 298. — JUNYENT, *El monestir*, p. 48.

Quia nullus in carne vivens mortem evadere potest, si omnes debitum loeti¹ exsolvere debent exigente reatu primi hominis et originalis peccati, idcirco ego Ermesindis, gracia Dei vicecomitissa, tanti examinis diem tremendum pavescens, in mea plena memoria et loquela, pro salute anime meę et matris ac filie meę seu relinquorum parentum meorum, facio testamentum ex rebus mihi a Deo traditis et eligo manumissores meos Udalardum vicecomitem, nepotem meum, et domnum abbatem Rivi Pullensem et Raimundum Poncii et Arnallum Guilelmi de Castlar et Raimundum Arnalli de Beuda et Dalmacium et Arnallum Geralli de Castellione et Raimundum Adalberti de Avinione et Bernardum d'Espasen et Raimundum Tovet, quos moneo et sub Dei obtestacione contestor ut ita distribuant omnes res meas pro anima mea sicut hic invenerint scriptum. In primis dimitto Deo et Sanctę Marię Rivi Pullensi corpus et animam meam ut ibi sepeliat si in omni hac patria me mori contigerit. Item dimitto ad Sancte Marie, ad luminaria concinanda iugiter ante eius altare, mansum d'Esparag, qui fuit de rege, ut habeat illud ab integro cum omnibus suis pertinenciis suis. Item dimitto illi eccliesiam Sancti Christofori de Fontibus Superioribus cum omnibus suis pertinenciis, decimis, alodiis, primiciis, oblationibus, donariis, quantum ibi habeo vel habere debeo seu aliquis per me. Que omnia, sicut mihi a progenitoribus meis iure hereditario relicta possedi et tenui, ita sint Sancte Marie solide et libere perpetuo et inviolabili ac inrevocabili modo eterna legum firmitate. Item dimitto eidem Sancte Marie villam earundem Fontium ab integro quecunque ibi habeo, id est mansos condirectos et heremos, montes et valles, collos et rupes, aquas et aquarum capita, molendina, molendinaria et si qua sunt defensa, boschos, silvas, garricas, venationes, venabula, prata, pascua, viarum ductus et reductus, cultum et incultum, fevale et dominium, planum et

declivum ac montuosum, censalia, servicialia, placita, iudicia, districtiones, exactiones, usaticos et omnia adempimenta et cuncta² sua pertinencia et quiquid dici vel nominari potest quecumque ibi habui vel quolibet modo habere unquam debui vel potui sive habita sive habenda, cum exiis et regressiis predictorum omnium. Terminantur autem hec omnia ab oriente in alode Sancti Petri Bisillunensis sive in Sancta Pace, a meridie in alode predicti Sancti Petri sive Sancti Benedicti, ab occiduo in flumine Fluviali sive in alode Sancte Marie Rivi Pullensis, a parte vero circii in parroechia de Bagudano. Item dimitto eidem Sancte Marie omnem meum alodium quod habeo vel habere debeo in villa Beted, cum decimo prefati alodii post mortem Guilelmi Segarii et Guilelmi Mironis et filii sui Petri. Item dimitto eidem Sancte Marie alodium meum de Miliariis post mortem Guilelmi Girberti et ad obitum sui nepotis, filii Berengarii Petri. Item dimitto eidem Sanctę Marię alodium meum de Briolf, totum ab integro, ad obitum Petri Raimundi de Mata et Raimundi Tovet et unius filii sui. Alodium vero meum de Villa Iohannis laudo et confirmo eidem Sancte Marie sicut tradidi ei per cartam donacionis ad lumen candeles concinnandum ante Sanctum Salvatorem et Sanctam Mariam. Alodium vero quod ego tuli Guilelmo Raimundi de Papiol, quod est in Bagudano, quod dedi prefate Sancte Marie, laudo illi et confirmo. Precor et mando ac quero misericordiam Ud[al]ardo³ nepoti meo ut ipse similiter faciat et tradat Sanctę Marię. Item dimitto Sancto Iohanni de Fontibus omnem meum alodium quod habeo in ipsa parroechia et quantum vel quiquid habeo in ecclesia de Castelar et alodium quod habeo vel habere⁴ debeo in eadem parroechia et ecclesia de Logordano et alodium meum quod habeo vel habere debeo in parroechia Sanctę Marię de Boloss. Totum dominium insuper quod ibi nunc habeo vel habere debeo habeat Sanctus Iohannes ad obitum meum, preter mansum d'Esparag. Aliud quod non habeo in dominum post mortem militum qui illud nunc tenent sit Sancti Iohannis predicti proprium alodium cum alodio de Tost post mortem Deusdedi, qui illud nunc tenet,⁵ cui ego numquam donavi. Item dimitto Sancte Marie de Ledone mansum meum de Navata ad obitum Petri Sinfredi. Item dimitto Sancto Iohanni de Abbatissis alodium meum quod comparavi de Guilelmo Gaudamiri in Riddario, id est mansum in Rexag et condaminam et illud de Solano, unde ardeat lumen semper ante eius altare. Vicecomitatum autem et castrum de Beuda et castrum de Monte Acuto, quod est meum alodium, et castrum de Monte Rufo, quod

est meum sponsalicium, dimitto Udalaro nepoti meo, et castrum de Roca Bertino sicut est totum mea iusticia et directum, quod ego nemini dedi unquam nec consensi nec diffinivi nec ullum placitum cum aliquo vivente de ipso feci. In aliis vero planis alodiis que sunt extra hec, preter Sanctum Privatum, sicut dominus meus Udaldardus vicecomes precepit, dimitto Udalaro nepoti meo terciam partem et Beatrici filie mee aliam terciam partem. De reliqua autem tercia que contigit iure hereditario Ermeniardi filie meę et sorte maternali michi advenit post illam, dimitto tercium Beatrici filie meę et duas partes residuas Udalaro nepoti meo in vita sua, ut ad obitum eius fiat illud inde quod Ermengardis mandavit. Quod si nepos meus Udaldardus obierit absque filiis de legitimo coniugio, remaneat omnis honor meus, preter donaria sanctis collata, Beatrici filię meę et filiis eius, alteri post alterum, per successionem legittimam. Malos vero usaticos quos misi in honore Sancti Iohannis Abbatissis et Sancte Marię de Riddario et Sancti Benedicti de Badiis dimitto Deo et prefatis Sanctis pro anima mea ut ipsi aput Deum intercedant quatinus mei misereatur.

Actum est hoc III kalendas mai, anni XII regni Leovici regis.

Sig+num Ermesindis vicecomitisseę, que hoc testamentum feci et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Raimundi Poncii. Sig+num Guilelmi Poncii. Sig+num Guilelmi Raimundi de Malanno. Sig+num Dalmacii de Malanno. Sig+num Raimundi Tovet. Sig+num Raimundi Arnalli d'Esponneia. Sig+num Bernardi d'Espasen.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Bernardus presbiter. Sig+num Petri clerici. Sig+num Raimundi, prioris Riddarii. Sig+num Ingilrandi monachi.⁶ Sig+num Udalaardus*.⁷ Sig+num Guilelmi, prepositi sive camerarii Rivi Pullensis. Raimundus sacerdos (*senyal*). Berengarius, Dei gracia Girundensis ecclesie episcopus.

Udalgarius, monachus Sancte Marie et sacerdos, qui hoc scripsi die et anno quo supra (*senyal*) cum litteris superscriptis in XXX^a VIII^a linea.

1. Possiblement en lloc de luti. 2. La segona c afegida a la interlínia. 3. Manca.
4. h afegida a la interlínia. 5. sit Sancti ... nunc tenet afegit a la interlínia.
6. Aquesta i les tres subscripcions anteriors van ser escrites per una altra mà.
7. Udalaardus al text.

521

1120, juliol, 17

Testament. *Dalmau Berenguer atorga testament. Llega els seus béns a diverses institucions eclesiàstiques i a la seva família.*

A [Original no localitzat.]

B Trasl·lat. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 237, 120 × 300 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nominē. Ego Dalmacii Berengarius iaceo in magna¹ infirmitatē de qua spero nisi per misericordia Dei eripere. Volo omnia quę omnia distribuere pro anima mea qui est scripsit in ipsa² paginem et precor vos amicos meos, id sunt Bernardus Dalmacii et Arnallus Raimundi et uxor sua Sicards, qui sunt distributores de ipsum meum avere. Et dimitto ad Sancta Maria de Stagno ipsum meum alaudium quę ego habeo in Valadadeus et ad ipsas Comas, quę teneat Mironi Guitardi;³ et ad Sancti Felici ad ipsam festivitātē de Sancti Yoanis moabeti I et ad ipsos clericos alio; et ad Sancti Felici peciola I de terra et donet ipsam tascham, et est ipsum alaudium in ipsa Comela quę tenet ab alodē de Sancti Felici; et ipsum alodium quę habeo in Sorrecs et ad ipsum Soler medietatē de ipsum alodē ad uxor mea et alia mediētātē ad filio meo Bernardi Dalmacii. Et si non habeo infantes⁴ remaneat ad suo fratri Puli. Et ad uxor mea Ermessendis casas et alodē francum et fęvum et ipsum mulinum quę ego plantavi et ipsum meum mobile quę habeo. Et teneat et possideat in vita sua, et post obitum suum remaneat ad filio suo Pulino, et si non abeo infantes,⁵ remaneat ad soror sua. Et remanęat uxor mea et filiiis meis in potestatē de Petrus Fulchoni et de filii sui Arnalli et in aliis parentis suis de Dalmacii et de uxor sua.

Actum est hoc XVI kalendas augustas, anno XIII regnantē Lędovici regi.

Sig+num Dalmacii Berengarius, qui istum testamentum feci scriberę et firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Bernardus Dalmacii. Sig+num Arnallus Raimundi. Sig+num Sicards. Sig+num Ermessendis.

Arnallus presbiter, qui hoc scripsit dię et anno quod (*senyal*) supra.

Raimundus levita, qui istum translatum scripsit dię et anno quod (*senyal*) supra.

1. La segona a afegida a la interlínia. 2. Segueix pro expuntuada. 3. a afegida a la interlínia. 4. infanteus al text. 5. infanteus al text.

1120, agost, 19

Venda. *Moisès, fill d'Abraham Cavaller, ven a Ramon Guanalgod i a la seva muller Bonadona una peça de terra a Canaeles, terme de Montjuïc i territori de Barcelona, pel preu de quatre morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 225, 140 × 270 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, I, p. V.

In nomine Domini. Ego Mosse, filium qui fui Abraham Cavallarium, venditor sum vobis Reimundi Guandalgaudi et uxori tue Bone Domne femine. Per hanc denique scripturam istius meę vendicione sic vendo vobis peciam unam terre quod abeo in territorio Barchinone, in terminio Montis Iudaici, in Canaeles.¹ Advenit autem michi per vocem paternam atque maternam causa hereditaria sive quibuslibet aliis vocibus et modis. Terminatur autem ab oriente in alodio de vos emptores, a meridie in alodio çenobium Sancti Petri Puellarum, ab occiduo in alodio de Port, a circio in terra Abraham Bug. Quantum autem prefati termini concludunt atque terminant, sic vendo vobis haęc terra cum universis suis pertinenciis, cum ingressibus atque regressibus suis, ac de meo iure in vestrum dominium et potestatem trado ab omni integritate ad quodcumque volueritis faciendum, ad vestrum plenissimum proprium alodium francum, sine ullo retinimento que in predictam peciam terre non retineo modo vel deinceps. Accipio namque a vobis propter prelibatam peciam terre IIII mohabetinos de auro pensatos, quos vos emptores in precium et pro precio michi dedistis, quos ego abui integriter sicut satis est manifestum. Hanc igitur scripturam istius meę vendicione, si vero ego venditor aut aliquis utriusque sexus vel ordinis homo disruptere temptaverit, componant atque componam vobis vel vestris prescriptam peciam terre² in duplum cum omni sua melioracione atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Actum est hoc XIII kalendas setembris, anno XIII regni regis Ledoici.³

⁴ משה בר מאיר זצ"ל.

Signum+ Guilelmus Bernardi.

⁵ משה בר אברהם זצ"ל.

Signum+ Poncius subdiachonus, qui haęc scripsit, cum litteris suprapositis desuper in linea III, die et anno quo supra.

1. in Canaels *afegit a la interlínia*. 2. *La primera r corregeix l*. 3. *Segueix Sig+num [...] raspat*. 4. *Moixé bar Meir zts"l [que beneïda sigui la memòria del just!]. Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Joan Ferrer, de la Universitat de Girona, i al Dr. Jordi Casanovas, del Museu Nacional d'Art de Catalunya*. 5. *Moixé ben r[abí] Abraham zts"l [que beneïda sigui la memòria del just!]. Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Joan Ferrer, de la Universitat de Girona, i al Dr. Jordi Casanovas, del Museu Nacional d'Art de Catalunya*.

523

1120, agost, 28

Pacificació. *Pere de Queralt, d'una banda, i Guillem de Castellfolli, Ferrer de Su, Ramon de Gavar i Guillem Bernat de Montargull, de l'altra, acaben amb les hostilitats a propòsit del castell de Montargull.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 226, 190 × 330 mm. Carta partida traçant A, B,C pel marge inferior. Estat de conservació deficient; manquen trossos de pergamí de la part superior.

A' [Original no localitzat.]

B Trasllet del 20 d'agost de 1240. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 226 dupl., 300 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 585.

A causa de les importants mutilacions del pergamí al marge superior, reconstruïm el text, entre claudàtors, segons B.

Hec¹ est [conveniencia et pax et concordia que facta] sunt inter Petrum de Cheralt et Gilelmum de Castel [Folet et Ferarium de Suu] et Raymundum de Gavar [et Guilel]mum Bernad [de Munt Ergul. Nos vero supradicti def]nimus et evacuamus et pacificamus tibi Petro de C[heralt et tuis omnia] malefacta [que] nobis fecistis [in] Munt Erg[ul vel in alio loco tu vel aliquis per] te, nos et nostri quod non simus de malefacto² clamatores de supradicto³ castro⁴ de Mo[nt Ergul et venimus] ad veram pacem et veram concordi[am] per rectam fidem, [sine ingan, nos suprascripti et nostri] qui modo sunt et in antea erunt cum te Petro suprascri[ri]pto et cum tuis qui modo sunt et post te⁵ venerint. [Et con]cedimus at[que] laudamus tibi Petro sup[ra]scripto et tuis post te venientibus qui ex tua progenie⁶ su[nt vel erunt, nos et nostri qui] modo sunt atque⁷ post nos venturi sunt [omne] quod habes [in supradicto castro de Mont Ergul ut] tu bene abeas et teneas et expletes potenter et in[tegriter, sicut tu vel] tui propinqui melius abes vel tenes vel ipsi propin-

qui qui [ante⁸ te fuerunt] melius abuerunt et tenuerunt. Sic tibi et tuis concedimus et laudam[us sicut su]perius scriptum est per omnia tempora nos et nostri. Et insuper conve[nimus tibi Petro supra]scripto et tuis suprascriptis⁹ quod de sup[er] dicto castro de Mont Ergul [non exeat tibi nec tuis aliquod malum, [sed si] mus nos et nostri tibi et [tuis deffensores] et adiutores tenere et defendere omnem tu[u]m¹⁰ honorem cum supra[dicto] kastro de Mont Ergul per rectam fidem, sine ingan. Et conve[nio ego Guilelmus] Bernardi per mandamentum istorum meorum seniorum qui suprascripti [sunt tibi] Petro suprascripto¹¹ et tuis [quod] si seniores mei suprascripti [vel] aliquis omo vel femina hoc quod totum suprascriptum est infregerint aut aliquam partem sive in aliqua [par]te infra XXⁱⁱ¹² dierum spacio [ipsi] emendent et si noluerint emendare, ego Guilelmus Bernardi¹³ suprascriptus emendabo sine aliqua contrarietate infra istum terminum suprascriptum tibi Petro suprascripto et tuis post te venientibus. Similiter ego Petrus suprascriptus convenio vobis suprascriptis Guilelmo et Ferrario et Raimundo et Guilelmo Bernardi quod sim vobis bonus dominus et bonus amicus et sim vobis adiutor et deffensor de ipso castro de Mont Ergul contra cunctos omnes et feminas per rectam fidem, sine engan, ego et mei post me, vobis et vestris post vos. Per hoc vero totum quod superius scriptum est, ut bene in nobis suprascriptis confidere et credere possis, nos suprascripti¹⁴ Guilelmus et Ferrarius et Reimundus¹⁵ et Guilelmus Bernardi simus tui homines et¹⁶ propriis manibus iurabimus¹⁷ quando tu mandaveris. Hoc per omnia tempora faciemus nos et nostra progenies¹⁸ post nos vobis Petro suprascripto et vestre progeniei¹⁹ post vos.

Hactum est hoc V^{to}²⁰ kalendas septembris, anno IIIX^{mo}²¹ regnante Lodovico rege.

Sig+num Petrum de Cherallt,²² Sig+num Guilelmum de Castel Folet, Sig+num Ferrarium de Suu, Sig+num Raymundum de Gavar, Sig+num Guilelmum Bernad de Mont Ergul, qui as²³ convenientia fecerunt scribere et firmaverunt et testes firmare mandaverunt.

Sig+num Arnall d'Isanta. Sig+num Bernad de Solsona. Sig+num Gomball. Sig+num Pere de Mala Cara. Sig+num Bermon. Sig+num Pere Bernad. Sig+num Gozeran*.²⁴

Reimundi levite, qui hoc²⁵ (*senyal*) scripsit.²⁶

1. B *comença* Hoc est translatum fideliter translaturum cuius series sic habetur. Actum est hoc XIII kalendas septembris anno Domini M CC XXXX. 2. quod ... malefacto *afegit a la interlínia*. 3. o *corregeix* i. 4. o *corregeix* i. 5. t *afegida a la interlínia*. 6. proienie B. 7. at *afegit a la interlínia*. 8. te *afegit a la interlínia*

B. 9. *superascriptis al text.* 10. *Manca.* 11. *superascripto al text.* 12. XX B. 13. *i corregeix o.* 14. *superascripti al text; su afegit a la interlínia.* 15. *Raymundus B.* 16. *et afegit a la interlínia.* 17. *iurabimus afegit a la interlínia.* 18. *proienies B.* 19. *Proieniei B.* 20. *to omet B.* 21. *mo omet B.* 22. *Cheralt B.* 23. *En lloc de hac.* 24. *Sig+num Gozeran escrit entre la subscripció de l'escrivà; Sig+num entre levite i qui, i Gozeran entre qui i heoc.* 25. *heoc al text.* 26. *El rogatari havia escrit scripsid però va fer un traç a sobre de la d amb la intenció de convertir-la en t, raó per la qual trascrivim scripsit.* — B *continua* Sig+num *Pelegrini sacerdotis, qui me pro teste subscribo. Sig Raimundi, clerici Rocamura, qui me pro teste subscribo +. (Senyal) Berengarius, clericus Sancte Perpetue*. Sig(senyal)num Iohannis Mir, presbiter, qui hoc translatum fideliter tra[n]slatavi precepto Pelegrini, capellani Sancte Columbe, die et anno quo supra.*

524

1120, agost, 30

Convinença. *Pere Guillem i els esposos Bernat Guillem i Rossa acorden viure junts. Bernat i Rossa es comprometen a mantenir Pere Guillem mentre visqui, i aquest a llegar-los els seus béns. En cas de mort de Bernat, Pere i Rossa continuaran amb la convivència, però si no és possible, cadascú es quedarà amb allò que és seu.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 227 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 559), 140 × 150 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Hec est conveniencia que est facta inter Petrus Guillem et Bernardus Guillem et eius coniux Rossa, in tali modo videlicet racione ut omni tempore stetissent in simul in illorum vita. Convenit namque iamdictus¹ Bernardus et coniux eius ad iamdictus Petrus ut teneant bene in vita illius illum secundum illorum posse. Et si primus evenerit de me² iamdictus Petrus dimitto ad iamdictum Bernardus vel ad eius coniux meis directis, tam fevos quam aloudios sive mobile, quos habeo vel abere debeo in cunctis locis. Et si de me Bernardus primus evenerit stateant in simul iamdictus Petrus et coniux mea Rossa in vita illorum. Et si non possunt stare in simul, unusquisque abeat suum et si abet missionem in nobis factam vel peditam³ iamdictus Petrus qui vivus fuerit faciat illi emenda ex nostro. Et⁴ qualis ex nobis primus evenerit ex hoc seculo illi qui supervixerint⁵ memoriam abeant illius anime.

Actum est hoc III^o kalendas septembris, anno X^oIII^o regni regis Loduvico.⁶

Signum+ Petrus, Signum+ Bernardus, Signum+ Rossa, nos qui hec conveniencia iussimus scribere et testes firmare rogavimus.

Signum+ Berengarius Ramon. Signum+ Mir Mir. Signum+ Berenger Gumbal. Signum+ Berenger Sunier.

Martinus sacer, rogatus scripsit die et anno⁷ notatis (*senyal*) superius.

1. u *corregeix* a. 2. me *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix c sense cancel·lar*.
4. t *corregeix* e. 5. *segueix in raspat*. 6. co *afegit a la interlínia*. 7. die i anno *afegits sota la línia*.

525

1120, novembre, 14

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, acorda amb Avifilel, alcaid de Lleida, que tan aviat com li lliuri diversos castells del Segrià li facilitarà vint naus i gorabs per transportar doscents cavallers a Mallorca. Com a penyora, l'alcaid dóna com a hostatges al comte els seus fills i altres homes i li jura fidelitat per Lleida, Tortosa i altres terres d'Hispania.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 229 (*olim* arm. 3 Lleida, sac A, núm. 65), 490 × 260 mm. Bon estat de conservació.

B Trasllat del segle XIII. Lleida, Arxiu de la Catedral, segons referència de Villanueva.

a VILLANUEVA, *Viage*, XVI, ap. I.

b PLEYAN, *Apuntes*, pp. 468-469.

c PIFERRER-QUADRADO, *Islas Baleares*, I, ap. 4.

d LACARRA, *Documentos* (2), doc. 69.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 689. — LLAVE, *Estudio histórico*, p. 85. — PLEYAN, *Apuntes*, pp. 91-92, 100. — ROVIRA I VIRGILI, *Història nacional*, IV, p. 41. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 39. — RUIZ-DOMÈNEC, *Tratado comercial*, p. 156. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 35.

Hec est convenientia que est facta inter alchaid Avifilel et domnum¹ Raimundum, Barchinonensem comitem et marchionem, quod de ista hora in antea sint amici inter se et fideles sine ullo malo ingenio et enganno, sicut bonus senior debet esse fidelis amicus suo fideli homini et amico et sicut fidelis homo debet esse fidelis et verus amicus suo meliori seniori, absque ullo enganno. Propter hoc convenit predictus comes iamdicto alchaid ut habeat illi viginti galeas et de gorabs tantos ut possit alchaid mittere ducentos cavallos inter christianos et sarracenos et² passet illum ad Maioricas. Propterea convenit prefatus alchaid de Lerida pre-nominato comiti ut mittat illi harrahenas filios suos et tantos de suis hominibus unde comes bene sit fids, quod ipse³ alchaid donet comiti Chalannera et Cegdi et Escarps et Soros et Cala-

terra et Aitona et Iebud et Castel de Ases et Alcholea, et donet illi Albesa et Efasta et Monte Acuto, et alchaid teneat Soses per suum alodium et suos molinos in Lerida et suos alodios. Quod si alchaid vult honorem habere in Barchinonam et in Gerundam, donet illi comes ad laudamentum de suis amicis et alchaid sit illi valedors et ajudadors de⁴ Lerida et hoc totum, sicut superius scriptum est, prefatus alchaid attendat totum iamdicto comiti per fidem, sine enganno. Et iurat illi alchaid per Deum et per suam legem quod ita illi faciat et ex toto attendat sine malo ingenio et sine ullo enganno, sicut superius scriptum est. Et de Tortosa et de alia Hispania sit illi ajudadors sine malo enganno. Et hoc quod alchaid voluerit habere de his, habeat per manum comitis. Et si tenet alchaid castellum et civitatem, donet inde potestatem ad comitem sine enganno. De palies que exierint de les terres habeat inde comes medietatem et alchaid aliam medietatem de hoc quod alchaid tenuerit per comitem. Hoc etiam totum quod alchaid tenuerit per comitem habeant et teneant filii sui et omnis illius natura per comitem et per suam naturam. Quando autem alchaid liberaverit predictos castros iamdicti⁵ comiti,⁶ ipse comes habeat illi naves ubi alchaid possit suos homines mittere et passare ad Maioricas. Et hoc totum, si Deis concesserit, sit factum⁷ usque ad exitum mensis augusti veniente primo.

Actum est hoc X^o VIII^o kalendas decembris, anno X^o III^o regni Leovici regis

Signum+ Raimundi comes.

الاهم يا ربي ان كان في ذلك الخيره فعجل ان شا الله وانا اللال[ذي] بن هل [...]
و[ب]الله الذي لا يل [...] ا هو.*⁸

Factum est autem hoc in presentia Guilelmi Dalmatii et Arnalli Berengarii et Martini Umberti et Berengarii Bernardi dapiferi.

Michaelis⁹ Salominis, capellanus et iudex, qui hoc scripsit prefato die et anno.

1. donmum *al text.* 2. et *corregeix* l. 3. p *corregeix* b. 4. d *corregeix* p. 5. *La segona* i *corregeix* o. 6. *Segueix s expuntuada* i et *ratllat.* 7. f *corregeix* a. 8. *Text equivalent a* El més important, senyor meu, (és que) si hi hagués en això (res de) bo, afanyi's, si Déu vol, essent jo [...] fill de [...], [per] Déu, el qual no [...] ell. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció d'aquesta frase al senyor Theodor Loinaz i a la senyora Dolors Bramon, del Departament de Filologia Semítica de la Universitat de Barcelona.* 9. Michaelis *monograma.*

1120, setembre, 17

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, i la seva muller, la comtessa Arsenda, donen als esposos Guillem Ramon i Sibil·la els castells de Peguera, Fígols i Vallmanya i el palau de Berga. Guillem i Sibil·la prometen fidelitat als comtes.*

A [Original no localitzat].

B [Trasllat del 15 de gener de 1241 no localitzat.]

C Trasllat del 21 de desembre de 1300. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 228 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Santa Anna, núm. 237), 290 × 300 mm. Estat de conservació regular a causa de la tinta, molt esvanida.

D Còpia en paper del trasllat B del final del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 228 dupl., 180 × 280 mm. Bon estat de conservació.

In¹ nomine Domini. Ego dominus Ermengaudus comite et coniu sua domina Arsenda comitissa donatores sumus vobis Guilelmus Raymundi et ad coniu tua domina Sibilla et omni posteritati vestre, scilicet castro de Peguera et castro de Ffiguls et castro de Valmagna et ipso domo de Berga cum totas suas fortaleas, homines, feminas ibi habitantibus et habitaturos, et rochas, boscos, garricis sive aquas et cum totis pertinentiis suis, salvo tamen dominacionem nostram. Et est ipsa hec omnia suprascripta in loco que vocant Berguitano. Sic donamus nos vobis et vestris sicut superius dictum est quod vos et vestros sciatis ad nos et ad nostros fideles et legales de bocha,² de manus, de corpus et de membris, et sciatis adiutores et defensores ad homines nostros et donetis postad, iratus et paccatus, sine malo ingenio de predictos castros suprascriptos et de domo de Berga,³ et nos neque nostros non possumus ibi mitere nullam costumam sine vestro vestrorumque consilio. Sic donamus nos predictos vobis et vestris ipsa hec omnia suprascripta per cuncta tempora. Et ego dictus Guilelmus Raymundi et coniu mea Sibilla convenimus vobis dominus Ermengaudus comite et ad coniu vestra domna Arsenda et ad vestra posteritate esse legales et fideles de boca, de corpus, de manus et de membris, et erimus adiutores et defensores et gubernatores de ipsa vestra terra secundum nostrum posse, et convenimus vobis dominus predictus⁴ et vestris quod nos et nostros donemus vobis et vestris postad, iratus et paccatus, de ipsos castros predictos et de domo de Berga ad bonam fidem et sine⁵ malo ingenio, sicut dictum est, per totum tempus. Et super hoc

mitimus vobis, dominos predictos, nostras manus infra vestras, sicut quod nullus homo debet facere ad domino suo. Si quis contra hanc ista carta de donacione inquietare vel dirrumpere aut nullus homo vel femina voluerit, in duplo componat. Et in antea firma [et]⁶ stabilis permaneat modo vel omnique tempore et non siat disrupta.⁷

Ffacta ista carta vel donacione XV kalendas octubris, anno XIII regnante Leovico rege.

Sig+num dominus Ermengaudus comite, Sig+num domna Arsinda comitissa, nos qui ista carta de donacione mandavimus scribere et ad testes firmare rogavimus.

Sig+num Artalli de Calders, Sig+num Guillem de Mataplana, Sig+num Galceran de Pinos, Sig+num Berenger de Muntclar,⁸ Sig+num Ramon Bernart,⁹ Sig+num Berenger Borrel, nos sumus testes et visores et auditores de ista donacione.

Guilelmus sacer, qui hoc scripsi die et anno (*senyal*) quod supra.¹⁰

1. B *començava*: Hec est translatum ab originali fideliter sumptum cuius series sic habetur. — C *comença*: Hoc est translatum cum auctoritate et decreto iudicis ordinarii ville Berge sumptum a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. boca D. 3. Brega D. 4. *En lloc de* dominis predictis; dominis predictis D. 5. *Segueix et sense cancel·lar a* D. 6. *Manca; manca també a* D. 7. Si quis contra hanc ista carta ... et non siat disrupta *escrit després de la data; també a* D. 8. Muntlar D. 9. Bernard D. 10. B *acabava*: Raymundus scripsit fideliter hoc translatum et nichil se sciente adiunxit, minuit au[t] modo aliquo variavit, et in I^a linea et in secunda suprascriptis et XIII^a rasit et aemendavit ubi dicitur [translatum ...] translati aprobationem testes advocatum Bernardum Bartolomeum et Guilelmum de Canoves et Petri de Borredano et Bernardum de Furno et Petri Michaellem et Arnalli de Scalera, et suum sig(*senyal*)num inpressit die XVII^o kalendas ffebruarii, anno incartatione Domini M CC XL. C *acaba*: Raymundus Lupeti, iudex ordinarius ville Berge, qui huic translato cum suo originali de verbo ad verbum fideliter examinato, non cancellato ne in aliqua sui parte viciato seu diminuto nichilque in eo addito seu diminuto, set ut tanquam suo originali fides plena habetur auctoritatem suam interposuit et decretum cum suo sig(*senyal*)no. Bernardus de Pontibus, notarius publicus Berge, hoc fideliter ab originali suo translari fecit cum quo de verbo ad verbum comprobavit, nichil addito, obmisso vel variato per quod sensus vel littera inmutetur, et clausit XII kalendas ianuarii, anno Domini millesimo trescentesimo, hoc suo sig(*senyal*)no.

1121, gener, 19

Jurament de fidelitat. *Berenguer de Duocastella jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 230 (*olim* arm. 9 Vic, sac D, núm. 195), 150 × 160 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 230.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 429.

Cit. PLADEVALL, *Els senescals*, pp. 124-126. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 223, 238.

Iuro ego Berengarius, filius Terese femine, tibi Raimundo Barchinonensi comiti, filio Maalth, quod de ista ora in antea fidelis ero tibi de tua vita et de tuo¹ corpore et de omnibus membris tuis qui in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie habes vel homines habent per te vel in antea, adiuvante Deo, cum meo consilio adquisieris. Et si erat homo vel homines, femina vel femine, qui la tolgés ne te'n tolgés, ne tolrrre te'n volgués, ero tibi adiutor a guerrear et a defendre per fidem rectam, sine engan. Et dabo tibi potestatem de ipsis castris quem teneo per te, videlicet Gurbo, Voltregan, Oris, Solterra, Olon,² Avignon, Salenht, Font Rubia, Porth, Castro Novo Barchinone, per quantas vices tu mihi requisieris per te vel per tuos nuntios vel nuntium, iratus aut paccatus, et non vetabo me videre neque comonere. Et similiter attendam filio vel filiis, cui vel quibus, testamento, scripto vel verbis, tantummodo tu dimiseris supradictum honorem. Et sicut superius scriptum est, si t'ó tenrré e t'ó attendré per fidem rectam, sine engan. Per Deum et hec sancta.

Facto sacramentali XIII kalendas februarii, anno XIII regni regis Ledovici.³

Guillelmus Bernardi de Duobus Castellis.

Testes supradicti sacramentalis isti notantur esse: Bernardus Guilelmi de Lutiano,⁴ Petrus Raimundi de Taradello, Petrus Raimundi de Villa de Man, Raimundus Ermengaudi de Foran, Arnallus Raimundi de Pax, Raimundus Bernardi de Olost, Deodatus, Guillelmus Petri de Casteleth, Petrus de Estopanian, Arnallus Mironis de Estopanian, Bernardus de Barberano.⁵

Et ego Raimundus Berengarii comes non requiro tibi Berengario in hoc sacramentali castrum⁶ de Bleda neque de Papiol usque ego faciam tibi inde directum aut in te remaneat quod inde recipere non vellis et deinde similiter sit in hoc sacramentali.

1. tuo *afegit a la interlínia*. 2. Olon *afegit a la interlínia*. 3. o *afegida a la interlínia*. 4. *En lloc de Lutiano*. 5. *Segueix en blanc un espai d'aproximadament cinc línies*. 6. *La segona a corregeix i*.

528

1121, febrer, 28

Definició. *Ramon Arnau d'Esponellà, la seva mare Guilla i el seu germà Guillem renunciem a tots els drets sobre el castell de Creixell en favor de Ramon Ponç de Milany, dels seus fills Guillem Ramon i Dalmau i de Beatriu, muller de Guillem, atès que el dret que reclamaven sobre aquest castell els ha estat denegat per sentència d'Oleguer, arquebisbe de Tarragona, Berenguer, bisbe de Girona, i altres magnats laics reunits a Besalú.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 231 (*olim* arm. 4 Girona, sac M, núm. 561), 130 × 380 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 334-335.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 533

Pateat cunctis qualiter ego Raimundus Arnalli de Spondeliano, una cum matre mea Guilla et Guilelmo fratre meo conquesti sumus super Raimundo Poncii de Malan et filiis eius, scilicet Guilelmo Raimundo et Dalmatio atque uxore Guilelmi Raimundi, nomine Beatrice, ipsum castrum de Crexel cum omnibus alodiis, fevis et baiuliis que fuerunt Adalberti avii mei, qui fuit pater Guille matris mee, et Petri Adalberti avunculi mei. Propter hoc firmavimus rectum in manu domini nostri Udalardi vicecomitis ex utraque parte per quingentos morabatinos. Deinde venimus ad placitum apud Bisillunum, presentibus Ollegario, archiepiscopo Terragonensi, et Berengario, episcopo Iherundensi, cum ceteris magnatibus terre. Dictis vero utriusque partis querimoniis et prolatis testamentis atque scripturis datisque responsionibus, archiepiscopus prefatus et Iherundensis episcopus iudicaverunt quod Raimundus de Spondiliano, mater et frater suis Guilelmus, per scripturas illas seu per voces quas ibi attulerunt nichil iuste in supradicto castro et honore superius proclamato consequi debebant. Quapropter ego Raimundus Arnalli et frater meus Guilelmus, cum matre nostra et filiis meis, difinimus et omnino evacuamus omnia predicta, ita ut nos neque aliquis posteritatis nostre neque alius per nos amodo omnes supradictas res requirere possimus vel possint, sed secure et solide maneant in potestate Raimundi Poncii atque Guilelmi filii eius uxorisque illius Beatricis et sororis ipsius Saure necnon et Dalmacii fratris, Guilelmi Raimundi, et posteritatis eorum omni tempore perhenniter possidende.

Acta scriptura difinitionis seu evacuationis II kalendas marti, anno XIII regni Ludovici regis.

Sig+num Raimundi Arnalli, qui hanc difinitionem fecit cum matre fratrique suo et cum filiis suis, firmavit et testes firmare rogavit.

Sig+num Guilelmi Arnalli. Sig+num Guille. Sig+num Arnalli. Sig+num Poncius Arnalli. Sig+num Segui. Sig+num Torro. Sig+num Berengarii de Villa Nova. Sig+num Bernad Avioth. Sig+num Gaucfredi Guilelmi. Sig+num Guilelmi Bernardi de Aqualta.

Iohannes sacer, qui hoc rogatus scripsi¹ (*senyal*) sub die et anno quo supra.

1. *Segueix [i] sense cancel·lar.*

529

1121, febrer, 28

Convinença. *Ramon Ponç de Milany, el seu fill Guillem Ramon, l'esposa d'aquest, Beatriu, i llurs fills donen a Ramon d'Esponellà el feu que havia estat de Pere Adalbert i altres béns, i li encomanen el castell de Creixell.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 232 (*olim* arm. 4 Girona, sac M, núm. 609), 180 × 390 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 335-338.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, p. 389.

Convenientia et dona inter Raimundum Poncii de Malanno et Willielmus Raimundi filius eius et uxor¹ ipsius Willielmi et filios amborum et Raimundum Arnaldi de Espondiliano talia sunt: Donatque namque predictus Raimundus Poncii atque Willielmus Raimundi filius eius et uxor² ipsius Willielmi et filii amborum Raimundo Arnaldi de Espondiliano ipsum fevum quod Petrus Azaberti tenuit per fratrem suum Gaucbertum. Et insuper terciam partem de dominicatura quam habet Willielmus Raimundi in fevis et bauiiis a colle de Cruce in superioribus per I cavelleriam de terra, excepto honore de Abella et exceptis suis alodiis et ea dominicatura de comite. Et donant ei terciam partem decimarum Sancti Felicis de Lotune, quam tenet Petrus Segarii, et aliam caveleriam in Ordeis, quem tenet Petrus Ermengaldi, et ipsum fevum quod est in parroechia Sancti Martini de Chexanos et in parroechia Sancti Mathei de Villadamires, excepto sua dominicatura quam ibi habet. Et isti prenominati comendant eidem Raimundo³ Arnaldo ipsum castrum de Crexel in guardia et in castelania, tali quidem conventu

ut Willielmus Raimundi teneat ipsum castrum in estatica de Pascha usque in festivitatem sancti Michaelis. Et Raimundus Arnaldi teneat in estatica castrum⁴ ipsum de festivitate sancti Michaelis usque in Pascha. Et si erat opus illis suprascriptis ipsum castrum in estatica Raimundi Arnaldi per guerram quam haberent et querebant ipsum hab eo liberet eis. Et etiam si voluerint eodem tempore estare in suis domibus que sunt infra II portas, faciant. Et si in estatica Willielmus Raimundi erat opus Raimundus Arnaldi ipsum castrum per guerram quam haberent de honore suo et Willielmus⁵ Raimundi non poterat ei directum ab inimicis acaptare, habeat Raimundus Arnaldi in ipso castro intrare et exire et guerreiare contra suos inimicos. Et si Willielmus⁶ Raimundi voluerit comendare ipsum castrum, Raimundo Arnaldi custodiat ipsum aut custodiri faciat. Et⁷ ista estatica si o fiat inter ambos per omnes annos. Et propter hoc donum et comandam convenit Raimundus Arnaldi supradictis senioribus suis quibus suis propriis manibus⁸ se comendavit, quod fidelis sit eis de omni honore quem modo habent, vel homines per eos, et in antea per eius consilium habebunt, et de castro de Crexel; et donet eis potestate de predicto castro per quantas vices ipsum quesierint per se medipsos vel per suum nuncium ab forfeitura et sine forfeitura, nec se vetet eis inde commoneri vel videri. Iterum convenit Raimundus Arnaldi ut faciat eis curtes et cavalcades et hostes et placita et servicia de cavallis et mulis et guerres per ipsum honorem de Crexel contra cunctos homines vel feminas qui eum honorem eis tollere voluerint ad guerreiare cum eis et sine eis, secundum suum posse, sine engan, et treguam vel pacem non habeat cum inimicis eorum ad⁹ dampnum illorum. Et ipsas hostes prenominatas faciat per suum corpus cum suo conducto et cum militibus de ipso honore qui inde debent facere hostes. Et in ipsas hostes ubi Raimundus Arnaldi non poterit¹⁰ esse per se, mittat unum bonum militem bene adobatum propter honorem Petri Azalberti et propter alia[m]¹¹ dominicaturam suprascriptam prestat eis unum mulum aut cavallum recipientem. Et alii milites de ipso honore faciant otes sicut debent. Et item convenit eis Raimundus Arnaldi ut non mittat castellanum in¹² ipso castro neque donet de ipso honore sine illorum consilio. Hoc totum quod superius scriptum est, ita tenebo et attendam meum sciente. Et si aliquid inde fregero postquam vos inde, per vos aut per vestrum nuncium, me requisieritis, si infra spacium triginta dierum illud non redirexero¹³ aud redirecturum non afirmabo per facem, deveniat honor in potestate vestra ad tenendum et esple-

tandum tantum donec malefacta sit redirecta ad per consilium aut per iudicium facietis inde donari per directum.

Facta scriptura convenientia II kalendas marcii, anno XIII regni Ledovici regis.

Sig+num Raimundi Poncii. Sig+num Willielmi Raimundi. Sig+num Beatricis uxori eius.¹⁴ Sig+num Raimundi Arnaldi. Sig+num Bernardi Arnaldi. Sig+num Gaucfredi¹⁵ Willielmi. Sig+num Poncii Arnaldi. Sig+num Willielmi Bernardi. Sig+num Bernardi Avioth. Sig+num Petri de Malanno. Sig+num Dalmacii, frater eius, de Malanno.

Petrus sacerdos, qui ista scriptura convenientia rogatus scripsi, cum litteris fuis et suprapositis ubi dicit «castrum» et «manibus», sub die et (*senyal*) anno quo supra.

1. *Segueix e ratllada.* 2. *Segueix e ratllada.* 3. *Segueix per ratllat.* 4. *castrum afegit a la interlínia.* 5. *i volada a m sense cancel·lar.* 6. *Segueix Raimundus ratllat.* 7. *Segueix e ratllada.* 8. *manibus afegit a la interlínia.* 9. *d afegida a la interlínia.* 10. *i volada a a expuntuada.* 11. *Manca.* 12. *El rogatari havia escrit eis i ratlla la e i la s, tot posant un signe d'abreviació sobre la i.* 13. *x expuntuada entre i i r.* 14. *Segueix Sig+num i un espai de vuit lletres aproximadament en blanc.* 15. *u afegida a la interlínia.*

530

[c. 1121, febrer, 28]

Jurament de fidelitat. *Ramon Ponç de Milany, fill d'Arsenda, i els seus fills, Guillem Ramon i Dalmau, juren fidelitat a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, i al seu fill i prometen donar-los la potestat del castell de Creixell sempre que els sigui demanada.*

A ACA, Cancellaria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 26 (*olim arm. 4 Girona, sac M, núm. 565*), 125 × 155 mm. Bon estat de conservació.

La data propasada correspon a l'adquisició del castell de Creixell per Ramon Ponç de Milany (vegeu el document núm. 528).

Iuro ego Raimundo Poncio et filiis meis Guillelmo Raimundo atque De[]macio, filius qui fuit Arsendis femina, tibi Raimundo comiti, filio qui fuisti Maaltis comitisse, et coniugi tue Dulcie comitisse et¹ filio vestro quod ab ac ora² et deincebs fidelis erimus vobis de vita vestra et de omnibus membris que in corpore vestro se tenent; et de omni honore que hodie ubique terrarum abetis et deincebs quocumque modo adquisieritis. Et adiuvabimus vobis, sine engan, omnes homines gerregare et defendere contra

cunctos omnes vel feminas de quibus mandaveritis per vos aut per vestros nuncios. Et dabimus vobis potestatem de ipso castro Crexel quantas vices per vos mandaveritis aut per vestros nuncios, sine engan. Et quamdiu vixerimus in hoc sacramento et fidelitate stabimus omni tempore. Per Deum et hec sancta.

1. *Segueix c sense cancel·lar.* 2. *cora al text.*

531

1121, març, 7

Execució testamentària. *Udalard II, vescomte de Besalú, d'acord amb la voluntat testamentària de la seva tia, la vescomtessa Ermessenda, lliura al monestir de Sant Joan de les Abadesses el mas de Reixac, amb un molí prop del Ritort, i el mas de Solà. A canvi, rep de l'abat Berenguer setanta sous.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 233, 100 × 320 mm. Bon estat de conservació.
 B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 233, dupl., 170 × 170 mm. Bon estat de conservació.
 C Trasl·lat d'A de 12 de maig de 1345. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 233 tripl., 140 × 350 mm. Bon estat de conservació.
 a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 339-340.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 54, 55. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — BISSON, *L'impuls*, p. 50. — JUNYENT, *El monestir*, p. 48.

Notum¹ sit omnibus hominibus quoniam Ermesindis² vicecomitissa quondam per suum testamentum reliquit Deo et Sancto Iohanni de Abbatissis³ pro anima sua mansum de Rexag quod comparavit de Guilelmo Guadamiri in Riddario⁴ et mulinum I et comam que est desuper mulino et campum I et condaminam et illud de Solano unde semper arderet lumen ante eius altare. Ego autem Udalardus⁵ vicecomes, nepos eius, post mortem ipsius restiti eius donationi nec adquievi vel permisi ut haberet Sanctus Iohannes prefatum alodium. Postmodum vero conventus plurimum a domino abbate Berengario eiusdem loci et ob hanc causam acceptis ab eo LXX solidis denariorum monete publice, quicquid ipsa fecerat et quantum ibi habebat vel habere debebat quantumque iuris vel vocis profitebar me ibi habere, totum dimisi atque relinquo et trado Deo et Sancto Iohanni prefati loci⁶ in presentia Guilelmi Raimundi, capellani Sancti Privati, et Raimundi Poncii et Bernardi d'Espasen et Petri Raimundi et Bernardi Adalberti et Dalmacii, clericorum, et aliorum bonorum hominum ut ab hodi-

erna die et deinceps nullus omnino hominum quicumque ibi habeat nisi Sanctus Iohannes⁷ prenomiatus, excepto fevo militum quod ibi habeant⁸ tantummodo et nichil aliud. Qui vero hoc irruperit in quadrupplum⁹ Sancto Iohanni componat. Et in antea hec mea restitutio seu donatio avię meę semper inconclusa¹⁰ permaneat.

Actum est hoc nonas marcii, anno XIII regni Leudovici regis. Udalgerium¹¹ autem hinc expellam.

Sig+num Udaldard*.¹²

Sig+num Raimundi Poncii. Sig+num Bernardi d'Espasen.¹³ Sig+num Arnalli Geralli.¹⁴ Sig+num Dalmacii de Sala. Sig+num Guelmi Raimundi plebani. Sig+num Petri Raimundi clerici. Sig+num Bernardi Adalberti (*senyal*).

Udalgerius monachus Sancte Marie et sacerdos, qui hoc scripsi die et anno (*senyal*) quo supra.¹⁵

1. C *comença* Hoc est translatum ab originali suo de verbo ad verbum fideliter sumptum III^o idus madii, anno Domini millesimo CCC^o XL^o quinto, cuius tenor sequitur in hunc modum. 2. Ermessendis B i C 3. B *substitueix* de Abbatissis per Baptiste. 4. Ridadrio B. 5. Udalarde C. 6. loci *omet* B. 7. Iohannes *afegit a la interlínia a B després de* prenomiatus. 8. habebant C. 9. B *substitueix* quadrupplum per tripplo. 10. B *substitueix* inconclusa per inconvulsa. 11. Udalgerium *escrit sobre raspat a B*. 12. Udalaard *al text*; Udaldard C. 13. d'Espesen C. 14. Gerald B. 15. B *acaba*: Raugerius sacerdos scripsit hec sub die (*senyal*) et anno quo supra et cum literis superpositis in XII^o regulo et in XV^o rasis et emendatis. — C *acaba*: Ego Romeus de Sancto Iohanne, iudex monasterii Sancti Iohannis, qui presens translatum cum suo originali examinavi, actoritate iudiciali subscribo. Eg(*senyal*) o Bernardus de Planella, publicus Sancti Iohannis de Abbatissis notarius, qui hoc translatum, ab originali suo fideliter sumptum et cum eodem legitime comprobatum, scripsi die et anno in prima linea contentis et clausi.

532

1121, abril, 24

Jurament de fidelitat. *Udaldard II, vescomte de Besalú, jura fidelitat a Berenguer, abat de Sant Joan de les Abadesses.*

A [Original no localitzat.]

A' [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII: ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 234, 110 × 180 mm. Bon estat de conservació.

C Trasllat de 29 de desembre de 1332. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 234 dupl., 190 × 280 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Notícies històriques*, XV, pp. 338-339.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — CARRERAS CANDI, *Descripció*, p. 917. — JUNYENT, *El monestir*, p. 48.

De¹ ista ora² in antea ego Uzalardus vicecomes non dezebrei tibi Berengario, abbati qui es de Sancto Iohanne, nec tolrei ne te'n tolrei tua vita neque³ tuis membris neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent, nec ego nec homo nec homines, femina neque feminas, per meum consilium neque per meum ingenium. De ista ora⁴ in antea ego Uzalardus suprascriptus no dezebrei tibi Berengario abbati suprascripto nec tolrei ne te'n tolrei tua honore neque de tua honore, neque ipsa abbatia Sancti Iohannis Rivi Pollentis cum omnibus suis pertinentiis neque ipsum castrum de Lazes cum omnibus suis pertinentiis, neque bastire podium Calvel nec podium Thanavi, neque de tuos fevos aut alaudes neque⁵ de tuas baiulias quas hodie habes aut in antea adquisieris, nec ego nec homo nec homines, femina aut feminas, qui t'o tolla, nec ego nec homo nec homines, femina aut feminas, qui t'o tolla. Ego Uzalardus suprascriptus adiutor te'n serei tibi Berengario suprascripto, sine tuo engan, per quantas vices tu me'n comonràs per nomine de istum sacramentum per te ipsum aut per tuos missos vel missum. E comonir no me'n desvedarei neque de ipsos adiutorios vel adiutorium no t'enganerei et sine tuo engan los te farei e.l te farei. Et ipsum castrum de Mal An, quando comes de Bisulduno poztad en querrà e m'o mandarà, a tu liurarei, e no'l te tolrei ne no'l te vedarei, per quantas vices lo-m demanarà per se aut per suos nuntios, poderós te'n farei sine tuo engan.⁷

Sicut superius scriptum est, si t'o tenrei e t'o atendrei ego Uzalardus suprascriptus tibi Berengario abbati suprascripto, excepto quantum tu mihi absolveris tuo gradiente animo, sine forcia.⁸ Sic Deus me adiuvet et hec sancta.⁹

Quod est actum ante altare Sancti Iohannis,¹⁰ coram multis presentes clericos et laicos,¹¹ VIII kalendas maii, anno XIII regni Leudovici regis.¹²

1. C *comença*: Hoc est translatum a suo originali fideliter sumptum III^o kalendas ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo, cuius tenor tallis est. 2. hora C. 3. *Segueix per ratllat*. 4. hora C. 5. Castrum de Lazes bastirei ne bastir lexarei neque bastirei podium Calvel ne bastir lexarei neque bastirei podium Thanavi ne bastir lexarei neque ipsos aut alios tuos alaudes neque de tuos fevos neque C. 6. t'o tola o te'n tola C. 7. *Al text poderós sine tuo engan te'n farei amb dos senyals d'avís que indiquen l'ordre correcte de la frase.* — C *en lloc de* Et ipsum castrum de Mal An... poderós te'n farei sine tuo engan *escriu* Et quando castrum de Melan per potestatem tenràs no'l te tolrei neque tolre-l te farei, neque a te neque ad homo vel ad homines qui per tu lo tenran ne'l gardaran, no'l tolrei neque tolre farei e, senes tuo engan, poderós te'n farei. 8. Sicut superius ... sine forcia *omet* C. 9. et hec sancta III^{or} evangelia C. 10. ante altare Sancti Iohannis *omet* C. 11. C *segueix* et iuratum ab ipso Uzalardo suo gradiente animo et sine forcia. 12. C *acaba*: Sig(*senyal*)num Petri de Vilario, publici Sancti Iohannis notarii, qui hoc translatum a suo originali per alphabetum diviso sumptum et cum eodem

legitime comprobatum, nichil addens vel minuens quod sensum vel substantia mutet vel intellectum corrumpat, fideliter translavit ac scripsit, cum dampnato in VI^a linea ubi dicit «neque», et clausit die et anno in prima linea contentis.

533

1121, maig, 27

Convinença. *Guillem de Castellví encomana a Ramon Guillem d'Òdena els castells d'Òdena i Pontons i li dóna, a Òdena, la meitat de la dominicatura que hi posseïa Ramon Guillem quan va partir cap a Jerusalem.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 235, 150 × 210 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 50. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 103.

Anno XIII^o regni Leud[o]jicus¹ rex, VI kalendas iunii. Hec est conveniencia qui est facta inter Guilelmum de Castell Vei et de Ramon Guillem de Odena. Comentat namque iamdictus Guilelmus ad predicto Raimundo ipso castro de Odena et de Pontons et donat ei ipsos feus et ipsos cavallarios solidamente, et dono tibi in Odena medietatem de ipso dominico que Raimundo Guilelmo ibi habebat ad ipso die quando ibat Iherusalem et alia medietate retineo ibi in dominico. Et per hoc suprascripto convenit prenominato Raimundo ad iamdicto Guilelmo ut donet ibi potestatem de prenominos castros quantas vices ille demandet de Odena et de Pontons solidamente, iratum aut pagatum, per se aut per suum nuncium, sine reguart; et comonir non se vetet. Et sit² solidum quomodo homo debet esser de suum meliorem seniore. Et adiuvet ei ad tenere et defendere omnem suam honorem ipsam que hodie habet et in antea aaptura per suum consilium contra cunctos homines et feminas; et faciat illi hostes et cavalcades, curtes et placitos et seguis apud ipsos cavallarios que habuerat de Odena e de Pontons.

Fuit facta ista conveniencia in presencia domini Raimundi comitis et de episcopo Ausonensi et de Guilelmo Dalmacii et de Berengario Bernardi senescalch et de Carbonell et de Ramon Bermon de Lupricato.

Sig+num Guilelmi de Castellveí. Sig+num Ramon Guillem d'Odena.

Arnallus sacer, qui ista conveniencia scripsi die et anno quo supra (*senyal*).

1. Manca. 2. *Segueix* [sum] *ratllat*.

534

1121, maig, 29

Jurament de fidelitat. *Ponç II, comte d'Empúries, jura fidelitat a Gausfred III, comte de Rosselló.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 236 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 407), 120 × 180 mm. Bon estat de conservació.
 B Trasllat de 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 236 dupl. (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 393). Bon estat de conservació.

Cit. Kostó, *Making agreements*, p. 144.

Iuro¹ ego Poncius comes, filius qui fui Sancie comitisse, tibi Gauzfredo² comiti, qui fuisti filius Agnetis comitisse, quod ab hac die vel deinceps fidelis ero tibi de tua vita et de tuis membris et de tuo honore quem hodie habes et tenes vel habere debes sive de³ ea quem pater⁴ tuus Girardus comes habebat ad diem obitus sui vel de his que antea adquisieris per meum consilium; et si de illo honore qui noster esse deberet totum vel aliquid adquisieris aliquo modo, ego ero tibi adiutor et fidelis et hoc tali modo ut ego Poncius comes suprascriptus habeam ibi porcionem⁵ meam quem mihi advenit per directum vel per aliquas voces. Et adiutor ero tibi de cunctis hominibus vel feminis, femine vel hominis, qui ea tibi tulerit vel tollere voluerit partem vel totum aut minimum, sicut resonat in scripture conveniencia quam ego tibi feci atque firmavi. Et sicut superius scriptum est, ita tibi atendam per Deum et hec sancta.⁶

Actum est hoc sacramentale IIII kalendas iuni, anno XIII regna[n]te⁷ Ledoico rege.⁸

1. B *comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter. 2. Gaufredo B. 3. de *afegit a la interlínia*. 4. p *correix* b. 5. habeam ego porcionem B. 6. Et sicut superius ... et hec santa *afegit a la interlínia*. 7. Manca. 8. B *acaba*: Sig(*senyal*)-num Bernardi de Caderita, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)-num Bernardi Vehayani, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Bernardi Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et clausit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, idus decembris, anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1121, juny, 6

Convinença. *Berenguer de Montcada cedeix a Beatriu i al seu espòs, Ramon Guillem, senescal, tota la seva honor, excepte dos masos a Muntanyola, l'alou de Casa Nova, l'alou de Sant Feliu de Rodors i un mas a Cerdanyola, a més de la potestat dels castells de Montcada, Vacarisses i Muntanyola. A canvi, Berenguer es reté l'usdefruit d'aquests béns i Ramon Guillem li promet fidelitat.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet de 14 de juny de 1132 fet pel levita Ramon. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 40, núm. 357, 183 × 557 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 48. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 54.

Datem pels anys de Lluís el Gros, d'acord amb els personatges i tenint en compte que el document ha de ser anterior al divorci de Beatriu i Ramon Guillem, esdevingut el 1136.

Sub sacro Sancte Trinitatis nominę. Ego Berengarius Montis Catani donator sum vobis Beatricis feminę et viro tuo Guillelmo dapifero. Dono namque ego predicto Berengario tibi prefate Beatrici et Guillelmo Raimundi viro tuo omnem meum honorem, una cum consilio et assensu domino nostro, Raimundo Berengario comite, scilicet alodium et fevum atque baiulias, castros cum eorum pertinenciis quomodo ego iamdictus Berengarius cunctum meum honorem modo melius abeo et tenęo aut pater meus vel frater eam melius abuerunt vel tenerunt. Sic dono vobis eam integriter, exceptus duos mansos quos retineo ad facere voluntatem meam infra terminos castrum Muntaiole, quales mihi placuerint; et ipsum meum alodium de Casa Nova, qui se tenet cum alodio Sancti Petri Puellarum et vadit usque in torrente de Avorid; et ipsum alodium de Roturensis quod pater meus emit et ego teneo; et infra terminos de Cerdaniola unum mansum qui est meum alodium. Alium quoque honorem dono tibi Beatrici et tibi Guillelmo Raimundi dapifero, viro suo, absque fraude et ullo malo ingenio et sine vestro engan, sub tali modo ut ego sepredicto Berengario teneam omnem prelibatum honorem dum vixero, sine blandimentum ullius hominis vel femine; et post obitum meum veniat in iure et potestate de te iamdicte Beatricis et de iamdicto Guillelmo viro tuo, absque ulla dubitacione et sine ullius persone reclamacionis. Post obitum de te Beatricis remaneat omnem predictum honorem ad Guillelmus Raimundi viro tuo et ad infantes de illum in te genitis; et si filii desunt, remaneat predictum honorem ad Guillelmus Raimundi viro

tuo iamdicto, ab integrum et sine ulla diminucione, propter missiones quas ibi fecit et propter servicia que hactenus mihi fecit et deinceps facere debet. Et nunc in presenti comendamus sibi milites ipsius honoris, scilicet Raimundus Mironi de Palacio et Carbonel de ipso Frexano et Berengarius Ysarni et Bernardus Guillelmi de Sancta Columba. Et dono vobis propter tenorem de iamdictum honorem¹ ominaticis de iamdictos homines et potestatem de his tribus castris, videlicet de Monte Catani et de Vacherices et de Muntaiola. Et ego predictus Guillelmus convenio tibi prescripto Berengario ut sim tuus fidelis amicus et adiuvem tibi omnem tuum honorem tenere et defendere contra omnes homines vel feminas, per fidem rectam, sine engan. Quod si ego sepredictus donator aut aliquis homo utriusque sexus vobis prenominata omnia in aliquo dimovere temptaverit vel adquietandum surrexerit, nullo modo facere possit, set pro sola presumcione componat vobis in vinculo prelocuta omnia in duplo. Et insuper ista carta donacionis permaneat firma modo et omni tempore.

Que facta VIII idus iuni, anno XIII regnante Leodici regis.²

[Sig+num Berengarii]³ de Monte Catani, qui ista donacione feci et ista scriptura firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Beatricis, uxor predicti Guillelmi, qui hoc laudo et auctorido et firmo.

Sig+num Raimundus Mironi de Palacio. Sig+num Carbonel de Frexano. Sig+num Bernardus Guillelmi de Santa Columba. Sig+num Berengarius⁴ Ysarni. Sig+num Raimundus Arnalli de Sancti Minati. Sig+num Petrus de Palacio. Sig+num Balloveno de Palamar. Sig+num Arnallus de Sancto Minati. Sig+num Bernardus de Bel Log.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.⁵

1. no afegit a la interlínia. 2. Segueix Actum est hoc XVIII kalendas iulii, anno XXV regnante Leduvico rege. Considerem que aquesta és la data del trasllat, raó per la qual la indiquem en nota. 3. Manca. En el text hi ha un espai en blanc de 70 mm que precedeix de Monte Catani. 4. Entre e i g, espai de 15 mm deixat en blanc per salvar un petit forat. Indiquem aquestes dues lletres perquè el nom Berengarius té abreviades la primera e i la n. 5. Segueix la clausura de l'escrivà del trasllat: Raimundus levita, qui hoc scripsit translatum die et anno (*senyal*) quo supra.

1121, juliol, 4

Infeudació. *Bernat Pere de Muntanyola infeuda a Pere de Santa Coloma la meitat de la cavalleria que Carbonell té a Rodors. Pere de Santa Coloma paga d'entrada cinc morabatins i promet que li prestarà un cavall o una mula un mes cada any.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 240, 90 × 170 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergamí.

Cit. PELLA, *Historia*, p. 454. — RUIZ-DOMÈNEC, *Tratado comercial*, p. 157.

Hec est conviniencia qui est facta de Bernardum Petri de Muntaniola et Petrum Bernardi de Sancte Columbe. Donat namque supradictus Bernardus prefato Petro medietatem de ipsa cavaleria terre quam tenet en Carbonel in Roudors et pro hoc dono convenit idem Petrus eidem Bernardo ut sit eius adiutor de ipsa honore quem modo [e]xibet vel in antea per suum consilium adquiserit contra cunctos homines vel feminas. Et prestet unum cavallum ad mulum sive [I] palafre unum mensem intra sua terra. Et donat prefato pro iamdicto Bernardo per estam donacionem quinque morabetinos. Et convenit idem Bernardus eidem Petro guaret sit ei de isto feud per rectam fidem, sine engan, et valeat ei contra cunctos homines vel feminas. Et istum prestitum quem facit Petrus Bernardi prefato Bernardo de ipso iumento fiat per unumquemque annum, sicut desuper scriptum est.


Actum est hoc IIII^{or} nonas iulii, anno IIIIX^o regnante Ludovico¹ rege.

Sig+num Bernardi Petri, Sig+num Petri Bernardi, nos qui ista conveniencia scribere iussimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Petri Bernardi de Aguilar. Sig+num Berengarii Guilaberti. Sig+num Guilelmi Raimundi depiferi.² Berengarius sacerdos (*senyal*).

Iohannes scolasticus die et anno quod supra hoc scripsit (*senyal*).

1. La primera o afegida a la interlínia. 2. En lloc de dapiferi.



537

1122, març, 7

Testament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, atorga testament. Llega els seus béns als seus familiars, a altres persones i a institucions eclesiàstiques.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 238 (*olim* Segona Caixa, sac B, núm. 77), 280 × 510 mm. Document mutilat en la part superior; la part que resta està en bon estat de conservació.

a BOFARULL, *Los condes*, II, pp. 171-173.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 490. — MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, p. 405. — SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 53, 97.

[...]¹ de meloribus mansis quos habeo in Frumigera. Sancto Martino de Canagon dimito I mansum in Corneliano. Cenobio Sancti Petri de Rodas omnes albergas quas habeo infra parroechiam Sancti Petri de Figeres concedo, taliter ut monachi eiusdem cenobii redimant illas. Dimito Iohanni capellano meo omnia que habet et tenet per me in omnibus locis, sine ullo retentu et tandiu teneat et possideat illud quod tenet per me in Pratis usquequo predicti tutores mei redimant ipsam ecclesiam de Pratis cum decimis et primitiis et reddant eam eidem² capellano, sicut melius habuit et tenuit sine ullo obstaculo. Sancte Marie Bisulduni I mansum in Moion. Sancto Petro Bisulduni alium in Moion. Sancto Iohanni Abbatisarum unum mansum in Pratis. Sancte Marie Corneliani unum mansum in eadem villa Corneliani.³ Dimito etiam omnem honorem meum Raimundo Berengarii filio meo, videlicet Barchinonam cum comitatu Barchinonensi et omnibus sibi pertinentibus et cum omni honore Marchiarum et Yspaniarum et episcopatu predictae civitatis, et comitatum Ausonensem cum episcopatu et omnibus sibi pertinentibus, et comitatum Minorise cum omnibus sibi pertinentibus, et comitatum Gerundensem cum episcopatum et omnibus sibi pertinentibus, et comitatum Bisuldunensem, Valdesperiensem, Folionitensem, Petrapertusensem cum omnibus sibi pertinentibus, et comitatum Cerritaniensem, Confluetensem, Berrichitane[n]sem⁴ cum omnibus sibi pertinentibus, et comitatum Carchassone[n]sem⁵ cum episcopatu et omnibus sibi pertinentibus, comitatum Redensem cum omnibus sibi pertinentibus, ita ut ipse honorifice mar[i]tet⁶ sororem suam maiorem consilio predictorum episcoporum ac magnatum eorum sine missone honoris. Berengario Raimundi filio meo dimito omnem honorem meum Provintie et illum quem habeo in Rotunensi patria et in Gavallano⁷ et in

Cartlades cum civitatibus et castellis⁸ et archiepiscopatibus et episcopatibus et omnibus ad predictos honores pertinentibus ita ut ipse maritet sorores eius⁹ honorifice consilio archiepiscoporum et episcoporum et magnatum Provintie. Si autem provenerit alterum horum obire sine filiis de legitimo coniugio, revertantur predicta omnia ad illum qui superstes extiterit. Omnes honores meos quos superius testatus sum, exceptis illis quos sanctis Dei dimisi ecclesiis, dimitto Dultie comitisse coniugi mee cum filiis et filiabus meis donec filie mee, sicut superius testatus sum, adereant maritis, quandiu ipsa voluerit permanere sine marito in eisdem. Predictam vero uxorem meam cum filiis meis et cum omni honore meo superius nominato dimitto in potestate omnipotentis Dei et baiulia hae beati Petri, apostolorum principis, et domini pape seu omnium archiepiscoporum et episcoporum tocius terre mee ac magnatum universe mee dominationis, qui iuste et fideliter voluerint agere erga me et coniugem et filios meos. Si autem contigerit predictos meos filios, scilicet Raimundum et Berengarium obisse sine infante de legitimo coniugio, remaneant predictos honores meos, scilicet hereditatem predicti Raimundi filii mei, filie mee maiori, et hereditatem iamdicti filii Berengarii mei, aliis filiabus meis. Precipio namque prelibatis elemosinariis meis ut persolvant mea debita de hoc quod invenerint ex meo. Et mando ut prephati Gerundensis episcopus et Reamballus de Basilia et Guilelmus Gaufredi de Cerviano teneant et habeant potestatem de predicto castro Bisulduni donec filius meus Raimundus veniat ad perfectam etatem; et mando predicto filio meo Raimundo ut de omni honore quem ego illi dimitto non donet nec inpignoret neque vendat aliquid¹⁰ ex ec usque ad terminum X annorum. Quod si fecerit, irrita sit illa donatio, impignoratio, venditio quam ipse fecerit. Dimitto etiam omnes leddas et usaticos quos noviter misi in civitatibus meis.

Signum+ Raimundi comes, qui hoc testamentum feci et laudavi et propria manu solito more firmavi testibusque firmari mandavi.

Actum est hoc nonas marcii, anno XIII regni Leovici regis.¹¹

Sig+num Guilelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Raimundi Renardi. Michaelis¹² Salomonis*, capellanus et iudex. Signum+ Arnalli*, sacerdotis atque decani.

Raimundus levita, qui hoc scripsit die et anno prefixo, cum litteris superscriptis in IIII^a et XX^a II^a linea et rasis et emendatis in XXX^a I +.

1. Manca la part inicial, probablement desapareguda a causa d'una mutilació del pergami. 2. Signe d'abreviació sense cancel·lar volat a ei. 3. in Moion. Sancto Iohanni ... villa Corneliani afegit a la interlínia. 4. Manca. 5. Manca. 6. Manca. 7. v corregeix ll. 8. i afegida a la interlínia sense cancel·lar. 9. eius afegit a la interlínia. 10. Segueix d'ratllada. 11. De les catorze subscripcions que segueixen només se'n van completar quatre, a la resta s'indica el terme Sig+num seguit d'un espai en blanc. 12. Michaelis monograma.

538

1122, juny, 9

Definició. Geribert, Arsenda, Ermengarda i Ramon renunciem a favor de Guillem de Biure i la seva esposa Ermessenda a tots els drets sobre una peça d'alou anomenada Condomina, situada a Puig-reig, a canvi de tres sous de moneda de Barcelona.

A [Original no localitzat].

B Trasllet del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 239, 140 x 210 mm. Estat de conservació deficient; manca l'encapçalament a causa de la mutilació del pergami.

Cit. BOTET I Sisó, *Les monedes*, I, p. 54.

[...]¹ mea Ermengardis et Raimundi filio meo, [nos simul] in unum per hanc scripturam diffinimus et evacuamus tibi Guilelmi de Beni Vivere et ad uxor tua Ermessendis et ad filiis tuis vel ad posteritatuque vestre pecia I aloudi quem dicunt Condomina. Est vero dicta pecia in comitatu Berchitenio, in parrochia Sancti Martini de Peudio Regi, in locum iam prefatum. Tali modo diffinimus vobis predicta pecia ut neque nos neque aliquis per nos neque posteritas nostra ultra amplius in perpetuum in iamdicta pecia supra memorata aliquis requirere presumat. Et per hac nostra difinitionem et [e]vacuacione accepimus de vobis solidos III de monete Barchinone. Et est manifestum. Si quis homo vel femina vobis rumpere temptaverit, non non² valeat, set in duplo componat. Et in antea hoc firmum sit vobis amodo³ et omni tempore.

Actum est hoc V idus iuni, anno XIII regni regis Lehuviici.

Sig+num Girbert, Sig+num Arssendis, Sig+num Ermengardis, Sig+num Raimundi, nos qui hanc difinitionem vel evacuationem⁴ facimus, firmamus testibusque firmari rogamus.

Sig+num Bernardi Adalberti. Sig+num Guilelmi Riambad. Sig+num Petri Berengarii.

Bernardi scriptoris, qui hoc scripsi et super fato⁵ die et (se-nyal) anno.⁶

1. Manca l'encapçalament a causa de la mutilació del pergamí. 2. En lloc de non hoc. 3. a afegida a la interlínia. 4. evacuacionem al text. 5. Sic. 6. B acaba: Sig+num Poncii de Saldua, notarii publicii Ilerdensis, sig+num Petri de Sole-rio, notarii publici Ilerdensis, huius translati testium. Sig(senyal)num Arnardi de Clero, notarii publici Ilerdensis, qui hoc fideliter infrascriptit.

539

1122, octubre, 13

Jurament de fidelitat. Ponç II, comte d'Empúries, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i al seu fill.

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 242 (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 661), 105 × 235 mm. Bon estat de conservació.
- B Còpia de final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 66d.
- C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241b (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 690), 570 × 390 mm. Bon estat de conservació.
- D Trasllat de 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241 dupl.-b (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 699), 480 × 430 mm. Bon estat de conservació.
- E Trasllat de 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 242 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Narcís, núm. 5), 160 × 240 mm. Bon estat de conservació.
- a MIRET, *Alfonso*, p. 544.
- b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 521.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, I, p. V. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 27. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 244, 256. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52.

Aquest jurament apareix copiat als exemplars C i D, en un mateix pergamí, juntament amb tres documents més (vegeu els documents núms. 594, 595 i 628).

Malgrat les diferències en el formulari, més complet a A i E, presentem conjuntament els diversos exemplars d'aquest jurament de fidelitat i indiquem en nota crítica les variants.

Iuro¹ ego Poncius Ugonis, comes Impuritanensis, filius qui fui Sancie comitisse,² tibi Raimundo Berengarii, comitti Barchinonensi ac Bisuldinensi,³ qui fuistis⁴ filius Mahaltis comitisse,⁵ et filio tuo Raimundo Berengarii⁶ quod ab ista hora et deinceps fidelis sim⁷ vobis de vestra vita⁸ et de vestris corporibus et de omnibus membris que in corporibus vestris se tenent et de omni vestro honore quem hodie habetis vel habere debetis et homines per vos vel in antea adquisieritis cum meo consilio.⁹ Et quod non tollam illum vobis totum vel partem nec homo nec femina, homines vel femine, per meum consilium aut per meum ingenium. Et si aliquis homo vel femina, homines vel femine, tulerint vel tollere voluerint predictum honorem aut aliquid de supradicto honore,

fidelis adiutor ero vobis tenere, defendere et guerregare. Sicut superius scriptum est, si o tenré et o atendré per rectam fidem, sine engan. Per Deum et hec sancta.¹⁰

Factum sacramento supra altare Sancte Anastasie, III idus octobris, anno XV regni Ledovici regis.¹¹

Sig+num Pontii Ugonis, comitis, qui hoc sacramentum manu propria iuravi et¹² signo puncti firmavi.¹³

1. D comença el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. — E comença: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius series sic se habet. 2. femine C i D. 3. Bisillunensi C i D. 4. qui fuistis manca C i D. 5. femine C i D. 6. Berengarii manca C i D. 7. ero C i D. 8. vita vestra C i D. 9. et de vestris corporibus et de omni honore quem modo habetis vel in antea meo consilio adquisieritis C i D. 10. Quod non tollam eum vobis neque partem neque aliquis per me neque per meum consilium, sed fidelis adiutor in preminato termino convenientie quandiu vixero. Per Deum et hec sancta C i D. 11. Actum est hoc III^o idus octobris, anno XV regni Ledovici regis C i D. 12. comitis Impuritanensis, qui suprascriptum sacramentale propria manu iuravi atque C i D. 13. D acaba el trasllat dels diferents documents amb la clausura, vàlida per a tots: Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui haec translata sumpta fideliter transcribi fecit et clausit et cum originalia instrumenta fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in ea quam in originalia invenit, cum litteris rasis et emendatis in secundo ac ultimo translato in XVIII^a et XXI^a lineis, idus decembris, anno Domini M^o CC^o septuagesimo quarto. — E acaba: Sig(*senyal*)num Bernardi Veheyani, Barchinonensis notarii, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, Barchinonensis notarii. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et clausit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, idus decembris, anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

540

1122, octubre, 25

Empenyorament. *Dalmau Berenguer i la seva muller Ermessenda empenyoren al monestir de Santa Maria de l'Estany un alou que va de la Creu de Coll de Garses al Soler i de Verdeguer al Pugol Gro-naz, per raó d'un deute de dos morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 243, 100 × 290 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Dalmacius Berengarii et uxor mea Ermessen inpignoratores sumus domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno et clericis eiusdem ecclesie. Per hanc scripturam nostre inpignoracionis inpignoramus pretaxate ecclesie ipsum nos-

trum alaudium quod habemus de collo de Cruce usque ad Soler de Comes sive ad Verdeger et usque ad Pugol Gronaz. Impignoramus namque pretaxatum alodium per morabetinos duos quos nobis prestitistis in auro. Tali modo impignoramus iamdictae ecclesie prelibatum pignus ut teneat et possideat ab ista festivitate Natale Domini veniente usque in alia. Quod si transactis¹ istum primum annum non habuerimus redemptum iamdictum pignus, non habemus potestatem redimendi usque ad festivitatem Natale Domini in antea venientem. Et sic teneat pretaxata ecclesia prefatum pignus per iamdictum² terminum usque dum nos prefati persolvamus eidem ecclesie prelibatos morabetinos in auro, sine engan. Et ut teneat et habeat iamdictum pignus quantum ibi habemus vel habere debemus cum omnibus terminis et affrontacionibus suis. Et est manifestum. Quod si nos impignoroatores aut aliqua persona venerimus aut venerit ad irrumpendum ante iamdictos terminos, non valeat facere, set componat in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea firma permaneat.

Actum est hoc VIII kalendas novembris, anno XIII Leudovici regis francorum.

Sig+num Dalmacii Berengarii, Sig+num Ermessen, qui istum pignus iussimus scribere et firmavimus testibusque firmare precepimus.

Sig+num Puli. Sig+num Bernard Dalmacii.

Guilelmus levita, qui hoc scripsit, cum litteris fuis, die et anno quo su(senyal)pra.

1. transactis amb un signe d'abreviació, sense cancel·lar, volat a la i. 2. c corregeix g.

541

1122, novembre, 2

Establiment. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, estableix als esposos Guerau Alemany i Maiassenda i al seu gendre, Pere Guillelm, un mas a la parròquia de Sant Julià d'Altura a canvi de vint-i-un morabatins d'entrada i un cens anual d'un porc per a ell i un quarter d'oli per a Sant Llorenç del Munt.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer II, carp. 31, núm. 244 (olim Segona caixa, núm. 191), 130 × 240 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 53.

Sub eterni Regis nomine. Ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes et marchio, dono tibi Geraldo Alamanni uxori tue Maiasendi et genero vestro Petro Guilelmi mansum quod fuit Raimundi Ervigii de Ulzineles cum adiacensis et pertinentiis suis. Est autem in comitatu Barchinonensi, in Vallense, infra parrohechiam Sancti Iuliani de Altura. Advenit mihi voce genitorum meorum vel aliis quibuslibet modis et vocibus. Accipio quoque a vobis pro ac donatione XX^{ti} I moabetinum legitimum. Reddatis siquidem mihi pro iamdicto manso annuatim per censum in Natale Domini porchum I et Sancto Laurentio de ipso Monte quartarium I olei, ac de meo iure in vestrum¹ trado dominium et potestatem. Si quis hoc violare presumpserit, in duplo componat ea que infringere vel recindere temptaverit et post modum hoc² maneat firmum.

Actum est hoc IIII nonas novembris, anno XV regnante Leudovico rege.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Reiamballi de Basilia. Sig+num Raimundi Bernardi de Olost.³ Sig+num Raimundi Iohannis saxoni. Sig+num Petri Girberti. Signum+ Raimundi Berengarii* filio comiti. Signum+ Arnalli sacer atque decani.

Raimundi levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra +.

1. um *corregeix* orum. 2. hoc *afegit a la interlínia*. 3. *Signatura sense puntuar*.

542

1122, novembre, 3

Testament. *Gotmar i la seva muller Eliarda atorguen testament. Llegen llurs béns a diverses persones i institucions eclesiàstiques i als seus familiars.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 245, 240 × 280 mm. Estat de conservació regular a causa de la tinta esvanida i de l'enfosquiment del pergami.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55.

In Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Ego Godmar et coniux mea Elliards nos sani sumus et in memoria plenus et volumus facere nostrum testamentum de omnem rebus nostrorum. Et eligimus nos nostros manumissores, id sunt Guillem filio nostro et Ramon de Font Pudeda et unus de nos qui superviverit. Precor vos, amicis meis, per Deum Patrem omnipotentem, ut si mors nos

advenerit in isto anno ad antequam alium testamentum facimus, potestatem abeat is aprehendere¹ omnem nostrum avere et dare et distribuere nostram terciam partem pro anima nostra, sicut in istum testamentum vobis iniuncxero. In primis dimitto a domino Deo et ad Sancti Martini solido I gross et ad suo clerico argencios IIII, et ad Sancti Petri Madrona bugo I et ad Sancte Marie Sedis Urgelli argencios IIII et ad Sancte Marie Serra de Taxo, apud corpus nostrum qualemque primus evadit, bestia I grossa. Et relinquo ad filio meo Guillem pecia I de terra qui est in Sole de Camp quomodo perguit ipsa riba de Pecia Redona, cum ipsos arbores tro usque in via qui est in parte orientis, et quomodo venit usque ad torrente de Ollesen et vadit usque ad sorte que ego Godmar relinquo ad Pere, neptum meum, et de Marunenla² a parte occidente et quomodo venit riba qui fuit franta de ipso quadro et exiit in via et quomodo ipsa pariete et sebica venit tro usque in casa de Guilla et tro in ipsa insula, quantum abet de ipsa via ad amunt qui perguit ad Sancti Andree tro usque ad trilla de Bernard Isarn, que est condam, et casa condirectas et solos et superpositos et foveas et parietes qui sunt de casa de Guilla aval, et introitibus et exitibus earum, sic donamus nos tibi Guillem quomodo aput nos tenes et possides. Et relinquo ad te fexes II qui sunt ad ipsas Comas Subiranes et quadro sutira, qui est ad ipso Pugal, et ipsa sorte qui est in ipsa plana de Pugal et ipsa fexa de Marunedes cum ipso prad et ipso canamar et ipso sacrario et ipso mulino et fexanella I, qui est ultra torrente, et ipso alod de Sancta Maria qui est ad ipsos Vinnals. Et relinquo ad Guilla medietate de ipso camp quomodo perguit usque in riba de Pecia Redonna et quomodo dividit ipso Marun et quomodo sunt ipsas tinens firmatas. Et affrontat in riba de quadro qui fuit franta cum ipsa medietate de una casa et ipso alod qui est de Sancta Maria, qui est ad ipsas Corts. Dono tibi per exovar et dono tibi ista omnia suprascripta cum suo intrar et exir, et relinquo ad Ramon, nepus meo, cannamar I qui est in ipsa coma, cum suo intrar et exir, cum ipsos arbores de qualisque ieneribus et ipsa plana qui est de Sancta Maria, cum ipsos arbores qui ibidem sunt et cum ipsa medietate de casa. Et relinquo ad Girberga filia mea ipso alod de Ubag cum ipso quadro de Pugal Miga, qui est alaude de Sancti Martini. Et relinquo ad filii[s] de Bernard ipsa mea parte de coma qui est compra quomodo torrent excurrit cum medietate de I pomer et de ipsos peres retro usque in alod de Arsen de Pugal, exceptus ipso cannamar qui suprascriptum est, et de ipsa via aval

qui pergit ad fonte, exceptus ipsas tres sortes qui sunt fiolatico de Girberga. Et relinquo ad Pere meam partem de sorte I qui est compra in ipsas sorts pro anima mea. Et relinquo meam partem de ipso camp ad illos et alium alod qui remanet de Sancta Maria siant pares et equales Guilelmus et filii de Bernard et Arsen, et Giberga. Et nullus de vos non vindatis nec donebatis nec inpignoretis de istum alaudium ad nullum hominem nec femina nisi ad illum qui istum capud mas retinet. Et coniuux mea Elliards ut abeat licenciam de suas compras quas fecit apud me faciat suam voluntatem. Et ego Elliards dono vobis Bernardo atque Raimundo, neptus meo, medietate de ipsa sort qui est infra ipsas sorts et affrontat de I parte in torrent et de alia in via. Et alias meas partes de compras in qualisque loco abeo relinquo ad Guilelmo filio meo, et nos ambos que siamus dompnos et seniores poderosamente de vita nostra et vos unusquisque bene servatis ad nos de vita nostra; et post obitum nostrum remaneat aut unusquisque vestram porcionem sicut suprascriptum est. Et illa tertia parte qui remanet de mobile relinquo ad Guilelmum sine nullum³ dubium de nullo homine vel femina. Et est manifestum. Et qui istum testamentum voluit dirumpere vel fraudare, iram Dei incurrat et cum Iuda traditore in infernum porcionem accipiat.⁴

Actum est hoc III nonas novembris, anno XV regnante Ledovico rex.

Sig+num Godmar, Sig+num Elliards, nos qui istum testamentum fecimus scribere et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Ramon de Font Pudeda. Sig+num Guillem Bermon. Sig+num Guillem Guadat. Sig+num Ramon de Vilar.

Poncius sacer, qui istum testamentum scripsit sub die et anno quod (*senyal*) supra.

1. pr corregeixen [ll]. 2. n corregeix ll. 3. Segueix cum sense cancel·lar.
4. Et qui istum ... porcionem accipiat *escrit a continuació de les subscripcions dels testimonis.*

1122, novembre, 11

Definició. *Udalard II, vescomte de Besalú, i Ramon Ponç de Milany, sota l'autoritat de Berenguer, abat de Sant Joan de les Abadesses i senyor del castell de Milany, renunciem als seus drets sobre les*

honors dels monestirs de Sant Joan de les Abadesses i de Santa Maria de la Grassa i sobre altres homes residents al terme del castell de Milany.

- A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 246, 580 × 450 mm. Bon estat de conservació. Trasllat.
- B Trasllat de 6 d'octubre de 1195. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 247, 440 × 450 mm. Bon estat de conservació.
- C Còpia de principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 246 dupl., 600 × 440 mm. Estat de conservació regular a causa d'un estrip a la part central i d'alguna taca d'humitat.
- D Trasllat d'A de 24 de juliol de 1234. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 246 tripl., 460 × 370 mm. Estat de conservació regular a causa de petites mutilacions al marge esquerre.
- a MONSALVATJE, *Notícies històriques*, XV, pp. 340-346.
- b MONSALVATJE, *Notícies històriques*, XV, pp. 347-352.
- c *Catalunya romànica*, X, pp. 452-453.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 535, 556, 605 i 680. — MONSALVATJE, *Notícies històriques*, XI, pp. 407-408. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — VICENS VIVES, *Los Remensas*, p. 30. — JUNYENT, *El monestir*, p. 48. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 266. — FREEDMAN, *Els orígens*, p. 92. — HINOJOSA, *El règimen*, p. 213.

Hec est scriptura pacificacionis et concordacionis que facta est inter Uzalardum vicecomitem et Raimundum Poncii de Mal Anno et uxorem eius ac filios in potestate et manu Berengarii, abbatis Sancti Iohannis, dominus ipsorum,¹ de contencionibus quas habebant inter se de iniusticiis et malis empresionibus quas faciebant in² honore Sancti Iohannis et³ Sancte Marie de Crassa et aliorum hominum qui sunt sub termino eiusdem castri⁴ de Mal Anno. Primum diffinierunt per missu dicti abbatis⁵ quod habeat⁶ predictus Raimundus Pontii cum predicta uxore sua ac filiis omnes illos census antiquos absque alicuius inquietudine vel clamore qui de predictis honoribus soliti sunt exire, scilicet in unoquoque manso migera I^a de civada ad mensuram Ridauri⁷ et V garbas civada et singulos cifos⁸ plenos fabis et, cum plenitudo fage fuerit, II gallinas aut pernam unam;⁹ et ter in anno adquisiciones ovorum et caseorum, scilicet in Pascha et Pentecosten et festivitate sancti Iohannis Babbiste, et duas ad coquinam¹⁰ et ad foraster unam et quartera I^a de civada. Et, cum faga fuerit ad ipsis rupibus insuper, assaturam carnis ad ipsum foraster,¹¹ sed in Palaciolo mediam quarteram civade.¹² Et in honore predictae Sancte Marie arietes II in uno anno et in alio unum, de quibus arietibus dabit medietatem¹³ Uzalardo.¹⁴ Prefatus autem foraster a rupibus insuper¹⁵ habebit¹⁶ in unoquoque manso receptum sibi et cucioni suo semel¹⁷ in anno. Omnes mansi qui sunt in parrochia Sancti Bartholomei de Lazes usque ad collum de Buziga donent per loced quarteras

III ordeï ad mensuram Ridauri.¹⁸ Mansi¹⁹ qui sunt Sancte Marie vel Sancti Iohannis²⁰ donent singulas migeras ordeï²¹ per loced ad mensuram Ridauri²² si habitatores in se habuerint.²³ Cum autem in predicto castro de Mal Anno necessarium fuerit operari, ex precepto castellani predicti castri, baiuli qui sunt in ipso honore²⁴ adducant homines ad operam ipsam, de quibus hominibus unusquisque baiulus retineat unum pro calciamento et alium pro victu, qui sint Sancte Marie vel Sancti Iohannis. Ad alia opera non ibunt ipsi homines Sancte Marie vel Sancti Iohannis nisi ad predictum castellum de Mal An nec in hoste nec in cavalcatam nisi ad sonum de Mal An. Et tunc baiuli Sancte Marie et Sancti Iohannis, cum castellanus preceperit et opus fuerit, ducant omnes homines armatos ad defendendum de inimicis suis quantum castellanus eos ducere voluerit infra terminos ipsius castri de Mal An.²⁵ Cum vero Uzalardus eos opus habuerit²⁶ in hoc ipsum quod dictum est,²⁷ mandet Raimundo Poncii et Raimundus Poncius ducat eos Uzalardo.²⁸ Antiquas tracturas et medietatem de omnibus pascuariis habeat predictus Raimundus Poncii, et de tracturis omnibus, tam de veteribus quam de novis, habebit medietatem de cussuris si calcare noluerit. Si vero calcare voluerit, omnes habebit integriter. Ut autem in predictis hominibus Sancti Iohannis vel in eorum mansis²⁹ predictus Raimundus Poncii vel uxor eius aut³⁰ filii aliquam violentiam vel exactionem ullo umquam tempore per se aut per submissas personas non faciant vel fieri faciant. Dimittit eis supradictus Berengarius abbas, rogante Uzalardo, ut de unoquoque manso qui habitatores in se habuerint, habeat predictus Raimundus Poncii³¹ et uxor eius ac filii migeram unam frumenti et aliam ordeï³² ad mensuram Ridauri³³ et moltonem unum totonsum tempore³⁴ madii qui sit unius anni. Que omnia habeant pro feudo et beneficio iamdicti Berengarii abbatis Sancti Iohannis, cum aliis feudis que preterea tenent pro eo.³⁵ Et si bos vel vacca mortuus ibi fuerit, coxam predictus Raimundus habebit. Similiter predictus Uzalardus hec eadem dimittit eis accipere tam in honore Sancte Marie quam etiam de fevatariis omnibus.³⁶ Prefatam autem migeram frumenti et ordeï nullus homo alius accipiet nisi baiulus Sancti Iohannis et Sancte Marie, qui dabunt eas predicto Raimundo Poncii ad festivitatem sancti Michaelis et moltones totonsos in festivitate sancti Petri, salvis suis redecimis sive baiulivis.³⁷ Cugucie vero et homicidia sunt de Sancto Iohanne et de Sancta Maria. Alia siquidem placita habeant medium per medium predictus Raimundus Poncii et uxor eius ac filii cum Sancta Ma-

ria et Sancto Iohanne. Firmaciones vero predictorum placitorum et donationes ac redemptiones mansorum et hominum baiuli Sancte Marie et Sancti Iohannis ac Raimundi Poncii³⁸ pariter faciant et accipiant, set baiuli Sancte Marie et Sancti Iohannis sint semper proprii et solidi Sancte Marie et Sancti Iohannis sine omni dominacione Uzalardi et Raimundi Poncii quam in eis non habeant.³⁹ A superiore censu⁴⁰ vel servitio excipiuntur homines parrochie Sancti Iuliani de Valle Facunda,⁴¹ qui predicto Raimundo Poncii non servient nisi V supradictas garbas quas eis⁴² dabunt et albergam unam⁴³ ad unum militem cum sua equitatura et arenam ad opera predicti castri et coxam vacce predictam.⁴⁴ Si vero predictus Raimundus Poncii⁴⁵ predictam albergam accipere noluerit, dabunt ei predicti homines unusquisque quartera I^a de civada ad mensuram Ridauri⁴⁶ et gallinam unam et canadel de vino et placentam unam uni homini sufficientem.⁴⁷ Concedit totum predictus Berengarius abbas quod habeat⁴⁸ adhuc iamdictus Uzalardus in predicto honore⁴⁹ in unoquoque manso unum par gallinarum vel unam pernam cum faga fuerit⁵⁰ et⁵¹ singulos cifos plenos fabis⁵² et⁵³ tres adquisiciones de casibus et ovis⁵⁴ et unam ad suum foraster et aliam ad suum cog, et foraster predicti Uzalardi habet receptum in omni⁵⁵ supradicto honore sibi et sue cutioni et assaturas carnis cum plenitudo fage fuerit et ab ipsis rupibus insuper⁵⁶ quarteram I [de]⁵⁷ civada. Sed in villa de Cirret⁵⁸ habeat Uzalardus in unaquaque domo singulos agnos per erbam,⁵⁹ exceptis in domibus alibergs,⁶⁰ et non permittat aliquos erbare in omni predicto honore. Nec tam Uzalardus quam predictus Raimundus Poncii non habeant in Cuil Plana nisi supradictas foresterias et Uzalardus⁶¹ preterea⁶² ipsum pascharium de Cuil Plana et de Ages usque ad Sanctum Privatum. Et in Lazes⁶³ ipsum receptum comitalem sicut notum est. Et in honore Sancte Marie alium receptum comitalem. Et in ipsis fevis de Lazes,⁶⁴ in unoquoque manso, gallinas II vel pernam cum plenitudo fage fuerit. Et ipsorum boschorum operadores dabunt quartam partem tocuis sui laboris quam habebunt per medium predictus Uzalardus et prefatus Raimundus. Sed Raimundus habebit manedam extra hoc, pro cuius concambio habebit Uzalardus ipsos operadores cum suo cibo quando operari voluerit. Cetera que ad predictos boschos pertinent sit sicut solitum est fieri inter eos.⁶⁵ Sed de Castel Palom et de Astelers et de Torrents traginam facient Uzalardo. Adquisitiones in predicto honore predictus Uzalardus non faciet aliquomodo nisi tantum unam quam ei facere permittit prelibatus Be-

rengarius abbas⁶⁶ semel in anno in autumpni tempore, tali siquidem pacto: quod,⁶⁷ vocato preposito Sancti Iohannis et priore Sancte Marie ac Raimundo Poncii, dicat Uzalardus de ipsa acquisitione quod aptum et conveniens sit.⁶⁸ Et si inconveniens quod dixerit Uzalardus fuerit, predictus prior et Raimundus Poncii ac⁶⁹ prefatus prepositus diminuunt de illa acquisitione, ita quod conveniens sit.⁷⁰ Quam acquisitionem adunabit⁷¹ baiulus Sancte Marie in suo honore et baiulus Sancti Iohannis in suo, qui dabunt ipsam acquisitionem Uzalardo salvis similiter suis reddecimis;⁷² et in Lazez⁷³ in fevis de caballariis similiter. Extra hanc acquisitionem concedit prenomatus Berengarius abbas Uzalardo quod fatiat acquisitionem unius migerie frumenti in unoquoque manso in parrochia de Valle Facunda et non amplius.⁷⁴ Has siquidem antedictas acquisitiones habeat et teneat pro memorato⁷⁵ Berengario abbate predictus Uzalardus, sicut et alios feudos quos tenet pro eo.⁷⁶ Si qua autem peccora vel iumenta, exceptis caballis et mulis, vel si qua pecunia infra terminum predicti castri de Mal An ad custodiendum missa vel data fuerint, ita salva predictus Uzalardus et predictus Raimundus Poncii⁷⁷ cum uxore sua ac filiis infra predicti castri terminum conservent, ut a nemine eorum aliqua occasione vel calliditate quoquomodo inquietentur, set salva et incontaminata et quieta propriis suis dominis omnia serventur. Si autem Uzalardus tam⁷⁸ de commissis quam de aliis⁷⁹ superius scriptis aliquid fregerit, totum quod habet in Frexaned dedit Raimundo Poncii et uxori sue ac filiis. Si vero Raimundus vel uxor eius ac filii fregerint, totum quod habent in predicto Frexaned in dominium dimittant⁸⁰ predicto Uzalardo solide et libere. Quod si infra X dies ista que prediximus non emendata fuerint, illi qui comendaverit sua infra predictum terminum castri ita perdat quod habet in predicto Fraxaneto, ille qui per cuius culpam perditum fuerit postquam commonitus fuerit alter ab altero per se vel per nuntios suos. Extra vero ista comendata,⁸¹ propter alia superius scripta ut bene sint firma et incolvula conservent tam Uzalardus quam Raimundus Poncii et uxor eius ac filii, promittunt sub fide hominii supradicto domino suo Berengario abbati quod ab hac hora in antea nichil aliud accipiant vel accipere fatiant, adquirant aut adquirere fatiant,⁸² in supradicto honore Sancti Iohannis nisi ea que supradicta sunt. Immo defendant ipsum honorem ad commodum et utilitatem hominum ibidem existentium eiusdemque Berengarii abbatis contra cunctos malefactores; et insuper obligant eidem abbati omnem beneficium, tam suprascriptum quam totum

aliud quod tenent pro eo, ita quod si infra XXX dies postquam ammoniti fuerint quod ei forifecerint non emendaverint, tantum et tamdiu ipsa ammittant beneficia donec in quadruplum ipsi abbati et hominibus restaurent malefacta. Iterum ut hec omnia prelibata semper firmiter permaneant,⁸³ mittit Raimundus Poncii et uxor eius ac filii obsides Uzalardo Berengarium de Cuil Sech per D solidos melgurienses et Berengarium Arnalli de Villa Nova per alios D et Guillem Ebrini de Balbs per alios D et Guillem Pontii de Balbs per alios D,⁸⁴ ut hii III^{or} deveniant in potestate⁸⁵ Uzalardi et tamdiu teneat eos in sua potestate ubi ipse voluerit et possit eos distringere quousque unusquisque eorum se redimat quantum dictum est, postquam commoniti fuerint infra L dies. Iamdicti vero solidi omnes sint melgurienses. Et insuper remaneat clamor quousque sit emendatum hominibus a Raimundo Poncii et uxore eius ac filiis. Si vero Uzalardus infregerit premissa superius, teneat Raimundus Poncii et uxor eius ac filii in pignus suum servitium ut non fatiat illud Uzalardo de L diebus in antea quousque redirigat hominibus malefacta, exceptis chestis prescriptis quas non vocent toltas. Si vero aliquis de obsidibus obierit, mittatur alter in obsidione ad Uzalardum qui sit sine⁸⁶ eius engan et qui tantum valeat et per tantum. Quod si hoc non fecerit Raimundus Poncii, postquam appellaverit eum Uzalardus infra L dies, incurrant in eius potestate alii obsides quousque se redimant vel alius illi restauretur sine eius engan.

Actum est hoc III idus novembris, anno XV regni Ledovici regis.

Sig+num Berengarii abbatis.⁸⁷ Sig+num Udalaard*.⁸⁸ Sig+num Raimundi Pontii. Sig+num Arsendis, uxoris eius. Sig+num Guillelmi Raimundi, Sig+num Dalmatii, Sig+num Petri, filiorum eorum. Sig+num Raimundi Bernardi de Guardia. Sig+num Pontii Bernardi. Sig+num Gauzfredi Guilelmi. Sig+num Guilelmi Bernardi. Sig+num Arnalli Geralldi. Sig+num Dalmatii de Sala. Sig+num Berengarii de Cuil Sech. Sig+num Berengarii de Villa Nova. Sig+num Guilelmi Poncii de Balbs. Sig+num Guilelmi Ebrini de Balbs.⁸⁹

Raugerius sacerdos scripsit hoc sub die (*senyal*) et anno quo supra,⁹⁰ cum litteris dampnatis in VII^o regulo et superpositis in XX^oII^o et XXIII^o in duobus locis et in XXX^o similiter in duobus locis et in XXXVII^o similiter in duobus locis et in XXX^oVIII^o et in XL^oVI^o.⁹¹

1. in potestate et manu Berengarii, abbatis Sancti Iohannis, dominus ipsorum *manca* B. 2. iniusticiis et malis empresionibus quas faciebant in *manca* B. 3. Sancte Marie de Grassa et Sancti Iohannis et B. 4. qui sunt sub potestate predicti castelli B. 5. diffinierunt per missu dicti abbatis *manca* B. 6. habebat B. 7. Rivi Dadri B. 8. ciphos B i C. 9. et II gallinas aut pernam I cum plenitudo fage fuerit B. 10. et alias III ad choquinam B. 11. et assaturam carnis ad ipsum forester cum faga fuerit ab ipsis rupibus B. 12. de civada B. *Segueix* et cum faga fuerit ab ipsis rupibus insuper *subratllat per indicar que ha estat cancel-lat*. 13. de quibus omnibus medietatem dabit B. 14. B *segueix*: Et in honore predictae Sancte Marie arietes II in uno anno et in alio unum, de quibus omnibus medietatem dabit Uzalardo. Et in omni honore Sancti Iohannis predicti et Sancte Marie medietatem de omnibus placitis et de omnibus redemptionibus mansorum et omnium hominum. Firmaciones predictorum placitorum et donationes et laxationes mansorum et hominum pariter habeant et faciant baiulus predicti Raimundi Poncii et baiulus Sancti Iohannis et Sancte Marie predictae. 15. et insuper B. 16. habebit ipse foraster in unoquoque C. 17. cucioni suo cum assatura carnis semel C. 18. quarteres III de ordeo ad mensuram Rivi Dadri, si habitatores in se habuerint. Si vero habitatoribus caruerint, tantum donent de ipso loced quantum de eorum pertinenciis laboratum fuerit B. 19. Omnes alii mansi B. 20. Sancti Iohannis predicti B. 21. de ordeo B. 22. Ridadri C. 23. ad mensuram Ridauri si habitatores in se habuerint *manca* B, *que en el seu lloc escriu*: et sit de ermis mansis, sicut superius scriptum est. 24. in omni predicto honore B. 25. ad operam ipsam et nullum pro aliqua occasione dimittant nisi unum pro calciamento et alium pro victu unusquisque baiulus qui sit Sancte Marie vel Sancti Iohannis. Et similiter baiuli Sancte Marie et Sancti Iohannis, cum castellanis preceperit ducant omnes homines armatos ad defendendum et ulciscendum de inimicis suis cum opus fuerit B. 26. habuerit opus B. 27. quod dictum est *manca* B. 28. et Raimundus Poncii predictis baiulis qui eos adducant Raimundo Poncii et Raimundus Poncii Uzalardo B. 29. Ut autem in predictis hominibus vel in eorum mansis tam de Sancta Maria quam de Sancto Iohanne quam etiam de fevatariis omnibus B. 30. ad B. 31. dimittit eis predictus Uzalardus absque ulla querimonia in supradictos mansos qui habitatores in se habuerint, ut de unoquoque manso habeant predicti Raimundus B. 32. de ordeo B. 33. Rivi Didri B. 34. in tempore B. 35. Que omnia habeant pro feudo et beneficio iamdicti Berengarii abbatis Sancti Iohannis, cum aliis feudis que preterea tenent pro eo *manca* B. 36. *C situa el text* Et si bos vel vacca mortuus ... quam etiam de fevatariis omnibus *a continuació de* quam in eis non habeant *allà on hi ha la nota* 39. 37. salvis ... baiuliis *afegit a la interlínia*. 38. ac Raimundi Poncii *afegit a la interlínia*. 39. set baiuli ... non habeant *afegit a la interlínia*. Similiter predictus Uzalardus hec eadem dimittit eis accipere tam in honore Sancte Marie quam etiam de fevatariis omnibus. Prefatam autem migeram frumenti et ordei nullus homo alius accipiet nisi baiulus Sancti Iohannis et Sancte Marie, qui dabunt eas predicto Raimundo Poncii ad festivitatem sancti Michaelis et moltones totonsos in festivitate sancti Petri, salvis suis redemis sive baiulivis. Cugucie vero et homicidia sunt de Sancto Iohanne et de Sancta Maria. Alia siquidem placita habeant medium per medium predictus Raimundus Poncii et uxor eius ac filii cum Sancta Maria et Sancto Iohanne. Firmaciones vero predictorum placitorum et donationes ac redemptiones mansorum et hominum baiuli Sancte Marie et Sancti Iohannis ac Raimundi Poncii pariter faciant et accipiant, set baiuli Sancte Marie et Sancti Iohannis sint semper proprii et solidi Sancte Marie et Sancti Iohannis sine omni dominacione Uzalardi et Raimundi Poncii quam in eis non habeant *manca* B. 40. autem censu B. 41. Sancti Iuliani Valle Facunde B. 42. ei B. 43. unam *manca* B. 44. ad opera et choxam vacce predicti castris B. 45. Poncii *manca* B. 46. Ri[v]i Dadri B. 47. B *segueix*: Prefatam autem migeram frumenti et ordei nullus homo alius accipiet nisi baiuli Sancte Marie vel Sancti Iohannis qui dabunt eas predicto Raimundo ad festivitatem sancti Michaelis et similiter dabunt isti baiuli totonsos moltones in festivitate sancti Petri. 48. Concedit totum predictus Berengarius abbas quod habeat *manca* B. 49. Adhuc autem habet predictus Uzalardus in honore Sancte Marie et Sancti Iohannis B. 50. B *segueix*:

de quibus omnibus dat medietatem Raimundo Poncii exceptis hominibus de parrochia Valle Fecunda et exceptis illis hominibus de fevo de Lazes. 51. B *segueix*: habet Uzalardus in supradicto omni honore. 52. ciphos fabis plenos, III B. 53. et *manca* B. 54. B *segueix* ad se. 55. A *l'exemplar C una mà d'època moderna escrigué* I alberga volat a receptum. 56. et insuper B. 57. *Manca*. 58. Cirred D. 59. Cirred in unaquaque domo singulos agnos habet Uzalardus per erbam B. 60. excepti ... alibergs *afegit a la interlínia*. 61. Uzalardus quam ... et Uzalardus *afegit a la interlínia*. 62. non permittat aliquos erbare in omni predicto honore, nec tam Uzalardus quam predictus Raimundus Poncii non habeant in Cuil Plana nisi supradictas foresterias et Uzalardus preterea *manca* B. 63. Lades C. 64. Lades C. 65. B *segueix*: Et quando necessarium fuerit Uzalardo operari in domibus Sancti Privati predicti honoris, homines incidant ligna que necessaria fuerint et trahant ea usque ad Malum Pertusum vel ad Pla Felgars, et hec facient predicti homines ex precepto baiulorum Sancte Marie et Sancti Iohannis. Homines parrochie de Lazes huic operationi de Sancto Privato non intererunt. 66. B *segueix*: tantum unam quam ei facere permittit prelibatus Berengarius abbas. 67. B *escriu* et cum facere eas voluerit. Est pactum inter eos quod *en lloc de* tali siquidem pacto quod. 68. dicat Uzalardus quod sibi de adquisicione aptum et conveniens visum fuerit B. 69. et predictus Raimundus ac B. 70. B *escriu* habeant potestatem servire predictis hominibus de predicta adquisicione *en lloc de* diminuunt de illa adquisicione, ita quod conveniens sit. 71. adunabit *afegit a la interlínia*. 72. que dabunt ... *redecimis afegit a la interlínia*; *manca* B. 73. Lades C. 74. in parrochia de Valle Facunda *afegit a la interlínia*; in unoquoque manso et non amplius in parrochia de Valle Facunda C. 75. memomono *al text*; memorato C i D. 76. B *escriu* Sed in parrochia de Valle Fecunda retinet Uzalardus quod faciat adquisicionem unius migerie frumenti in unoquoque manso extra hanc adquisicionem et non amplius, et quod baiulus suus adunet ei tam de fevis quam de honore Sancti Iohannis quicquid ibi adquisierit *en lloc d'Extra* hanc adquisicionem concedit prenominate Berengarius abbas Uzalardo quod fatiat adquisicionem unius migerie frumenti in unoquoque manso in parrochia de Valle Facunda et non amplius. Has siquidem antedictas adquisiciones habeat et teneat pro memomono Berengario abbate predictus Uzalardus, sicut et alios feudos quos tenet pro eo. 77. Poncii *manca* B. 78. tam *manca* B. 79. quam de aliis *manca* B. 80. dimisere B. 81. Extra ista vero comendata B. 82. faciant *afegit a la interlínia*. 83. Promittunt sub fide hominii supradicto domino suo Berengario abbati quod ab hac hora in antea nichil aliud accipiant vel accipere fatiant, adquirant aut adquirere fatiant, in supradicto honore Sancti Iohannis nisi ea que supradicta sunt, immo defendant ipsum honorem ad comodum et utilitatem hominum ibidem existentium eiusdemque Berengarii abbatis contra cunctos malefactores et insuper obligant eidem abbati omnem beneficium, tam suprascriptum quam totum aliud quod tenent pro eo, ita quod si infra XXX dies postquam ammoniti fuerint quod ei forifecerint non emendaverint, tantum et tandiu ipsa ammittant beneficia donec in quadruplum ipsi abbati et hominibus restaurent malefacta. Iterum ut hec omnia prelibata semper firmiter permaneant *manca* B. 84. et Guilelmum Poncii de Balbs per alios D et Guilelmum Ebrini de Balbs per alios D B. 85. et tandiu maneat in eius potestate B. 86. qui sine sit B. 87. Sig+num Berengarii abbatis *manca* B. 88. Sig+num Uzalardi vicecomitis B. 89. D *afegeix* Ego Berengarius, Dei gratia Sancti Iohannis abbas. 90. B *acaba*: Hoc superius scriptum est translatum ab originali editum instrumento in quo hi subscripti testes existunt, videntes qualiter hoc fuit transsumptum. Sig+num Guilelmi de Pelachoins, Sig+num Raimundi de Chabaneles. Hanc firmat cartam Guilelmus Terariensis, iudex Rivi Pollensis. Sig+num Raimundi, sacriste Sancti Iohannis. Sig+num Raimundi de Angles. Petrus sacerdos scripsit hoc translatum II nonas octobris, anno ab incarnatione Dei filio M^o C^o XC^o V^o +. C *indica a continuació, en pun i a cap, la clausura del trasllat*: Bernardus levita, qui hoc translatum fideliter scripsit presentibus Guilelmo de Scella et Arnaldo de Riera et Bernardo Moiacho, presbiteris. 91. D *continua*: Ego Petrus, presbiter de Luparia, vice Berengarii de Caselli, publici scriptoris Sancti Iohannis Rivi Pollensis, traslatavi hoc fideliter ab originali instrumento VIII^o kalendas augusti, anno Christi M^o CC^o XXX^o

III^o cum suprascripto in secunda et VII^a linea, puncto ad punctum, verbo ad verbum, nichil addetis vel [diminuitis] coram V presbiteris testibus [...]tis, qui hoc translatum cum originali instrumento legerunt et probaverunt, nichil plus et minus in uno qua in altero inveniunt et hoc signum (*senyal*) feci. [...]lius levita, publicus Sancti Iohannis scriptor, qui hoc subscrip(*senyal*)sit.

544

1122, novembre, 14

Acta de consagració i dotació. *Oleguer, arquebisbe de Tarragona, consagra l'església de Santa Maria de Palau-solità.*

- A [Original no localitzat.]
 B Trasllet del 6 de febrer de 1210. ACA, Trasllet del 6 de febrer de 1209. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 248, 440 × 200 mm. Bon estat de conservació.
 C [Còpia del 20 de juny de 1634, autoritzada per Rafel Domènech, arxiver reial. Palau-solità, AP, perduda.]
 D Còpia de vers 1766, autoritzada per A. Campillo. Barcelona, AD, *Registra dotaliorum*, vol. VII, ff. 240v-241v.
 E [Còpia del segle XVIII en el ms. A-8, tom 14, de J. Caresmar, pp. 158-160, que es conservà a l'Arxiu dels Franciscans de Vic fins al 1936].
 F Còpia parcial de 1788. Madrid, RAH, Colección Traggia, vol. 2, f. 57 núm. 61.
 a CAMPILLO, *Disquisitio methodi*, tit. XX, pp. 52-53.
 b *Catalunya romànica*, XVIII, p. 128.
 c ORDEIG, *Les dotalies*, III-1, pp. 74-76.
 d MARTÍ BONET, *Oleguer*, doc. 51.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 77, 633, 713. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 54, 55.

No s'han fet les variants de les còpies D i F.

Anno¹ incorporationis Dominice millesimo C XX II, XVIII kalendas decembris, comuni utilitate providentes venerabilis Ollegarius, Dei nutu Tarrachonensis archiepiscopus, et kannonichorum Barchinonensis sibi comissorum conventus inferius anotatus, cum non parvo populorum concurso, sollemniter convenerunt ad consecrandum domum Dei in onore Dei ienitricis Marie in chomitatu Barchinonensi, in Vallense, in pago vocitato Palad Salatan. Die siquidem consecrationis confirmaverunt predicte ecclesie quiquid possessionum abebat vel habere debebat ubique locorum, terras videlicet et vineas atque cimiterium XXX^{ta} ecclesiasticorum passuum ab oriente et meridie sive septentrione ipsi ecclesie confirmaverunt, ab occiduo passus XX^{ti} similiter confirmaverunt, et quiquid eodem spatio containeretur sub defensione ecclesiastica posuerunt atque temerarie inde aliquid auferentem vel invadentem, ut reum sacrilegii omnino condempnaverunt donec kanonice

satisfaceret. Suprascripta quoque cimiteria dedit prelibate ecclesie Raimundus Mironis, cum uxore sua Ermengardis, propter Deum et remedium animarum suarum vel parentum suorum, una cum manso in quo abitat Iohannes, que vocant Borsas, et alio manso ad ipso Plano que laborat Compan Ratsen, cum terris et vineis et illorum pertinenciis. Alodia autem sep[e]dicte² ecclesie sunt hec: In loco que dicunt Ventaioi pecias tres terre separatim positas, et ad domum Guilaberti Bonus Omo peciam I terre, et terras et vineas cultas vel eremas que abet suprascripta ecclesia ad ipsas Valles, et alias II pecias terre que sunt ad ipso manso de Venrel. Habet autem terminos sive affrontationes pretexata ecclesia, unde accipit decimas et primicias et oblationes fidelium: ab oriente in strata que pergit per Petra Fita de Kalidis ab Barchinonam, et sic eundo usque in aliam viam que pergit de Palati³ ad Granoiis usque in aliam viam que pergit per ipsa serra de Plegamans, a meridie in alodio de Berengarii de ipsa Ruvira, ab ocase in via publica que pergit per ipsa serra de Meserata, a septemtrione in alodiis Sancti Michahelis hac Sancti Laurentii sive Sancte Marie de Amer et in parroechia de Kalidis, in alodio chomitis. Constituerunt quoque ut ipsa ecclesia ha⁴ Barchinonensi sede crisma acciperet eidemqui⁵ sedi annualiter per censum inter duos sinodos solidos III minus denarios II monete curribilis persolveret. Ut autem prescripta ecclesia plena libertate gauderet, constituerunt ut salva iusticia et dignitate prelocute sedis que sui iuris sunt vel erunt possideret, et ut nulla ecclesiastica secularisve persona eam suis rebus expoliare vel invadere presumat, sub anatematis interpositione proibuerunt cunctisque ei iusta servantibus et benefacientibus absolutionem peccatorum per Dei gratiam promiserunt.

Actuum est hoc die et anno prefixo.

Ollegarius, Tarraconensis metropolis indignus dispensator (*senyal*).

Signum+ Petri, diachoni et sachristani. Signum+ Berengarii, levite et capitis scole. Sig+num Raimundi Mironis. Sig+num Ermengardis, uxor prescripti Raimundi. Sig+num Petrus Raimundi. Sig+num Bernardi subdiachonis. Sig+num Berengarii de ipsa Ruvira.⁶ Sig+num Arnaldi Raimundi de Buada. Sig+num Arberti Amati. Sig+num Mironi Bernardi. Sig+num Arnaldi Bernardi. Sig+num Arnal levita. Signum+ Arberti clerici. Signum+ Petri Raimundi clerici. Signum+ Berengarii clerici.

Armibus⁷ presbiter,⁸ qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.⁹

1. B comença: Hoc est translatum fideliter translatum sub cuius testes series ita est. 2. Manca. 3. i afegida a la interlínia. 4. En lloc de a. 5. En lloc de eidemque. 6. Manca. 7. Tal vegada en lloc de Raimundus. 8. presbiter monograma. 9. B acaba: Guilelmus presbiter, qui hoc firmo. Sig+num Guilelmi presbiteri. Sig+num Arnaldi sacerdotis. Signum (*senyal*) Guilelmi subdiachonis, qui hoc translatum scripsit VIII idus febroari, anno Domini M CC nono, die et anno quo supra.

545

1122, desembre, 3

Convinença. *Jordà de Sant Martí promet fidelitat i servei a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, pel Castell Vell de Barcelona, que ha rebut en les condicions establertes entre els comtes Ramon Berenguer I i Almodis i el vescomte de la ciutat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 159 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 330), 110 × 355 mm. Bon estat de conservació.
a RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 160 (amb data de 5 de desembre).

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 159. — BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 338, 679. — MIRRET I SANS, *La casa*, pp. 49-52 — PLADEVALL, *Els senescals*, p. 124. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52. — KOSTO, *Making agreements*, p. 221. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 127.

Hec est convenientia quam Iordanus Sancti Martini facit domino suo Raimundo Berengarii comiti et Dultie comitisse Barchinonensium et marchie atque Bisullunensium et Provintie. Pateat omnibus hominibus quod ego Iordanus convenio predicto comiti et prefate comitisse ut hac die in antea sim vobis fidelis et sincerus homo de vestra vita et de vestris corporibus et de vestris membris que in corporibus vestris se tenent per fidem, sine engan, et quod adiuvo vos tenere et habere et defendere et gueregare contra cunctos homines vel feminas omnem vestrum honorem quem hodie habetis vel in antea adquisituri estis, Deo adiuante, comitatum videlicet Barchinonensem atque Gerundensem et Bisullunensem sive Ausonensem et episcopatos atque abbatias cum omnibus edificatis et non edificatis, montibus et planis atque castellis que sunt in prefatis comitatibus, de castro vero Barchinonensi super Portam Merchatalem quod vocant Castellum Vetus. Convenio ego prenomatus Iordanus vobis prescripto comiti et prefate comitisse dare et facere omnes convenientias et potestates de me et de castellanis ipsius castelli quas convenit et fecit olim vicecomes prefate civitatis Barchinone Raimundo Berengarii comiti et Almodi comitisse, avis tuis, sicut scriptum est in convenientiis quas prefatus vicecomes fecit illis et manu propria firmavit et

in sacramentalibus que illis fecit et iuravit. Hec autem omnia convenio et fatio prescriptus Iordanus vobis prelocuto comiti et comitisse propter comendationem prenominati castelli barchinonensis et propter donationem et licentiam quam datis mihi in acquirendo vicecomitatu Barchinonensium, cum omnibus suis pertinentiis ad predictum vicecomitatum qualicumque modo pertinentibus. Propter hec namque convenio ego predictus Iordanus vobis prelibato comiti et comitisse omnia superius comprehensa et propter alium honorem que pro vobis teneo ut fatiam et attendam vobis ea omnia per fidem sine engan. Si vero ego Iordanus hanc convenientiam aliquo modo fregero et emendare voluero, postquam ammonitus fuero per vos, seniores meos, aut per vestrum nuntium vel nuntios, non sim culpabilis. Si autem infra LX dies postquam amonitus fuero per vos, seniores meos¹ comitem² vel comitissam, aut per vestrum nuntium vel nuntios ego Iordanus nolueram hoc emendare in volumptate comitis vel comitisse per directum,³ transactis LX diebus post ammonitionem fiant comes et comitissa absoluti ex prefata honore et vicecomitatu facere⁴ vestram volumptatem donandi, vendendi aut pignorandi, sine querela Iordanis et ullius hominis per eum.

Quod est actum III nonas decembris, anno Dominicæ incarnationis millesimo C^o XX^{mo} II.

Sig+num Iordanus, qui hanc convenientiam facere iussi et firmavi et testibus firmarę rogavi.

Sig+num Gilabertus vicecomes. Sig+num Guilelmus Renardi. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Raimundi Mironis. Sig+num Bernardi de Lutiano. Sig+num Berengarius seneschalc. Sig+num Petri Bertrandi. Sig+num Arnallus⁵ Bernardi.

Raimundi diachoni, qui hec scripsit die et anno prefixo.

1. *Segueix co sense cancel·lar.* 2. *Segueix et raspada.* 3. *Segueix et ratllat.*
4. *Segueix s ratllada.* 5. *La segona a afegida a la interlínia.*

1123, gener, 29

Testament. *Guillem de Vilar atorga testament. Llega dos masos al monestir de Santa Maria de l'Estany, amb el compromís que aquest cenobi pagui vuit morabatins a Pere de Calbetó.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 249, 120 × 235 mm. Bon estat de conservació.

Hoc est breve testamentum quod iussit scribere. Ego Guillem de Vilar iaceo in egritudine de plaga et timeo mortem et dico pro anima mea. In primis dimito corpus meum et animam meam ad domino Deo et Sancta Maria Stagni, et dimito ipsum meum alaudem francum qui est infra termine de castrum Callers et ipsum alaudem francum qui est infra termine kastrum Clera hac sicut pater meus melius tenebat et habebat per suum alaudem francum in vita sua. Sic dimito ad Sancta Maria Stagni vel ad eius servientes in ista conveniencia ut seniores Sancta Maria Stagni donent a Pere de Qualbeto VIII morabetinos. Si quis homo vel femina qui contra isto testamento venerit pro inrumpendum sive potestate sive seniore sive nullum meum proximum aut nullusque homo aut nulla mala discepcione aut nullum tortum aut nulla¹ nequicia hic facere voluerit contra Sancta Maria vel ad eius servientes, non possit facere, set in primis ira Dei omnipotentis incurrat et apud Iuda, qui Dominum tradidit, participacionem accipiat et de sanctas Dei ecclesias extraneus eficiat et sic fiat excommunicatus et maledictus de Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et de sanctum euvangelium et de quatuor evangelias Marcum et Mateum, Lucham et Ihoannem,² et de tota agmina sanctorum. Sic fiat excommunicatus hic et in perpetuum et in futuro seculo.

Actum est hoc IIII kalendas februarii, anno VX regnante³ Leodoici regis.

Sig+num Guillem, qui isto testamento feci scribere et testes firmare rogavi.

Sig+num Bernad de Kastrum Uduli. Sig+num Pere de Qualbeto. Sig+num Arnad⁴ Berenger. Sig+num Arbert sacer.

Petrus subdiachonus, qui hoc scripsit die et anno quod su(*senyal*)pra.

1. Segueix nu ratllat. 2. m expuntuada entre o i a. 3. is expuntuades entre g i n. 4. Segueix Bernad ratllat.

[1123], abril, 9

Definició. *Bernat Ramon de Maçanet renuncia a favor de Santa Maria de la Seu d'Urgell a tots els drets sobre el castell de Castellet que posseïa injustament, atès que el seu oncle matern n'havia fet donació a aquesta canorja. Al mateix temps, Bernat es reconeix home propi del bisbe Pere i dels seus successors.*

- A [Original no localitzat.]
 B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 250 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac C, núm. 292), 170 × 210 mm. Bon estat de conservació.
 C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 250 dupl. (*olim* arm. [10] Manresa, sac Q, núm. 374), 230 × 110 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del rei; la no-coincidència amb l'any de l'Encarnació creiem que és a causa d'un error de l'escrivà de la primera còpia, que hauria escrit VI en lloc de III en l'expressió de la data.

Omnibus notum sit hominibus¹ qualiter ego Bernardus Raimundi de Mazaned² veni ad Sanctam Mariam sedis Urgelli recognoscens quomodo³ avunculus meus dimisit pro anima sua castrum quod vocatur Castellet Sanctę Marię sedis Urgelli et eius canonicę et qualiter antecessores mei et ego iniuste tenimus eum usque in hodiernum diem. Nunc autem ego prefatus Bernardus recognoscens sicut superius scriptum est hoc malum egisse, laudo et reddo prefatum castrum Deo et Sanctę Marię eiusque canonicę in manu domni Petri episcopi et clericorum Sanctę Marię propter remedium animę meę et parentum meorum ut donet potestatem de iamdicto castro sine enganno episcopis et canonicis Sanctę Marię sedis quantas vices inde quesierint illam, irati vel pagati. Et habeat ibi Sancta Maria dominicaturam quam ibi dimisit ei avunculus meus iamdictus. Hoc totum sicut superius scriptum est ego ipse sine enganno Sanctę Marię eiusque canonicę tenebo et militibus qui per me tenent prefatum castrum vel tenebunt et successoribus meis cui ipsum castrum dubitavero tenere mando et mandabo. Et propter hoc sum homo propriis manibus prefati episcopi et successorum eius et fiant successores mei.

Acta est carta recognicionis et reditionis huius anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi M C^o XX^o VI^o,⁴ V idus aprilis, regnante Ledovico XV anno regni sui.

Sig+num Bernardi Raimundi de Mazaned,⁵ qui hanc cartam scribere iussit et scriptam propriis manibus firmavit et subscriptis testibus firmare rogavit.

Sig+num Olivarii de Palaz.⁶ Sig+num Gonbaldi⁷ de Benavent. Signum + Petri, Urgellensis episcopi. Signum (*senyal*) Bernardi Sancier, archidiaconi sedis et abbatis Agerensis⁸ ecclesię. Sig+num Bernardi Arnalli prioris. Sig+num Girberti clerici. Sig+num Poncii Bernardi. Sig+num Bernardi Poncii, fratris eius. Sig+num Petri de Banneres. Signum+ Rogerii levite*, Barchinonensis kannonici. Sig+num Arberti de Taravall militis. Signum (*senyal*) Geralli, Beate Marie servi.

Signum (*senyal*) Petri presbiteri, qui hoc scripsit in iamdicto die et anno.

1. Omnibus hominibus sit notum C. 2. Macaned C. 3. *Segueix un espai de quinze lletres aprox. en blanc.* 4. *En lloc de M C° XX° III°.* 5. Macaned C. 6. Palad C. 7. Gonballi C. 8. Agerrensis C.

548

1123, abril, 13

Empenyorament. *Ponç de Montpaó i la seva muller Dolça empenyoren a Guillem Hug i a la seva muller Guillema totes les seves possessions situades a Cervera i a Montpaó, per raó d'un deute de sis-cents sous de Barcelona.*

A [Original no localitzat].

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 251 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 540), 24 × 220 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, pp. 352-353. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 54, 55, 57.

Notum sit cunctis quod ego Poncius de Monte Pavone et uxor mea Dulcia, per nos et per nostros, inpignoratores sumus tibi Guilelmo Ugoni et uxori tue Guilelme et vestris et cui relinquere aut inpignorare volueritis pro vestro averi omne ipsum honorem hermum vel cultivatum quem Petrus de Monte Pavone, pater de me Poncio, misit in pignore Guilelmo Ugoni, patri vestro, et est omnis ille honor in termino Cervarie et Montis Pavonis. Totum integrem, sicut melius nobis illum honorem pertinet et pertinere debet quibuscumque racionibus, abstrahimus a dominacione nostra et iure et in hunc diem presentem tradimus pro pignore in dominium et potestatem de vobis et de vestris, cum ingressibus suis et egressibus et cum omnibus nobis ibi habentibus et pertinentibus quocumque modo et totum sicut ex omnibus partibus affrontat et affrontare debet, pro DC solidis Barhcinone¹ ex quibus habuimus tantum de vestro, unde de toto bene a vobis paccati remansimus. Et habeatis et possideatis vos et vestri omnem ipsum honorem ab hoc primo festo beati Michaelis septembris venienti usque ad duos annos venturos completos. Et si in capite illorum duorum annorum nos vel nostri non redimerimus² illud pignus, stet deinceps sub potestate vestra et vestrorum de anno in annum de uno festo beati Michaelis septembris ad aliud, tamdiu et quousque nos vel nostri persolvamus vobis vel vestris omnes DC solidos Barchinonenses et totum illud aliud avere quod pater

vester habebat ad obitum suum in ipso honore quomodo scribitur in aliis cartis vestris. Et si hec moneta fuerit abatuta vel mutata, reddemus morabetinos in auro bonos lupinos vel aiadinos rectique pensi ad computum VII solidos unumquemque, tot hac ratione quousque totum illud avere habeamus completum. Et non possumus illum honorem redimere nisi totum in simul et per totum illud avere quod pater vester et mater vestra habebant in ipso honore et per totum illud predictum quod scribitur in hoc instrumento. Toto illi avere persoluto, honor sit absolutus, set quecumque expleta inde habueritis sint vestra pro lucro et non computentur in solucione. Et habeatis salvam vestram laboracionem si aliquid ex ipso honore erit seminatum vel garaitatum ad diem redimendi. Et convenimus vobis acceptoribus quod totum pignus quomodo scribitur in hoc instrumento faciemus vobis et vestris et quibus mandaveritis in bona pace habere et tenere et expletare semper ad intellectum vestrum et vestrorum quamdiu erit vestrum pignus. Et contra cunctos homines et feminas erimus nos et nostri de toto hoc boni guirentes vobis et vestris sine omni fraude vestra et vestrorum. Et ut sitis ex hoc securiores, ego Dulcia iuro per Deum et sancta IIII^{or} evangelia quod contra hoc pignus per rationem sponsalicii sive per aliquam legem vel artem aut etiam per ullam aliam vocem ego non possim venire unquam neque aliqua persona per me aliquo modo quamdiu sit vestrum pignus. Si quis hoc disrumperit, in duplo componat.

Factum est hoc idus aprilis, anno Domini M^o C^o XX^o III^o.

Sig+num Poncii de Monte Pavone, sig+num Dulcie uxoris eius, qui hoc totum firmamus, laudamus testesque firmare rogamus.


Sig+num Guilelmi de Monte Tornes, qui hoc totum firmo.

Sig+num Carbonelli de Villa Crassa, Sig+num Berengarii Rufonis, Sig+num Bernardi de Micina, Sig+num Raimundi de Rabinato, isti IIII^{or} sunt testes.

Sig+num Guilelmi de Rovira, consobrini predicti Poncii, qui hoc totum concedo et firmo.

+ Virgilius, qui hoc scripsit iussu Poncii de Monte Pavone die et anno quo supra.

1. *En lloc de Barchinone. Hem deixat la forma del text original perquè és l'habitual en els documents de l'època.* 2. *En lloc de rediderimus.*



1123, juny, 18

Jurament de fidelitat. *Arbert Bernat jura fidelitat als germans Bernat, Pere i Galceran Ricard pel castell d'Arraona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 254 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac S, núm. 736), 195 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Iuro ego Arbertus Bernardi, filius qui fui de Ermeniards femina, vobis Bernardo Ricardi et Petro Ricardi et Gaucerando Ricardi, qui fuistis filii Ermesindis femine, quia de ista ora in antea fidelis ero vobis per fidem, sine vestro engan et sine ulla decepcione, de vita vestra et de membris vestris et de toto vestro honore quem hodie ubicumque habetis et per quemcumque modum tenetis et in antea acquirere potueritis, sicut homo debet esse fidelis suis senioribus quibus est manibus comendatus. Et nominatim ero vobis fidelis et filiis vestris¹ et illi et illis quibus vos dimiseritis et testati fueritis de ipso castro quod dicitur Arraona et de omnibus edificiis eius et ex omnibus terminis et pertinenciis eius. Et fidelis ero vobis ex omnibus rebus que per quemcumque modum² pertinent ed eundem castrum et nec ego inde tollam quicquam vobis, nec parvum nec multum, nec homo nec femina per meum consilium nec per meum ingenium nec per meum stabilimentum, et adiutor ero vobis a tenere et habere et ad defendere ipsum honorem quem hodie habetis et in antea acquirere potueritis, excepto Guilabertus vicecomiti et Bertrandus Suniarii. Et adiutor ero vobis a tenere et habere et ad defendere predictum castrum de Arraona et omnis res que pertinet ei contra cunctos homines et contra cu[n]ctas³ feminas qui vobis quicquam inde tulerint aut tollere voluerint. Et faciam vobis ipsum adiutorium sine vestro engan per omnes vices quas me comonueritis per istum sacramentum per vos ipsos aut per vestros missos aut missum. Et non vetabo⁴ me ex hoc comonere et per omnes vices quas volueritis et me inde requisieritis dabo vobis potestatem de predicto castro sine vestro engan secundum voluntatem vestram et, sicut est suprascriptum, sic tenebo et adimplebo.⁵ Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc XIII kalendas iulii, anno XV regni regis Ledoyci.

Sig+num Arberti Bernardi, qui hoc sacramentale feci, firmavi testibusque firmari rogavi.

Sig+num Raimundi Gauberti. Sig+num Raimundi⁶ Mironis de Palacio. Herimieterius* firmavit nomem Petrus +.

Sig+num Peregrini presbiteri, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis in linea V, die et anno quo supra.

1. et filiis vestris *afegit a la interlínia.* 2. u *corregeix o.* 3. *Manca.*
4. o *corregeix una altra lletra.* 5. *Segueix et adimplebo ratllat.* 6. *Segueix de ratllat.*

550

1123, juliol, 12

Encomanament. *Ramon Renard encomana a Bernat Berenguer el castell de Font-rubí, tal com l'havia tingut el seu pare. A canvi, Bernat Berenguer es fa home soliu de Ramon Renard i promet que donarà la potestat del castell al comte Ramon Berenguer III.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 261a (*olim* arm. 2 Vilafranca, sac D. Magí, núm. 182), 170 × 190. Bon estat de conservació.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 148. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 74.

Aquest document està copiat, juntament amb un altre, en el mateix pergami (vegeu el document núm. 551).

Hanc convenientiam facit Bernardus Berengarii Raimundo Renardi. Comendat quoque prephatus Raimundus prescripto Bernardo ipsum castrum de Fonte Rubea et donat ei fevum ipsius castri sicut pater eius Bernardi habuit illud. Propter hoc vero convenit prescriptus Bernardus prepato Raimundo ut sit suus solidus sicut homo debet esse de suo meliori seniore per quem habet suum melius fevum et faciat ei hostes et cavalcatas et adiuvet illum tenere et habere, defendere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas omnem suum honorem quem hodie habet vel deinceps quodcumque modo, Deo dante, adquisiturus erit per eius consilium. Et convenit prescriptus Bernardus prephato Raimundo ut donet potestatem prephati castri ad comitem Raimundum seu ad Raimundum Renardi, vel ad filium eius si Raimundus obierit,¹ per quantas vices voluerint, cum forfeito et sine forfeit. Et si prescriptus Raimundus haberet es ut non posset ire in hostem, prescriptus Bernardus eat cum filio Raimundi ad hostes aut cum comite vel Berengario de Cheralt et ospitet cum eis si Raimundus illi mandaverit. Hec omnia prescripta faciat et attendat prescriptus Bernardus prepato Raimundo sine ullo engan.

Actum est hoc IIII idus iulii, anno XVI regni Leydovici regis.

Sig+num Bernardi Berengarii. Sig+num Berengarii dapiferi.
Sig+num Mironi Riculfi.²

1. La primera i corregeix t. 2. Manca la puntuació a les subscripcions.

551

[1123, juliol, 12]

Jurament de fidelitat. *Bernat Berenguer jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i a Ramon Renard.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 261b (*olim* arm. 2 Vilafranca, sac D. Magí, núm. 182), 170 × 190. Bon estat de conservació. Cit. Kosto, *Making agreements*, p. 148.

Aquest document està copiat, juntament amb un altre, en el mateix pergami (vegeu el document núm. 550).

Iuro ego Bernardus Berengarii, filius qui fui Ermeniardis femine, vobis domino meo Raimundo, comiti¹ Barchinonensi, qui fui[stis]² filius Maaltis comitisse, et tibi Raimundo Renardi, qui fuisti filius Santie femine, quod de ista ora in antea fidelis ero vobis de vita vestra et corpore et de omni vestro honore quem hodie habetis aut deinceps quocumque modo, Deo iuvante, adquisituri eritis; et ero vobis adiutor tenere et habere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas quicumque vobis de predictum honorem minuare voluerint. Sicut superius scriptum est, ego Bernardus sic fatiam et attendam vobis domno Raimundo, comiti³ prescripto, et tibi Raimundo Renardi prephato sine vestra deceptione et ullo malo ingenio, per directam fidem, sine vestro engan, me sciente. Per Deum et hec sancta.

1. La primera i afegida a la interlínia. 2. Manca. 3. Les dues i afegides a la interlínia.

552

1123, octubre, 23

Definició. *Hug Bernat de Cruscades i el seu fill Poc renunciem, a favor de Bernat Ramon de Cortvasill, a tots els drets sobre uns masos a Sant Joan dels Arcs, que eren alou del monestir de Sant Joan de les Abadeses i feu de l'esmentat Bernat Ramon. A més, Hug i el seu fill Poc pagaran a Bernat Ramon trenta sous melgrosos.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 255, 125 × 245 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Hec est placitum que facit Ugo Bernardi de Cruscades et filio suo Poc ab Bernardo Raimundo Curto Savino. Recognosco tort que facio de allodis Sancti Ihoannis Ripollensis de fevo de Raimundo Bracans de Curto Savino. Id sunt manssos in paroehica Sancti Iohannis de Arcos.¹ Et sunt suos manssos in vilar Cau et tercius mansso in Vidal de Mont. Eu Ugo Bernardi et filio meo Poc derelinco akest fevo ad Deum et Sancti Iohannis Ripollensis et a tu Bernardo Raimundo de Curto Savino derelinco akest fevo de akest tercius manssos de Sancti Iohannis a tu Bernardo Raimundo et filiis tuis sine engan, totum ab integrum. Et tu Ugo Bernardi et to[n]² fil Poc donate Bernar Raimon solidos XXX de melgurensis. Et est manifestum. Si quis contra ista carta definicionis venerit ad inrumpendum ad ullus homo vel femina quo inquietare voluerit, non hoc vindicare, set componat in duplo.

Facta ista carta VIII kalendas nodember,³ anno VIX^o regnante Leodovi[ci]⁴ regis.

Sig+num Ugo Bernar et filio meo Poc, qui ista carta mandavimus scribere et testes firmare rogavimus. Sig+num Poc, qui hoc firmo et laudo.

Sig+num Arnall de Torelles. Sig+num Matfre. Sig+num Arnalls Cerda. Sig+num Raimun Bernard.

Arnallus sacer, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. r *afegida a la interlínia.* 2. *Manca.* 3. *En lloc de november.* 4. *Manca.*

553

1123, desembre, 19

Adveració. *Els germans Dalmau i Arnau Guerau juren damunt l'altar de Sant Pere, de l'església de Sant Privat d'En Bas, la darrera voluntat d'Udalard II, vescomte de Besalú, per la qual llegava l'heretat de Sant Esteve Saüll al monestir de Santa Maria de Ripoll i la resta dels seus béns al seu fill Pere Udalard.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 256, 355 × 240 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, pp. 416-417.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, pp. 256, 264. — SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 67, 97.

Hee sunt conditiones sacramentorum quarum seriem ordinavi ego Berengarius, caput scole atque iudex, iuxta quarti ordinis modum verbis tantum modo promulgata, presentibus sacerdotibus scilicet Arnallo Boni Homini et Isuardo necnon et aliis clericis, Guilelmo Raimundi capellano et alio Guilelmo levita hac aliorum laicorum hominum, de extrema voluntate cuiusdam hominis nomine Udalardi vicecomitis in conflictu militum apud Villa Mulorum mortui. In huius iudicis presentia et prefatorum hominum noticia nos testes, videlicet Dalmacius Geraldi et frater eius Arnallus Geraldi, testificamur extremam voluntatem iamdicti Udalardi verbis ab eo nobis iniunctam. Quapropter nos predicti testes verum pariter dantes testimonium ex hoc quod ab eo iniunctum habuimus, assistente prenominate Berengario, capiti scole iudice, iuramus super altare Sancti Petri, quod situm est in ecclesia Sancti Privati de Bass, quia nos vidimus et audivimus et presentes ibi eramus et ab eo rogati extitimus quando iamdictus Udalardus volens ire versus Ispaniam in occursum, scilicet ad castrum¹ de Curbis, sanus et incolomis in sua plena memoria ac loquela ordinavit suam extremam voluntatem. Et iniunxit nobis ordinationem suarum rerum suis tantummodo verbis. Primum dimisit Sancte Marie Rivi Pollensis cenobii omnem suam hereditatem tocuis alodii quod hereditario iure habebat vel habere debebat in parrochia Sancti Stephani de Oculo. Omnem alium suum honorem que habebat et tenebat vel habere debebat dimisit ad integrum filio suo Petro Udalardi. Et dimisit filium suum iamdictum² cum omni supradicta laxatione in potestate et baiulia omnipotentis Dei et suorum hominum et avunculi sui Guilelmi Raimundi senescalch.³ Et iniunxit nobis iamdictis scilicet Dalmacio et Arnallo et precepit ut nos et alii sui homines cum filio suo prenominate Petro et cum omni suo honore quem sibi dimitebat tenderemus ad Guilelimum Raimundi senescalch. Postquam autem predictus Udalardus vicecomes hec omnia ordinavit nobis⁴ videntibus et audientibus, voluntatem suam de supradictis rebus non mutavit nobis scientibus. Unde hoc quod ab eo iniunctum habuimus nostra quoram prephato iudice Berengario iuratione firmamus eiusdemque iuramenti conditionem tam sua quam testium manu corroboramus.

Late conditiones X^oIII^o kalendas ianuarii, anno X^oVI^o regni Ledovici regis, infra primos sex menses post obitum iamdicti testatoris.

Sig+num Dalmacii Geraldi. Sig+num Arnalli Geraldi, qui supra dictum testimonium dedimus et iurando firmavimus.

Guilmus Raimundi, capellanus Sancti Privati. Sig+num Guelmi levita. Sig+num Raimundi Arnalli de Beuita. Sig+num Bernardi Eribaldi. Sig+num Arnalli Boni Hominis, sacerdotis. Sig+num Gaucefredi Guilelmi de Corniliano.

Berengarius, caput scole atque iudex.

Johannes sacerdos, qui hoc rogatus scripsi, cum literis rasis et emendatis in X^a et in XI^a linea, die et anno quo supra (*senyal*).

1. scilicet ad castrum de Curbis *escrit sobre raspai; segueix un espai de dotze lletres aproximadament raspai.* 2. dictum *afegit al marge esquerre.* 3. senescachl *al text.* 4. nobis *afegit al marge esquerre.*

554

1123, desembre, 28

Testament. *Ferrer de Figuerola atorga testament. Dóna el seu cos a la casa del Temple i reparteix els seus béns entre els seus fills.*

A ACA. Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 257, 140 × 235 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 456. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 34.

Auxiliante domino nostro Iesu Christo, ego Ferer de Figuerola timeo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia paradisi et dono corpus meum a la meso del Temple et partescho honore per filios meos. Et relinquo filios meos ecclesia Déu e[t]¹ de meos amicos. Relinquo ipso chastro² de la Guardia de Prad a Gerald filio meo sine I pecia de alaude al Vilar que relinquo Arnal filio meo. Et relinquo a Gerald filio meo ipsa Gardia de Prad quomodo abeo vel habere debeo. Relinquo ipsa castra de Figuerola Petro filio meo quomodo habeo vel abere debeo. Relinquo Guillem filio meo ipso domenge qui est a Beviure quomodo abeo vel abere debeo³ ipsa honore que ego abeo per Bernard de Timor a ipsa Uluga. Et alia honore que ego abeo⁴ [a]⁵ ipsa Uluga relinquo a Ermessen filia mea quomodo abeo vel habere debeo. Si obierit de Gerald filio meo sine infante de legitimo coniugi, que remaneat Petro filio meo sua honore. Et ipsa honore⁶ que Petro abet, que remaneat a Guillem; et ipsa honore que Guillem abet, remaneat Arnalld. Et si perdiderit Gerald ipsa Guardia de Prad per nulam rem, teneat Gerald Figuerola usque que puscant recuperar ipsa Guardia; et si perdiderit Petro ipsa Figuerola, similiter. De ipsa honore de Figuerola que teneant la Guardia de Prad usque III annos.⁷

Facta ista karta V kalendas ianuaris regnante Ledovico rege XVI annos.

Sig+num Ferer, qui ista karta ma[n]d[a]vit⁸ scribere et testes firmare rogavit.

Sig+num Carbo. Sig+num Raimon de Timor. Sig+num Gerald. Sig+num Petro. Sig+num Guillem. Sig+num Arnald.

Petrus sacer, quod scripsit die⁹ et anno (*senyal*) quod supra.

1. Manca. 2. r afegida a la interlínia. 3. Segueix e la ratllat. 4. a afegida a la interlínia. 5. Manca. 6. Segueix abet ratllat. 7. Segueix un espai en blanc de quinze lletres aproximadament i Actum est hoc sense cancel·lar. 8. Manquen. 9. i afegida a la interlínia.

555

1124, gener, 2

Encomanament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, infeuda a Pere d'Avalrí i al seu fill Gausbert la vila de Pi, excepte les ferrieres, la meitat dels drets sobre les pastures des de Terranegra fins a Formiguera i la vicaria de Vilafranca de Conflent.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllet del 21 de febrer de 1221. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 294 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Q, núm. 389), 120 × 310 mm. Bon estat de conservació.

Notum¹ sit omnibus hominibus qualiter ego Raimundus, gracia Dei Barchinonensis, Bisullunensis, Cerritaniensis comes et marchio, dono tibi Petro de Avalri et filio tuo Gaucberto omnem dominicaturam et quicquid habeo in villa de Pino preter ferrarias. Et dono vobis medietatem de pascuariis de omnibus ovibus que ascendunt ad pascua de Terra Nera usque ad Frumigaria. Et dono vobis vicariam de Vila Francha et dictrictum et placitare ipsa placita et mittere ibi vestros baiulos et terciam partem de ipsis placitis et de aliis adeximents que inde exierint, preter leudas et exactiones quas vocant kestras. Hec omnia dono vobis per fevum eo pacto ut sitis mei fideles de me ipso et de meo honore et adiuvetis me tenere et defendere et guerreiare et placitare contra cunctos homines et feminas per fidem, sine engan, totum honorem qui pertinet ad comitatum Ceritaniensem et Confluentem.²

Actum est hoc II nonas ianuarii, anno XVI regnante Leodovicho rege.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Guilelmi Bernardi de Monte Eschivo. Sig+num Bernardi Guilelmi. Sig+num Bernardi Guilelmi de Lusca.

Petrus sacerdos, qui hec scripsit die et anno quo + supra.³

1. B *comença*: Hoc est translatum quod Arnaldus de Ponte scripsit fideliter per mandatum domini Nunonis Sancii vice Guilelmi Bernardi, publici notarii, XI kalendas marcii, anno incarnationis Christi M CC XX primo, nichilque meo addidit, minuit vel mutavit, sed per omnia secutus est verba et seriem sui originalis, quod sic incipit. 2. totum honorem ... et Confluentem a *continuació de la data, amb un senyal d'avis que hi remet.* 3. *Segueix sig sense cancel·lar.* — B *acaba*: Sig(*senyal*)num Guilelmi, cappellani Ville Franche, qui in hoc translato subscribo diligenter perlecto suo originali. Sig+num Arnaldi de Foliano, presbiteri, sig+num Raimundi de Fromiguera, presbiteri, qui huius translacionis testes sumus. Sig(*senyal*)num Guilelmi Bernardi, publici notarii, qui in hoc translato subscribo diligenter perlecto suo originali. Arnaldus de Ponte scripsit hoc translatum fideliter vice Guilelmi Bernardi et signacula que superius apparent ita posuit sicut in suo originali invenit et hoc sig(*senyal*)num suum fecit.

556

1124, gener, 27

Venda. *Guilla, el seu fill Ramon i la seva muller, Ponça, venen a Ermessenda, al seu fill Ramon i a la seva esposa Sança, una peça de terra situada al comtat de Berga, al castell de Vallmanya, al Perello, del torrent amunt fins a Collbàs, pel preu d'una aimina de blat.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 259 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 562), 90 × 315 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Guila et filio suo Raimundo et uxore Ponca vinditores sumus nos vobis Ermesen et filio suo Raimundo et uxore sua Sanca. Per anc scriptura vindiccionem vindimus vobis pecia I de terra prenominata ad Perello, de torrent amunt usque ad Col Bas, quantum nos¹ abemus vel abere debemus, qui nobis advenit de parentorum vel per qualesque voces. Et est hec omnia in comitatum Bergitano, in castrum Valle Maie vel ad Perello. Et afrontat ad or[ientem]² in via de Col Bas et de meri[di]e³ et de occ[ido]m⁴ in torrent et de cir[cio]⁵ in comparatores. Qua[n]tum⁶ inter istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis totum ab integrum, cum exis vel regresis earum, in precio placibile emina I de blad, et est manifestum. Et iste carta vindiccionem firma sit semper, et qui [i]nquietare⁷ voluerit,⁸ in duplo co[m]ponat.⁹

Actum est oc VI kalendas frebo[a]ri,¹⁰ anno XVI regnante Leovico rege.

Signum+ Guila, Sig+num Raimundo, Sig+num Ponca, qui ista carta vindiccionem mandavimus scribere et firmavimus et ad testes firmare¹¹ rogavimus.

Sig+num Bernad. Sig+num Ponc. Sig+num Guila. Sig+num Ermesen.

Berengarius sacer, qui hoc scripsit die et anno q[u]od¹² (*senyal*) sup[r]a.¹³

1. *Segueix i sense cancel·lar.* 2. *Manca.* 3. *Manca.* 4. *Manca.* 5. *Manca.* 6. *Manca.* 7. *Manca.* 8. *t afegida a la interlínia.* 9. *Manca.* 10. *Manca.* 11. *e corregeix a.* 12. *Manca.* 13. *Manca.*

557

1124, febrer, 25

Establiment. *Bernat Ramon, sagristà, i altres clergues de Sant Feliu de Girona estableixen als germans Guillem Ramon i Odó un alou situat al Prat i a Garrabia, a canvi de la tasca i d'un cens anual d'un porc, dos ànecs i una mitgera de blat. Aquest alou l'havien donat al monestir l'abat Berenguer i el pare dels esmentats Guillem Ramon i Odó.*

A [Original no localitzat.]

A' [Original no localitzat.]

B Trasl·lat del 8 de gener de 1283. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 260, 215 × 280 mm. Bon estat de conservació.

In¹ Christi nomine. Nos simul in unum, scilicet Bernardus Raimundi sacrista et Petrus Raimundi de² Exanculo³ et Petrus Raimundi capellanus sive Arnallus Raimundi necnon et Raimundus caput scole, cum ceteris canonicis ecclesie Sancti Felicis Girunde, hac scriptura indice assentimus vobis Guilelme Raimundi et Octo fratribus ipsum alodium de ipso Prato et de Garrabo quod Berengarius abbas dimisit nostre canonice et ipsas comparationes et ampliaciones sive augmentationes quas pater vester nubi⁴ fecit et vos diffinistis et evacuastis sive dedistis nostre canonice altera indicante scriptura. Hoc totum assentimus vobis tantummodo diebus vite vestre, excepta ipsa tascha quam retinemus ut annuatim exeat nostre canonice de supradictis omnibus et excepto censu quem annuatim persolvatis eidem canonice, scilicet porcum L⁵ canonicalem et duos anseres et migeram I frumenti ex censu eiusdem alodii. Excipimus autem ab ipso assensu omnia molendina cum omnibus ad se pertinentibus que sunt aut erunt in ipsa riera

ipsius ville que dicitur Pratum. Que molendina retinemus nobis nunc et semper in dominium et proprietatem nostre canonice. Eo tenore assentimus vobis ea, exceptis his superius scripta tantummodo diebus vite vestre ut ad obitum vestrum solide et libere et sine aliquo impedimento revertantur sepedicta omnia alodia cum melioratione in ius et dominium nostre canonice.

Actum est hoc V kalendas marcii, anno XVI Ludovici regis.

Et si aliquod impedimentum nubi⁶ feceritis, statim revertantur prelibata omnia in potestate iamdicte canonice.

(*Senyal*) Bernardus, presbiter et sacrista Sancti Felicis. Sig+num Petri Raimundi de Exanculo.⁷ (*Senyal*) Hoc letabundus confirmo coraula Raimundus. Sig+num Gerallus Bertrandi. Sig+num Petri Guilelmi presbiteri. Raimundus presbiter (*senyal*). Arnallus diaconus (*senyal*).

Bernardus yppodiachonus, qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.⁸

1. B *comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento per alphabetum diviso cuius tenor talis est. 2. *de afegit a la interlínia*. 3. *a corregeix* [u]. 4. *En lloc de inibi*. 5. *En lloc de I*. 6. *En lloc de inibi*. 7. *a corregeix* [u]. 8. B *acaba*: Sig(*senyal*)num Petri Marci notarii. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares notarii. Sig(*senyal*)num Iacobi de Porta notarii. Sig(*senyal*)num Bartholomei de Sanahugia, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali instrumento et cum eo de verbo ad verbum comprobatum scribi fecit et clausit VI^o idus ianuarii, anno Domini M^o CC^o LXXX^o secundo, cum litteris tamen appositis in linea II^a ubi dicitur «de».

558

1124, agost. Setge de Lizana

Donació i confirmació. *Alfons I, rei d'Aragó, dóna a Toda, vídua de Tizón, el castell i la vila de Juslivol i el lloc d'Estiche i li confirma les altres possessions que havien estat del seu difunt marit.*

A ACA, Cancellaria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 262 (*olim* arm. 17 Aragó, sac D, núm. 364), 245 × 520 mm. Estat de conservació regular a causa de diversos estrips i de l'enfosquiment del pergamí.

(*Crismó*). In Dei nomine et eius divina clemencia, videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Adefonsus, gratia Dei rex, facio hanc cartam donacionis et confirmacionis vobis donna Tota, mulier de Tizon. Placuit mihi libenti animo et spontanea bona voluntate ut propter multum bonum et optimum servicium quod mihi fecit Tizon vestro seniore et vos ipsam mihi facitis die cotidie, ideo dono vobis Deuslibol ut teneatis et possideatis illum

castrum et villa per honore per me et per mea posteritas vos et tota vestra posteritas per iam semper. Et quod faciatis ibi vestras casas bonas et optimas in castrum intus vel foras in qualicumque loco vos ipsam quesieritis per vestra propria hereditate et ortos et vineas sicut estis tenent hodie et sicut vestro seniore inde iam fuit tenente. Adhuc autem dono vobis ibi de mea regale hereditate II^{as} [iu]lgatas de terras. Totum hoc dono vobis per vestra propria alode. Similiter dono vobis Estige cum totos suos terminos heremos et populatos et cum terris et vineis et ortos et aquis et pascuis et palustris, totum ab inte[g]rum¹ dono et concedo vobis ad vestram hereditatem. Adhuc autem afirmo vobis totas illas hereditates que habebat Tizon vestro seniore in tota mea terra unde hodie estis vos tenente. Et hoc totum quod superius scriptum est dono et confirmo vobis ut habeatis et possideatis illum francum et ingenuum ut liberem et securum ad vestram propriam hereditatem per facere inde totam vestram voluntatem vos et filii vestri et omnis generacio vel posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per secula cuncta. Amen.

Signum Adefonsus (*senyal*) rex. Sig+num regis (*senyal*) Ranimiri. Signum+ Raimundi comes.

Facta carta in mense augusto, in illo asitio de Lizana, era M^a C^a LX^a II^a regnante domino nostro Iesu Christo [in secula] seculorum et sub eius gracia. Ego Adefonsus, Dei gracia rex in Pampilona et in Aragone et in Super Arbi et in Ripa Curcia atque in Cesar Augusta. Episcopus Sancius in Irunia. Alius Sancius episcopus in Nagara. Episcopus Michael in Tirassona. Episcopus Garcia in Cesar Augusta. Ranimirus, electus in Barbastro et in Rota. Dodus, electus in Osca et in Iaka. Comite Arnal Mir in Boil. Senior Alamazon in Monte Cluso. Senior Peire Ramon in Stata. Senior Garcia Ranimiro in Monte Sone et in Tutela. Senior Michael in Pomar. Senior Fortugno Dat in Barbastro. Senior Enneco Lopiz in Castro. Senior Fortugno Galinz in Osca et in Michineza. Senior Martin Lopiz in Estela. Castange in Biale. Senior Fortugno Lopiz in Soria. Senior Lope Lopiz in Ricla. Senior Caxal in Nagara. Senior Gonzalbo Petriz in Alagone.

Sunt testimonias qui hoc audierunt Martin Galinz et Cequodin de Nabasa et Fortugno Aznariz de Barlanga et Palacin.

Ego Petrus, scriptor, sub iussu domini regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum (*senyal*) feci.

1. *Manca*.

1124, novembre, 15

Empenyorament. *Ramon Bernat, canonge de la catedral de Barcelona, empenyora a Guillem Pere de Sarrià i a la seva muller Guilla una peça de terra situada a Sarrià, al lloc anomenat Triols, per raó d'un deute d'onze morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 263 (*olim* arm. 4 Montblanc, sac Jesús, núm. 923), 90 × 370 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, pp. 194, 702. — CARRERAS CANDI, *Notas históricas*, p. 98. — RUIZ-DOMÈNEC, *Tratado comercial*, p. 157.

In nomine Domini. Ego Raimundi Bernardi, kanonicus Sancte Crucis Sancteque Eulalie, impignorator sum vobis Guilelmi Petri Serriani et uxori tue Guilie. Manifestum est enim quia debitore sum vobis moabitos XI aureos legitime pensatos. Propterea impignoramus vobis peciam unam terre alodium meum proprium quod habeo in comitatu Barchinone, in parrochia Sancti Vincenti Serriani, in locum vocitatum Triols. Advenit me iamdicta terra per ienitorum meorum sive per ullasque vocibus. Affrontat autem iamdictam petiam terram ab oriente in alodio Gomballi Iohanni, qui fuit de Argenciola, cum suo heres vel in kannonica Sancte Crucis Sancteque Eulalie, a meridie in alodio kanonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie sive Sancti Petri cenobio Puellarum, ab occiduo in torrent qui discurrit in tempus pluviarum, a septentrionale in alodio qui fuit Berengarii Bernardi. Quantum ex affrontationes includunt, sic impignoro vobis prescriptam peciam terra simul cum ingressibus et regressibus suis et de meo iure in vestro trado dominium et potestatem ab omni integritate, tali modo et ordine ut vobis teneatis in pignus et habeatis omnibus fructibus qui inde exierint ex una festa sancti Petri usque in alia prima veniente, et si transierit totum tempus in alia donec reddam¹ vobis vestrum iamdictum debitum et vos reddatis mihi anc scripturam sine mora. Quod si ego impignorator aud aliquis homo utriusque sexus qui contra hanc impignorationem venero² aud venerit ad infringendum, nil valeat, set componat vobis prephata pignora in duplo. Et postmodum remaneat firmam.

Actum est hoc XVII kalendas decembris anno XVII regnante Lodoyco rege.

Sig+num Raimundi Bernardi, iam cannonici, qui hanc pignore feci, firmavi testibusque firmare rogavi.

Sig+num Berengarii subdiachoni.³

1. *Segueix us ratllat.* 2. *Segueix [xint] ratllat i expuntuat.* 3. *Segueix Sig+num sense cancel·lar. Manca la clausura del rogatari.*

560

[1124], desembre. Ejea de los Caballeros

Confirmació. *Alfons I, rei d'Aragó, confirma la carta de poblament d'Ejea de los Caballeros i hi afegeix el dret a disposar de l'aigua com en temps dels sarraïns.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de la segona meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 4 (*olim* arm. 19 Osca, sac O, núm. 153), 265 × 315 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de 1399. ACA, Cancelleria, reg. 2193, ff. 19v-20.

D Còpia del segle XIV. Archivo Histórico de Ejea, A.4.14.

a LACARRA, *Documentos* (1), doc. 41.

b LACARRA, *Documentos* (2), doc. 105.

c LEMA, *Colección diplomática*, doc. 135.

Datem d'acord amb l'explicació que donem a la nota 3.

In¹ Dei nomine et eius divina clementia. Ego Adefonsus, Dei gratia imperator, facio hanc cartam confirmationis vobis totos populatores de Exeya cristianos et mauros, quantos [in] odie ibi estis populatos vel in antea veneritis ibi populare. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et concedo et confirmo vobis ut accipiatis tota illa aqua de Luna in iuso. Et similiter quod accipiatis illa aqua de illo termino de Unocastello, de Sancto Aroman in iuso. Et quod abeatis et teneatis istas aquas sicut superius est scriptum et illas solebat abere Exeya in tempus de Molmozor, soltas et liberas et franquas, vos et filii vestri et omnis generacio vel posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cunta. Et qui contraria vel tortum fecerit vobis in istas aquas peytet mile solidos et prendatis vos illos cum illa iura de vestra çavaçequia.

Signum² imperatoris.

Facta carta confirmationis era et mensem *et çetera*³ in villa quod dicitur Exeya. Regnante me, Dei gratia imperator, in Castella et Aragone et Panpilona, in Super Arvi et Ripa Curça. Episcopus Stefanus in Osca. Episcopus Petrus in Çaragoza. Episcopus Sancius in Irunia. Episcopus Raymundus in Rota. Alius episcopus Sancius in Nagara. Senior Lope Lopiz in Calaorra. Comes Petro⁴

in Tutella. Vicecomes Gaston in Unocastello. Senior Fortungo Garcez in Daroqua et in [N]agara.⁵ Senior Petro Ximeniz in Turbena,⁶ Senior Lope Garcez in Alagon. Senior Enego Xemenones in Calataiube et in predicta Exeya. Senior Enego Lopiz in Sorria. Gaçcho in Luessia. Castange in Biele. Sancius Iohannes in Osca. Senior Tiçon in Monçon.

Ego *talís*, scripta,⁷ iusu domini mei imperator Adefffonsus hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum feci.⁸

1. B *comenta*: Hoc est translatum bene et fideliter ext[r]actum ab originali instrumentu cuius tenor talis est. 2. *Les síl·labes Sig i num estan separades per un espai d'aproximadament vint lletres i unides per una línia recta. Manca el traç vertical que formaria la creu típica que apareix en les subscripcions entre les dues síl·labes.* 3. Facta carta confirmacionis era M^a C^a XII^a in mensem decembre C. *L'escrivà de la còpia de 1399 no va saber llegir la particular forma de la L típica de l'escriptura visigòtica dels documents aragonesos quan acompanya i forma nexa amb una X per expressar el número LX. Per aquesta raó, en lloc de llegir era M^a C^a LXII^a, va llegir era M^a C^a XII^a.* 4. *Retro al text.* 5. Najera C. 6. Corbera C. 7. *L'autor del trasllat B no va saber llegir el nom de l'escrivà, Enneco, que va substituir pel terme talis, ni la paraula que indicava la seva condició, scriptor, que va ser transformada en scripta. La còpia C escriu correctament Ego Enneco, scriptor.* 8. B *acaba*: Ego Iohannes Garçez d'Ortynones, notarius Exee publicus, visu et lecto originali instrumento de verbo ad verbum, in testimonium premissorum hoc signum (*senyal*) meum asuetum aposui. Et ego Micahel Lupi de Lesina, publicus Exee, visso et lecto horiginali instrumento de verbo ad verbum, in testimonium premissorum hoc sig(*senyal*)num meum assuetum aposui. Et ego Micahel Lupi de Leçina Curva, publicus Exee notarius, visso et lecto originali instrumento de verbo ad verbum, presens transumptum de manu mea translatavi et in testimonium premisorum hoc sig(*senyal*)num meum asuetum aposui.

561

[1071-1124]

Convinença. Roger II, comte de Foix, infeuda a Arnau Miró de Castelló el castell de Puifel, amb la condició que sigui home soliu seu.

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 8 (olim arm. 3 Lleida, sac C, núm. 161), 165 × 160. Bon estat de conservació.

Datem pels anys de regiment de Roger II de Foix.

Hec est conveniencia que est facta inter domno Rodger et Arnall Mir de Castelo. Que comandet¹ domno Rodger ad Arnall Mir ipsum kastrum de Pug Fedel et donat illi per feum. Et est nominatim ipsum dominicum totum ipsum decimum de ipsos terminos de Pug Fedel et de ipsos homines qui sunt a[u]d² qui ibi advenerint ab integrum; et medietate de ipsas pernas et medietate de ipsos placitos et medietate de ipsas garbas; et uno servicio nominato de unumquemque hominem III^{es} fogazas et I

sextarium ordei et uno quartero moltó et una canada vino. Et per hoc totum quod donat domno Rodger, convenit Arnall Mir que siat suo solido sicut homo debet esse de suo melior seniore et faciat illi hostes et cavalcadas et cortes³ et placitos apud illum et sine illo. Et si voluerit menare in hoste aut tramitere Rodger in cavalcadas, faciat ille aput suo conduct de domno Rodger. Et convenit Arnall Mir ut si domno Rodger perdiderit de sua honore, adiuvet Arnall Mir si ille mandaverit cum suo conducto, per fidem, sine enganno. Et si domno Rodger mandaverit suo servicio aut suas faciendas infra Paliars, adiuvet illi Arnall Mir cum suo conduito. Et si voluerit menare domno Rodger Arnall Mir in servicio de suo seniore aut de suo amico, faciat aput suo conducto de domno Rodger. Et hoc totum quod superius scriptum est, sic⁴ teneat et atendat Arnall Mir a predicto Rodger vel qui ille dubitaverit, per fidem, sine suo enganno. Et hoc totum est factum in tali conveniencia ut non perdat Arnall Mir ista supradicta honore si non faciebat talem causam que non potuisset emendare aut non voluisset neque ille neque posterita sua.

Sunt visores et auditores: Berenger Ramon et Rodlan Mir et Guillelmo iudice.

Sig+num domno Rodger, qui vidit et hanc convenienciam firmavit.

1. t *afegida a la interlínia.* 2. *Manca; d corregeix u.* 3. r *afegida a la interlínia.* 4. *Segueix te sense cancel·lar.*

562

[1112-1124]

Infeudació. *Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, infeuda Castelló d'Encús a Pere Josbert; a canvi aquest es fa home seu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 6 (*olim* arm. 3 Lleida, sac D, núm. 202), 200 × 160 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 42a-b.
a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 109.

Datem pels anys del regiment de Bernat Ramon I de Pallars Jussà.

In Dei nomine. Hec est convenientia que est facta inter Bernardo, Paliarensi comite, et Petro Gozpert. Commendat illo comite ad Petro Gozpert Castellone cum suos terminos ut abeat in illo seniorivo et mandamento et destreto et teneat eum per illo ad

fevo. Et donat ei ibi illo medio de illo spleto et uno servicio de illos homines de Castellone et medio de illos pletos. Et per hoc totum quod superius scriptum est quod dat illo comte ad Pere Gozpert, convenit Pere Gozpert ad illo comte quod fiat suo contra totos homines et adiuvet illum contra totos homines, excepto illo rege et Berenger Gonball et Pere Miro et Torrone suo filio et Ramon Miro de Pug Rogo et Gonball de Benavent et sui homines, qui sunt de Pere Gozpert. Et si isti sui amici de Pere Gozpert aut sui homines faciebant torto ad illo comte et non volebant ei facere directo per Pere Gozpert, ut Pere Gozpert adiuvet ad illo comte. Et si illo rege tollerit honore ad illo comte, Pere Gozpert adiuvet illo comte et teneat se cum illo per fide, sine enganno, quomodo homo debet facere ad suo bono seniore. Et si illo rege tollerit honore ad Pere Gozpert, convenit ei comes Bernardus ad Pere Gozpert ut anteparet eum et valeat ei per fide, sine enganno, quomodo debet facere bonus senior ad suo bono homine.

Et hoc totum fuit factum in presentia de Berenger Gonball et de Roger de Montaniana et de Pere Guillem de Dabazue.

563

[1112-1124]

Convinença. *Artau II, comte de Pallars Sobirà, i el seu germà, anomenat també Artau, d'una banda, i el comte Bernat Ramon I de Pallars Jussà, de l'altra, es defineixen mútuament querelles i rancúnies i es donen penyores com a garantia. Artau i el seu germà s'encomanen a Bernat Ramon.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 9 (*olim* arm. 3 Lleida, sac B, núm. 110), 273 × 198 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 43, 295 × 200 mm. Bon estat de conservació, amb una restauració parcial antiga.

Datem pels anys comuns als dos comtes.

In Dei nomine. Hec est convenientia et definitio et finem et firmitatem que faciunt Artallo comite et suo fratre Artallo ad Bernardo comite. Definiunt Artallus et suus frater totas illas querelas et totas illas rancuras que habebant Artallus et suus frater de Bernardo comite et de sua posterita, per se¹ ipsos et per sua posterita faciunt finem, per fidem, sine enganno, a Bernardo comite.² Et Bernardus

comes definit ad Artallo comite et ad suo fratre Artallo totas illas querelas et totas illas rancuras que abebat de Artallo comite et de suo fratre, per se ipso et per sua posterita, ad Artallo comite et ad suo fratre et ad sua posterita facit finem, per fidem, sine enganno, in tali conveniencia ut Artallus teneat quod convenit ad Bernardo.³ Et convenit Bernardo comite ad Artallo comite et ad suo fratre ut si de suos homines de Bernardo comite forsfazien ad Artallo comite vel ad suos homines, ut Artallo demandet ad Bernardo comite et faciat illi directum usque ad centum dies; et si noluerit facere, Artallus rancuret ad illum malefactorem et Bernardo comite valeat illi. Et convenit Artallus comes et suus frater ad Bernardo comite ut si de suos homines de Artallo comite aut de suo fratre forsfazien ad Bernardo comite vel ad suos homines, ut Bernardus comes demandet ad Artallo comite et faciet illi directum usque ad centum dies; et si noluerit facere, Bernardus comes rancuret ad⁴ illum malefactorem⁵ et Artallus comes valeat illi et suus frater. Et convenit Artallo comite et suo fratre Artallo ad Bernardo comite ut non substraant illi suos homines neque donent suo avere neque sua honore ad illos homines de Bernardo comite unde Bernardus comes perdat illos neque abeat pigs. Et convenit Bernardo comite ad Artallo comite et ad suo fratre ut non substraat illi suos homines neque donet suo avere neque sua onore ad illos homines de Artallo comite unde Artallus aut suus frater perdat illos neque abeat pigs. Et convenit Artallo comite et suo fratre ad Bernardo comite ut si Bernardus comes demandabat suos homines in sua onore, que Artallus comes et suo frater Artallo non mitant se in sua follia neque sui homines unde illi posseant vettare.⁶ Et si demandabat eis adiutorium, ut Artallus commes et suus frater faciant ei sicut amici debent facere ad amicum et senioem. Et convenit Bernardo comite ad Artallo comite et ad suo fratre ut si Artallus et suus frater demandabant suos homines in sua onore, que Bernardus comes non mitat se in sua follia neque sui homines unde ille posseat vedare. Et si demandabat ei adiutorium, ut Bernardus comes faciat ei sicut amicus debet facere ad amicum. Et hoc totum quod superius scriptum est, sic faciat et teneat et atendant Artallus comes et suus frater ad Bernardo comite sine malo ingenio, per fidem, sine enganno, vel cui ille Bernardus⁷ dubitaverit sua onore, sic teneant per fidem, sine enganno. Et Artallo comite et suus frater definiunt totas ipsas⁸ rancuras per se ipsos et per sua posterita ad Bernardo comite et ad sua posterita. Similiter faciunt finem ad illos homines de Bernardo comite qui ad illum

fecerunt adiutorium. Et Bernardo comite definit totas ipsas rancuras per se ipso et per sua posterita ad Artallo comite et ad suo fratre et ad sua posterita. Similiter facit finem ad illos homines de Artallo comite qui ad illum fecerunt adiutorium. Et per hoc totum ut sit firmum Artallus comes et suus frater mitent pignoras ad Bernardo comite Tenrrui cum ipso vicecomite⁹ e Gurb et Chodo apud Guillem Ramon,¹⁰ et Viva Lavata apud Ramon Pere de Eril,¹¹ et Castel Germa cum ipso vicecomite Petro Arnall,¹² e les Viles apud Pelet,¹³ e Revert apud Ramon Girbert;¹⁴ et affidamento de Raimundo Berengario comite de XXⁱ milia solidos et affidamentum de Ermengauda comite in sua credenza; et X^{em} ostaticos per X^{em} milia solidos in manu de Bernardo comite. In tali convenientia ut si Artallus aut suus frater vel sui homines fragien o-n fragien istas convenienties¹⁵ et non erat redretum ad Bernardo comite¹⁶ usque ad centum dies, que Bernardo comite li o deman per si o per so misadgè,¹⁷ sicut superius scriptum est, istos castros suprascriptos, et istas pignoras suprascriptas et istos hostaticos suprascriptos¹⁸ sien encorrogossudes in manu de Bernardo comite ad suam voluntatem facere. Et achests segors qui son [sei]¹⁹ òmens del comte d'en Bernard²⁰ per istos castros suprascriptos, in tali convenientia que si Artal aut suo fratre aut suos homines fragien istas convenientias suprascriptas o-n frangien et non erat illi redretum usque ad centum dies sicut superius scriptum est, istos seniores iamdictos infra X^{em} dies que Bernardus comes los en demannarà per se aut per seu missadgè, che-n donent potestate unusquisque²¹ ad Bernardo comite vel cui ille Bernardus²² dubitaverit sua onore de istos castros suprascriptos²³ poderosament, per fidem,²⁴ sine enganno. Et convenit Bernardus comes ut post obitum suum cui ille cui dubitaverit suum comitatum mitat pignoras de tres castellos ad Artal per istam finem che tenguda sia. Et comandat se Artal et suo fratre ad Bernardo comite per istam finem suprascriptam ut si[c]²⁵ teneant et atendant ad Bernardo comite et sic faciant et teneant et atendant cui Bernardus dubitaverit suum comitatum. Et de isto hominatico Artallus et suus frater non posseat aquindare neque desfidare Bernardo comite nec²⁶ cui ille dubitaverit suum comitatum. Et convenit Artallo comite ad Bernardo comite que faciat placito quæ²⁷ Artallo fecit apud rege de Aragón aut illo que fecit patri suo Artallo.

Sig+num Pere Mir, Sig+num Rodger, Sig+num Pere Guilielm,²⁸ hec sunt testes.

Sig+num Artallo comite. Sig+num Remon Guirbert. Sig+num Alegret. Sig+num Mir Guirreta.²⁹ Sig+num Bernardo comite.

1. se escrit sobre raspat. 2. a Bernardo comite *afegit a la interlínia*. 3. in tali convenientia... ad Bernardo *afegit a la interlínia*; ad Bernardo comite B. 4. ad *afegit a la interlínia*. 5. malefactorem *afegit a la interlínia*. 6. La segona t *afegida a la interlínia*, *corregeix d sense cancel·lar*. 7. Bernardus *afegit a la interlínia*. 8. *Segueix totas ratllat*. 9. cum ipso vicecomite *afegit a la interlínia*. 10. apud Guillem Ramon *afegit a la interlínia*. 11. apud Ramon Pere de Eril *afegit a la interlínia*. 12. cum ipso vicecomite Petro Arnal *afegit a la interlínia*; Arnall B. 13. apud Pelet *afegit a la interlínia*. 14. apud Ramon Girbert *afegit a la interlínia*. 15. istas convenienties *afegit a la interlínia*. 16. ad Bernardo comite *afegit a la interlínia*. 17. que Bernardo ... so misadgé *afegit a la interlínia*. 18. suprascriptas et istos hostaticos suprascriptos *afegit a la interlínia*. 19. *Restituim el text, il·legible a causa d'un forat, a partir de B*. 20. d'en Bernard *afegit a la interlínia*. 21. unusquisque *afegit a la interlínia*. 22. Bernardus *afegit a la interlínia*. 23. *Segueix vel raspat*. 24. fide B. 25. *Manca; sic B*. 26. *nec afegit a la interlínia; segueix un espai de tres lletres aproximadament, raspat*. 27. que B. 28. Guillem B. 29. Guerreta B.

564

[1112-1124]

Convinença. *Pelet promet a Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, que si el comte Artau II de Pallars Sobirà o el seu germà incompleixen la convinença feta amb l'esmentat comte, ell li donarà la potestat del castell de Mont-ros i de les Viles.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 10 (*olim* arm. 3 Lleida, sac B, núm. 118), 100 × 260 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII perduda. Liber feudorum maior, I, f. 115.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 138.

Cit. BALARI JOVANY, *Origenes*, p. 425.

Datem pels anys comuns als dos comtes.

Hec est memoria que est facta inter Bernardo comite et Pelet. Comande's Pelet ad Bernardo comite per ipsas Viles et per ipso castro de Mont-ros in tali conveniencia¹ quod si Artal aut suo fratre vel sui hominis vel cui illi dubitaverint suam onorem fragien ipsas conveniencias que Artal aut suo frater faciunt ad illo comite Bernardo o l'en fragien ad Bernardo comite vel cui ille Bernardus dubitaverit suam onorem et non erat redretum usque ad centum dies ad Bernardo comite, que Pelet donet potestatem de ipso castro de Mont-ros et de ipsas Vilas² poderosamente ad Bernardo comite vel cui ille Bernardus dubitaverit suam onorem. Et hoc totum quod superius scriptum est convenit Pelet que sic

teneat et atendat illi vel cui ille dubitaverit ipso castro cum ipsas Vilas ad Bernardo comite vel cui ille dubitaverit suam onorem. Et hoc totum atendat Pelet. Et de isto hominatico non posseat Pelet desfidar neque aquindar Bernardo comite vel cui ille dubitaverit suam onorem.

1. *Segueix cia sense cancel·lar.* 2. *Vilas afegit a la interlínia.*

565

[1112-1124]

Convinença. *Ermengol VI, comte d'Urgell, promet ajuda al comte Bernat Ramon I de Pallars Jussà en cas que el comte Artau II de Pallars Sobirà i el seu germà incompleixin els pactes fets i li dóna com a garantia deu fermances per mil sous cadascun.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 14a (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 233), 195 × 185 mm. Estat de conservació regular a causa de diversos estrips al marge dret.

Datem pels anys comuns als tres comtes. Aquest document està copiat, juntament amb un altre, en un mateix pergamí (vegeu el document núm. 566).

Hec est plivi et afidamento que facit Ermengaudus comite ad Bernardo comite. Que si Artall aut suo f[r]ater¹ aut suos homines frangiant illas conveniencias o l'en frangian ad Bernardo comite et non era redret,² sicut scriptum est, in ipsas conveniencias que Artallus et frater suo fecerunt ad Bernardo comite, que Ermengaud[us] comite adiuvet ad Bernardo comite de Artallo et de suo frater et de suos omnes et de sua onore, per fidem, si[ne] inganno. Et hoc quod superius scriptum est, Ermengaudus comes sic recepit Bernardo comite in fide et in [creden]za³ de isto afidamento suprascripto; sic teneat et atendat Ermengaudus comes vel qui dubitav[erit] sua onore ad Bernardo comite vel qui dubitaverit sua onore. Et super hoc totum mitit illos o[stati]cos: Mir Gitard per mille solidos et Bernard de Taus per mille, et Pere Ramon vicecomes per solidos mi[lle] et Bernard Ramon de Ribelas per mille solidos, et Ramon Gitard de Midia per mille solidos et Bernard Erall per mille solidos, Guillem Ramon de Taravall per mille solidos, Arnall Mir de Kasa de Ladrons per mille solidos, Rodlan de Gavasa per mille solidos, Pere Mir de Entenza per mille solidos.

1. *Manca.* 2. *e expuntuada entre d i r.* 3. *Interpretem entre claudàtors la part de text que manca a causa dels estrips laterals; za, afegit fora la caixa de l'escriptura, corregeix tres lletres ratllades.*

566

[1112-1124]

Convinença. *Artau II, comte de Pallars Sobirà, promet a Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, que, si aquest li ho demana, es presentarà davant la cúria del rei d'Aragó; posa com a penyora Senterada i Viu de Llevata.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 14b (olim arm. 16 Urgell, sac N, núm. 233), 195 × 185 mm. Estat de conservació regular a causa de diversos estrips al marge dret.

Datem pels anys comuns als dos comtes. Aquest document està copiat, juntament amb un altre, en un mateix pergami (vegeu el document núm. 465).

Hec est conveniencia que facit Artall apud Bernardo comite. Convenit Artallo comite ad Bernardo co[mite]¹ que faciat placitum apud illo rege de Arago si Bernardus comes mandaverit, talem qualem Arta[llus] fecit ab illo rege aut patre suo Artallo. Et propter hoc Artallus mittit pignoras Santa Gratia [et] Vivo que placitum faciat apud illo rege, in tali conveniencia ut Artallus donet potestatem ad Bernardo comite de ipso kastro de Sancta Gratia et Bernardus comes credat ipsum kastrum suprascriptum in sua credenza et in suo ominatico de Artallo. Et alium kastrum de Viu fiat in credenza de Ramon Pere de Eril. Et si Artallus noluerit facere hoc placitum sicut suprascriptum est usque ad fest[um] Sancti Martini aut noluerit dare potestatem de ipso kastro de Sancta Gratia, istas pignoras i[am]dictas siant incorregosudas in manu de² Bernardo comite prenomiatos kastros Vivo [et] Chastel Germa e Las Vilas et Espluga et illas voces que Artallus comes abet in Rei[vert].

1. Interpretem entre claudàtors la part de text que manca a causa dels estrips laterals. 2. de afegit a la interlínia.

567

[1112-1124]

Definició. *Bernat Ramon I, comte de Pallars Jussà, renuncia a favor de Bernat Gasset als drets sobre el castell de Torena. A canvi, Bernat es fa home soliu del comte.*

A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 2904 (olim arm. 12 Montblanc, sac Jesus, núm. 811), 90 × 145 mm. Estat de conservació regular a causa d'unes taques que afecten el text.

Datem el document pels anys del regiment de Bernat Ramon I de Pallars Jussà.

Hec est difinicione que facit Bernardo comite per se et per suo linage ad [Bernard Gaz]aet et ad filios suos et ad suos fratres de ipsa potestate de kastro de [Torena]. Et retinet comite in ipso kastro iamdicto intrar et exir et gerregar contra totos homines vel feminas. Convenit Bernard Gazet ad illo comite ut de ista hora in antea que sia suo solido quomodo homo debet esser de suo migliore et solido¹ seniore, per fide, sine enganno. Et Bernard Gazet aiud ad ipso comite de totos homines vel feminas exceptos suos homines de Bernard Gazet; et de suos homines acapte dret ad ipso comite, et si non potuit facere aiud [...] ipso comite per fide, sine ullo enganno. Et convenit Bernard Gazet ad ipso comite que fidels li sia de ipsos directos suos de Assua. Et si minus venit de Bernard Gazet, ille a qui dubitaverit Torena et sua honore aisí li o tinga e li o atenda ad ipso comite et ad ille a qui dubitaverit comitatu suo, per fide, sine engan.

Sig+num Bernardo comite.

Sig+num Pere Arnalle, vicecomes, Sig+num Montaner de Orcall, Sig+num Rodger de Montaniana, isti sunt visores et auditores.

1. solido *afegit al marge*. 2. *Espai d'aproximadament quatre lletres il·legible*.

568

1125, febrer, 15

Donació. *Ermengol VI i Arsenda, comtes d'Urgell, donen a Ramon Arnau d'Almenara i a la seva muller Arsenda la meitat del delme i les primícies de Vallverd.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 266 (*olim* arm. 16 Urgell, sac P, núm. 300), 230 × 80 mm. Bon estat de conservació.

Res donata si in presencia fuerit tradita, nullo modo repetur ad donatore. Igitur, in Dei nomine, ego Ermengaudus, gratia Dei comitum¹ Urgelli, cum domna comitissa coniux mea Arsendis donatores sumus Raimundo Arnallo de Almenara et ad coniux tua Arsendis medietatem de ipsas decimas et primicias de Vallo Viride ad vestrum proprium ad facere vestram voluptatem qui de ipso termine exierint. Et de hoc non eligatis alium seniore nec alium patronem nisi nos et nostris.

Actum est hoc XV kalendas marcii, anno XVII regni Lodovici regis.

Sig+num Ermengaudus comes, Sig+num Arsendis comitissa, nos qui hoc facimus scribere et firmamus.

Sig+num Arnall Bernad de Serralonga, Sig+num Bernad Ramon de Gradilo, Sig+num Bernad de Taus, qui sunt testes.

Arnallus sacerdos, rogatus scripsit die et anno (*senyal*) quod supra.

1. *En lloc de comes.*

569

1125, març, 24

Donació. *Guislabert, vescomte de Barcelona, dona a la seva filla Arsenda i al seu gendre Guillem Ramon les esglésies de Sant Julià i de Santa Justa de Lliçà d'Amunt i un farraginal situat al mateix terme; a més, els permet viure a les cases que té a Lliçà.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 267 (*olim arm. 9 Vic, sac G, núm. 293*), 140 × 290 mm. Bon estat de conservació.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264.

Sub Trinitatis nomine sacro. Ego Guilabertus, Barchinonensis vicecomes, donator sum vobis Arsendi, filie meę, et Guilelmo Raimundi viro tuo necnon et proieniei vestre. Dono namque vobis nominatim ecclesiam Sancti Iuliani de Licano Subirano cum suis decimis et omnibus sibi pertinentibus simul et ecclesiam Sancte Iuste, sicut ego et parentes mei unquam melius habuimus¹ per episcopum Barchinonensem. Tali modo ut post obitum meum vos habeatis prephatum honorem per prelibatum pontificem ad suum servicium sicuti eum ego habeo vel habere debeo et ipsi milites qui tenent per me ipsum fevum ita teneant et habeant per vos sicuti habent vel habere debent per me. Item dono vobis pro tenedone ut ab hac die in antea secure in vita mea habeatis ipsum ferragenal quod ibi in Licano habeo per alodium et duo paria caponum de censu quod mihi inde exiit. Prelibatum autem donum facio vobis sine ulla fraude et sine aliquo malo ingenio libenti animo. Et si alteri unquam aliquod inde donum feci, non sponte sed coactus feci nullamque obtineat firmitatem; sed hoc donum semper sit vobis firmum et stabile ut nullus utriusque homo sexus vel femina eum vobis deinceps inquietare presumat. Quod si facere presumpserit, hereditatem suam inde amittat que ex me ei contigerit. Et si volueritis, sit vobis licitum stare in domibus meis de Licano si necessarium vobis fuerit. Si quis autem, quod

absit, hanc mee donacionis cartam infringere temptaverit, nullo modo facere valeat, sed quod temptaverit in duplum vobis componat. Ac deinceps firma persistat omne per evum.²

Actum est hoc VIII kalendas aprilis, anno XVII regni Ledovici regis.

Sig+num Guilaberti vicecomitis, qui hanc donacionem laudando confirmo et testibus firmare precipio.

Sig+num Berengarii Raimundi, vicarii. Sig+num Arberti Gueriberti. Sig+num Berengarii Gueriberti. Sig+num Arberti, filii eius. Sig+num Arnalli de Subirads. Guilelmus Bernardi levita* (*senyal*).

Arnallus subdiachonus, qui hoc scripsit, cum literis³ supra positis in linea III, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. ahbuimus *al text*; *afegit a la interlínia*. 2. Si quis autem ... per evum *escrit en el text a continuació de la datació*. 3. Entre li i teris un espai de quatre lletres aproximadament, *raspat*.

570

1125, març, 30

Donació. *Bermon Guillem i el seu fill Ramon Bermon donen a Arnau Guillem dos sagrers i mitja figuera de la sagrera de Santa Maria de Gallecs i dues feixes d'alou, també de Gallecs.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 268, 150 × 250 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Bermundus Guilelmi et filii mei Raimundus Bermundi donatores sumus tibi Arnallus Guilelmi. Per hanc scriptura donacionis nostre donamus tibi duos sacrarios cum solos et suprapositos cum medietate de una ficulnea, qui sunt in sacraria Sancte Marie de Galeds, ubi stad Berengarius Mironi, sive cum duas fexas de alodio. Advenit nobis per parentorum nostrorum sive per ullasque voces. Est hec omnia in comitatu Barchinonense, in parrochia Sanctę Marię de Galeds et in sacraria Sanctę Marię prescripta. Et habet affrontationes ipsa¹ una² fexa³ de alodio de⁴ oriente in alodio de Arnallus Gerald, de meridie in alodio Sancte Marie prescripti, ab occiduo in alodio Arnalli Geralli, de occiduo⁵ similiter. Alia fexa de alodio affrontat de oriente in alodio Arnalli Geralli, de meridie similiter, ab occiduo in strata publica, a parte circii in alodio Arnalli Geralli. Quantum iste affrontationes⁶ includunt et isti termini ambiunt, sic donamus tibi ista omnia

suprascripta, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, sine vinculo homo⁷ vel femina, aut vindere aut alienare ad omnia facere quod volueris,⁸ quare fuisti nostrum hominem. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia de nostro iure in tuum tradimus ad tuam voluntatem facere quomodo suprascriptum est. Si quis autem hoc disrumpere voluerit, in duplo componat. Et in antea ista donatio firma permaneat in secula.

Actum est hoc III kalendas aprilis, anno XVII regni regis Ledovici.

Sig+num Bermundus Guilelmi, Sig+num Raimundus Bermundi, qui ista donatione fecimus scribere et firmavimus et firmare rogavimus.

Sig+num Berengarius de ipsa Ruvira.⁹ Sig+num Carbonellus. Sig+num Agilone.

Berengarius Bermundi, presbiter, scripsit sub (*senyal*) prefato die et anno quo supra.

1. *Segueix s raspada.* 2. *una escrit sobre duas raspat.* 3. *Segueix s raspada.*
4. *Segueix alodio ratllat.* 5. *En lloc de circio.* 6. *e corregeix d.* 7. *La darrera o afegida a la interlínia.* 8. *Segueix E ratllada.* 9. *de ipsa Ruvira afegit a la interlínia.*

571

1125, abril, 29

Donació. *Guilabert, vescomte de Barcelona, dóna a la seva filla Arsenda i al seu gendre Guillem Ramon les cases situades a la ciutat de Barcelona, que Geribert Astell té per ell, i els obradors propers, així com l'església de Santa Maria de Mataró.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 269 (*olim* arm. 4 Girona, sac A, núm. 220), 85 × 335 mm. Bon estat de conservació.

a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 371, col. 1260.

b RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 166.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 671. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 54. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 264. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 285. — BENSCH, *Barcelona*, p. 121. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 116-117.

In nomine Domini. Ego Guilabertus, gratia Dei Barchinonensium vicecomes, donator sum tibi Arsendis, filie mee, et Guilelmus Raimundi viro tuo. Per hanc quipe scripturam dono vobis infra meniam civitatis Barchinone omnes domos quas tenuit per me Gerbertus Astarii, cum terminis et affrontacionibus earum, eo modo ut quicquid ex eas facere vel iudicare volueritis plenam in

Dei nomine abeatis potestatem, sicut de vestro proprio et franco alodio. Adveniunt mihi per genitorum et per omnes voces. Item dono vobis ecclesiam Sancte Marie Civitas Fracta cum omnibus decimis sibi pertinentibus. Hec omnia dono vobis prompto¹ animo et spontanea voluntate et sicut hic insertum est, sic vobis dono et laudo atque auctorido, et sic de meo iure in vestro trado dominio et potestate ab omni integritate ad faciendum quicquid vobis et proienie vestre visum fuerit. Item addo vobis et dono omnibus operatoriiis quos abeo iusta prenominate domos infra iamdictam meniam civitatis. Terminantur domos et operatoriiis ab oriente in callo que pergit de foro super ospitalem ad ipsam sedem, a meridie in callo ubi aperit ianuam Arnallus Adals, a circii in callo qui vadit de palacio ad ipsum Paradisum, ab occiduo in callo unde² Guilelmus Bernardi, moneder, pergit ad ipsam sedem. Quantum infra istos IIII^{or} callos abeo vel per ullasque voces abere debeo totum vobis et vestre proienie ab integrum dono absque fraude et ullo malo ingenio ad faciendum quecumque vobis placuerit. Quod si ego donator aut aliquis omo vel femina hec omnia in aliquo vobis dimovere temptaverit vel contra vos aut contra proienie vestra ad inquietandum surrexerit, nullo modo facere possit set componat vobis in vinculo prelocuta omnia in duplo. Et insuper hec scriptura maneat firma per omnia secula.

Que est facta III kalendas mai, anno XVII regni regis Lo-doyci.

Sig+num Guilabertus vicecomes, qui ista donacione feci et firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Berengarii Raimundi, vicarii. Sig+num Bernardus Berengarii. Sig+num Arnalli de Subirads. Sig+num Bertrandus.

Guilelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. La segona p afegida a la interlínia. 2. unde afegit a la interlínia.

1124, juny, 16-31 o 1125, maig, 16 - juny, 15

Permuta. *Pere Arnau permuta als esposos Bernat Ramon i Guilla un alou a Solerols, terme de Callús, per un camp al mateix lloc. A canvi, Bernat Ramon i Guilla renunciem als seus greuges contra Pere Arnau.*

- A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3249, 85 × 135 mm. Estat de conservació deficient; manca la part dreta del pergamí (aproximadament 50 mm) i presenta un estrip a la part inferior esquerra.

Com que manca el dia, indiquem les dates possibles. Hem restituint entre claudàtors algunes de les parts del document tot seguint el formulari de les permutes. Les parts que no han pogut ser restituïdes s'indiquen amb punts suspensius entre claudàtors.

In nomine Domini. Ego Petrus Arnalli donator sum vobis Bernardo Raimundi et uxorie tue [Guilia. Per hanc scripturam donatio]nis dono vobis ipsum alaudium quod abeo in Solerols, in domos vel in terris cultis et eremis, [que advenit mihi per ... vel] per ullaque voces. Et est hec omnia in comitatu Minorise, in terminio castrum Callariis [...] paternam sive maternam vel per omnesque voce. Sunt autem afrontaciones, a parte orientis in t[erra ..., de meridie ...] de Portela, de occiduo in ipsa rocha subtus Solerols, de circi in rivo de Callariis. Qu[antum infra istas quatuor affrontaciones] includunt dono vobis ad vestrum proprium alaudem, ad facere quod volueritis. Et ego Bernar[dus et uxor mea Guilia] donatores sumus tibi Petro Arnalli, propter Deum et remedium animarum nostrarum, ipsum campum qui [est] super ipsa riera. Et ego Bernardus et uxor mea Guilia difinimus et evacuamus tibi Petro [Arnallo ...] querimonias quas abuimus tecum. Quod si quis homo vel femina qui contra ista carta venerit a[d inrumpendum, non valeat], sed pro sola presuncione in quadruplum componat. Et in antea ista scriptura firma et stabilis per[maneat omnique tempore].

[Facta est ista scriptura doncionis ...] iuni, anno XVII Lodovici regis.

Signum+ Petrus Arnalli, qui hoc feci scribere et firmavi et test[es firmare rogavi].

[Signum+] Bernardus M[...], Signum+Guilia, nos qui hec omnia laudamus et firmamus.

Signum+ Raimundus [...].

Ut [res ...] ego Poncius [...] in ista carta firmo die et anno [quo supra].

573

1125, setembre, 15

Jurament de fidelitat. *Alfons II Jordà, comte de Tolosa i de Roerga, jura fidelitat als comtes de Barcelona Ramon Berenguer III i Dolça.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 270 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 403), 75 × 185 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, 1 f. 374.]
- a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 897.
- b FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 40.

Iuro ego Illefonsus, filius Alvire femine, tibi Raimunde, Barchinonensium comiti et Provincie marchioni, filio Maaltis femine, et uxori tue, Dulcie comitisse, quod de ista hora in antea fidelis ero vobis de vita vestra et de corporibus vestris et de membris vestris que corporibus vestris iuncta sunt. Et de omnibus honoribus vestris quos hodie habetis vel habere debetis vel in antea cum consilio meo adquisieritis vos vel homines per vos. Quod non vobis illos honores tollam nec tollere faciam, partem nec totum, et si quis vobis aliquid de predicto honore inde tulerit vel tollere voluerit, ero vobis inde fidelis adiutor et defensor per fidem, sine engan, contra cunctos homines vel feminas per quantasque vices me inde monueritis vel moniri feceritis, excepto Aimerico de Narb[o]na et Guilelmo de Monte Pessule et Bernardo de Andusa et comes Furno Chalcherii et illis meis hominibus qui directum vobis facere voluerint. Sicut superius scriptum est, sic faciam et attendam vobis ego Illefonsus vobis suprascriptis comiti et comitisse. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc XVII kalendas octobris, anno Dominice incarnationis CXXV post millesimum.

Sig+num Illefonsus comes.

574

1125, octubre, 28

Establiment. *Els esposos Pere Bernat i Agnès i la seva filla Sança estableixen a Pere d'Arnau Ramon una peça d'alou per tal que hi planti vinya i la conreï, a canvi de dotze sous d'entrada i d'un cens anual de dues gallines, dues fogasses i un quarter de vi.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 271, 100 × 360 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55.

In nomine Domini. Ego Petrus Bernardi et mulier mea nomine Agnes et filia mea nomine Sanca donatores sumus ad Pere de Arnall Ramon vel ad tueque posteritati. Donamus nos vobis I^a

pecia de alod qui est subtus ipsa via qui pergit versus ipso Palaad. Abet afrontaciones de I^a part in ipso torrent de Ramon Ponc, de alia part in ipso reger qui discurit, de alia vero part in ipso alod de Pere Arnall. Quantum iste afrontacione[s]¹ includunt, sic donamus nos suprascripti ad te Pere vel ad tueque posteritati hoc alod per plantacione ut bene plantetis et hedificetis ipsum alod in vinea. Et quando fuerit hedificata abeatis vos plantatores² ipso primo explet et in antea abeamus ipso explet per medietatem et faciamus ipsa laboracione per medietatem. Et si vos donatores vel vestri non laboretis, abeatis de ipso explet IIII^a part. Et in antea nos donatores recepimus de vos plantatores propter istam donacionem XII^{cim} solidos de diners. Et in antea faciatis censum ad nos et ad nostri successores vos et vestri successores, de qua ora in antea abeatis explet de ipsa vinea, apud ipsum servicium faciendum, parilio de galines et II^{es} fogaces et I quarter de vi.³ Et in antea abeatis vos et vestri ipso alod per plantacione quomodo superius scriptum est.

Acta carta donacione vel plantacione V^o kalendas novembris, an[n]o⁴ X^o VIII^o regnante Ledovico rex.

Sig+num Pere Bernad, Sig+num Agnes, mulier sua, Sig+num Sanca, Sig+num Gomballus de Uluga, nos sumus donatores et firmatores qui ista donacio iussimus scribere et a testibus firmare.

Sig+num Arnallo Ostem, Sig+num Almoravid,⁵ Sig+num Arnall Guiribert, Sig+num Marti d'en Mir Guiribert, Sig+num Arnall Sardo, isti sunt testes visores et auditores.

Petrus⁶ presbiter scripsit hoc (*senyal*) in die et an[n]o⁷ quod supra.

1. Manca. 2. Segueix abeatis sense cancel·lar. 3. apud ipsum ... quarter de vi escrit entre les subscripcions d'Almoravid i d'Arnall Guiribert, amb un senyal d'avis en el text que hi remet. 4. Manca. 5. Segueix Sig+num sense cancel·lar. 6. Petrus monograma. 7. Manca.

575

1125, octubre, 30

Donació. *Els germans Berenguer i Pere Bernat donen a Guillem Pere i a la seva muller Adelaida diversos masos i feus.*

A [Original no localitzat.]

B Trasl·lat de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 272, 90 × 150 mm. Estat de conservació regular malgrat que manqui un gran fragment de la part dreta del pergamí.

Notum sit cunctis presentibus et futuris quoniam ego Berengarius Bernardus et Petrus eius frater dimi[timus ... Guillel]mus¹ Petri et ad uxori sue nomine Azaledis nominatim mansum unum in Villa Salama cu[...] [...]degimum de Pugol et ipsum mansum de Pugimpii. Et ad Sovedilles ipsum fevum quem tenebat per [...]dia. Ea videlicet racione ut prephatus Guilelmus Petri teneat semper prephatum mansum de Villa Sa[...] mansum de Granel et ipsum fevum de Pug, sicut ego tenebat per meos seniores. Et aliam suprascriptam [...] mater mea tantum in vita sua cum omnia alodia. Et post obitum matris mee remaneat prescrip[...] [...]tum Guilelmum tam alodium quam fevum qui ad nostram hereditatem pertinet vel pertinere debet. Hec [...] ipso alodio est sita ad ipso Merles et ad Riba unum mansum ubi habitat Petrus Mironi cum su[...] [...]so alodio de la Bedels. Sub ea condicione ut si Deus concesserit michi vitam quatinus possim reverti² ut n[...] recuperare prephatum honorem. Sin autem teneas et possideas tu et filii tui et omnis posterita[...].

[Facta ista] donatione III kalendas novembris, anno XVIII regni Ledovico rege.

Sig+num Berengarius Bern[ardi, Sig+num Pe] trus, frater eius, nos simul qui ista carta donatione iussimus scribere nos firmavimus et testes firma[e rogavimus].

[...] Bernad, frater eius. Sig+num Raimundi Bernardi de Guardia. Sig+num Ramon Arnal de Cu[...] de Vale Spirans.

Petrus³ sacerdos, qui hoc rogatus scripsit prephato die et anno.⁴

1. Indiquem en punts suspensius entre claudàtors les importants llacunes del text pel fet que el marge dret està totalment mutilat. 2. reverti afegit a la interlínia. 3. Petrus monograma. 4. B acaba: Raimundus scripsit hoc translatum nichilque in eo, se sciente, variavit et hoc suum (*senyal*) sig(*senyal*)[num fecit].

[c. 1125]

Jurament de fidelitat. *Alfons Jordà, comte de Tolosa, promet ajuda a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, en la guerra contra el comte Guillem de Forcalquer.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Extraintentari, núm. 3266 (*olim* 1 arm. Catalunya, sac C, núm. 424), 45 × 182 mm. Bon estat de conservació.
 B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 374.]
 a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 896 (regist segle XIV).
 b FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 50 (amb data 1146 o 1147).

Datem el document per l'any del pacte entre els comtes Ramon Berenguer III de Barcelona i Alfons Jordà, comte de Tolosa, pel repartiment de Provença.

Iuro ego Illefonsus, Tolosanus comes, tibi Raimunde, Barchinonensium comiti et Provincie marchio, quod de ista hora in antea fideliter adiuvabo te de ipsis guerris quas feceris cum Guillermo, comite de Forncalcher. Et de ipsis guerris quas ego fero cum eo, faciam tibi fieri finem, sine engan, cum ad concordiam et pacem venero cum illo. Et facta pace et concordia, faciam tibi fideliter adiutorium sicut superius scriptum est. Per Deum et hec sancta.

577

1126, gener, 21

Dotació. *Els esposos Pere Bernat i Agnès doten la seva filla Ermessenda, promesa d'Almoravid Amuler, amb els castells de Fiol i de Pontons i l'alou d'Omells.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 274, 75 × 380 mm. Estat de conservació deficient a causa de dos estrips provocats per la humitat.

In nomine Domini. Ego Pere Bernad et mulier mea nomine Agnes donatores sumus ad te filia nostra nomine¹ Ermessen. Donamus tibi ipsum castrum de Filol, ipsum alodem et fevum et ipsos cavalers quomodo ego ibi abeo vel abere debeo per seniores meos, exceptus ipsa masia qui fuit de Pere Bermon que done ad Arnall Osten. Et dono tibi ipsum alod de Olmels qui est in termine de Cheralt, exceptus una parelada que done a Ramon Irimball et a na Calva et alia parelada ad Arnall Osten et a na Sanca. Et dono tibi ipsum castrum de Pontons, los cavalers, el[s]² feus e·l[s]³ alods, axí quomodo ego l'a[capte]⁴ d'en Bernad de Vila de Maier in convenientia escrita. Hec onore suprascripta ab integrum dono tibi de post obitum de me Pere Bernad et de mulier mea. Et ego Pere Bernad dono filia mea Erm[essen cum i]psa honore suprascripta tota ab integrum ad te Almoravid Amuler que abeas ipsa dona et ipsa honore tu et ipsos infantes qui exierunt de domna Ermessen et de Almoravid. Et [... con]cordia⁵ que non potuimus stare in simul, abeat Almoravid ipsum castrum de Pontons solidamente ab integrum quomodo superius est scriptum, apud ipsa medietate de Filol de ips[...]⁶ de feus. Et in ipsa estadga que faciamus in simul quomodo ego Pere Bernad quantum ego habere potuero mito ipsa

statica et que similiter [fa]ciat Almoravid quantumque ab[ere ...] potuat. Et est manifestum.

Acta carta donacione XII kalendas februarii, annos XVIII regnante Ledovico rex.

Sig+num Pere Bern[ad], Sig+num Agnes, qui ista carta [donacionis fecimus] scribere et a testibus firmare.

Sig+num Guillem de Avino, Sig+num Ramon de Filol, Sig+num Ponc de Mont Tornes, isti [...] visores et auditores.

Pere⁶ presbiter scripsit hoc in die et an[n]o⁷ quod (*senyal*) supra.

1. nomine afegit a la interlínia. 2. Manca. 3. Manca. 4. Lectura dubtosa i possiblement incompleta a causa d'un esquinçament i una taca d'humitat. 5. Indiquem en punts suspensius entre claudàtors els fragments il·legibles perquè el pergami està esquinçat.
6. Pere monograma. 7. Manca.

578

1126, març, 24

Adveració. *Els testimonis del testament de Ramon Miró juren, damunt l'altar de Sant Joan de l'església de Santa Perpètua de Mogoda, les darreres voluntats d'aquest, per les quals llegà diversos béns a institucions religioses i als seus familiars.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 276, 350 × 390 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 263.

Hec est sacramentalis condicio ultime voluntatis cuiusdam defuncti nomine Raimundus Mironi. Est autem facta secundum hordinacionem Guilelmus Mironi iudicis atque secundum legum hordinem Libri Iudicialis in qua decretum est qualiter confici et confirmari conveniunt ultimas voluntates moriencium hominum. Ideoque nos testes his nominibus apellatis, scilicet Berengarius de ipsa Ruvira et Bernardus Arnalli de ipsa Turre, qui iussu prefati defuncti in suo testamento ad confirmandam eius voluntatem firmatores accessimus infra spacium VI mensium post prenotati defuncti hobitum, iurando super altare sancti Iohannis quod cernitur esse constructum intra ecclesiam Sancte Perpetue, cuius ecclesia sita est in comitatu Barchinona, in Vallense, in loco vocitato Moghoda, confirmamus quia hoc oculis nostris vidimus et auris audivimus tunc temporis quando predictus auctor huius scripte voluntatis, iacens in egritudine

detenta unde obiit, adhuc senso pleno et memoria integra iussit scribi et fieri suum testamentum et iniunxit voluntatem suam manumissoribus suis, videlicet Raimundus Gauperti et Berengarius Ysarni et mihi iamdicti Berengarii et uxori sue Ermeniardis, et precepit nobis testificari hanc suam ultimam voluntatem quam hordinavit nobis videntibus et audientibus. In primis concessit pro anima sua domino Deo et ecclesiam Sancte Marie de Palacio tota ipsa sacraria et ipso orto et domos sicut ad illum diem tenebat et possidebat presbiter eiusdem ecclesie et ipsum mansum quod tenebat Iohannes Borses cum omnibus suis pertinenciis qui ad prefatum mansum pertinent vel pertinere debent, hec omnia inde liberum. Dimisit ethiam ecclesiam Sancti Iohannis de Palacio ipsas decimas de ipsum campum, de ipsa era et ibidem alium campum infra ipsa via et ipsa riera et ultra ipsum torrentem I pariliatam. De hoc totum dimisit et concessit ipsas decimas fideliter cum omnibus decimis et primiciis de ipsis alodiis quos abebat infra parroecchiam Sancti Ienesii de Plegha Manus, simul cum omnium decimum de ipsum suum mansum de ipsa Ruvira sicut ad illum diem tenebat et possidebat pretaxate ecclesie per decantare et venerare. Iterum concessit iamdicte ecclesie decimum de ipsum suum molinum quod abebat ad ipsa forteza iam semper per luminem. Concessit domino Deo et Sancti Cucuphatis cenobii ipsum mansum de Bati Palmæs cum omnibus suis pertinenciis simul cum ipsum alodium quod olim dedit illi in Griera et ad ipsa Petra de Musarc hoc totum inde liberum. Concessit filio suo Petro ipsum castrum de Montis Scatani sicut illut tenebat per seniore¹ pretaxate castrum cum omnibus fevis quos tenebat per iamdicte seniore simul cum usibus quas abebat in iamdicto castro. Iterum autem dimisit pretaxatum filium suum castrum Sancti Minati cum cunctis fevis quos tenebat Arnallus Guiriberti per domnum Sancti Minati, sicut adquisivit ille et filium suum per donum Guilelmus Raimundi. Concessit uxori sue ipsum fevum quod tenebat per Gaufredi seniori suo, ut teneat eum omnibus diebus vite sue et serviat iamdictum fevum filium suum; post obitum uxori sue remansisset ad filium suum Petrus solidum et liberum. Iterum dimisit filio Bernardus cunctum suum alodium quod abebat in villa Hroalis cum suis pertinenciis et ipsum totum quod abebat infra parroecchiam Sancti Ienesii de Plega Manus et ipsum totum quod abebat infra parroecchiam Sancti Stefani de Palad Daries et hoc totum qui

ad prefatos alodios pertinent vel pertinere debent, et cunctum alodium quod abebat in Granulariis, in ipsa parroecchia, in diversis locis, simul cum ipsum mansum de Bernardus Arnalli cum omnibus suis pertinenciis, sicut ille tenebat et abebat per ullas voces. Est autem pretaxatum mansum infra parroecchiam Sancte Marie de Palacio, in loco vocitato Balano, et donet per censum quartera I olei iam semper ad Sancti Petri Puellarum votas qui inde exit de una sorte per unicuique anno. Concessit filio suo Bernard ipsa pignora et fevum quod tenebat per domnus Yordanis ad ipso Arno in plurimis locis. Suprascripta laxacione quod hic inserta est ad filio suo Bernardo totum dimisit illi, in tali capcione ut coniux sua pretaxata hoc teneat et possideat in vita sua et serviat Bernardus ipsum fevum de ipso Arno. Post obitum vero suum revertatur in ius et dominium nominatus Bernardi. Iterum dimisit filio suo Bernardus ipsum fevum quod abebat per Berengarius Bernardi in Palad Daries, in ipsa conveniencia que ille illut abebat. Concessit filio suo Petro ipsa sua forteza cum cunctis aliis alodiis quas abebat simul et fevis qui hic non sunt inserti simul cum ipso molendino cum pratis et aquis et pascuis et baiulias et usaticis, acaptis, tenezones. Hoc totum reliquid filio suo Petro tali modo et ordine ut hoc totum teneat mater sua cum illo et illa sit domina de pretaxata omnia sine ullo retentu et abitent in comune. Quod si habitare non potuerint in comune, concessit uxori² sue ipsas suas domos de ipsa sacraria de Palacio unde donet unicuique anno per censum libram I cere prefate ecclesie cum cunctis alodiis quos abebat de rio Aguti in amonte et vadit ad ipsas domos³ de Arbertus Amati et ita vadit ad ipsum torrentem que dicunt de Meserata et continet ad ipsum mansum de Gerallus Corbaccii et vadit usque in rio Calidis. Hoc totum reliquid ad illa quantum infra hos terminos abebat simul cum ipsos fevos de iamdicte ecclesie et ipsum quod tenebat de ipso Arno per domnus Yordanis necnon et ipso molendino de ipsa forteza vel cum omnia qui ad ipsum molendinum pertinet. Hoc totum dimisit illa in vita sua. Post obitum vero suum revertisset ad filium suum Petrus, exceptus ipsum fevum et alodes quod supra sunt testati filio suo Bernardo. Qualisque ex his duobus filiis suis qui istum testamentum non laudaverit et ereditatem fratri suo infringere voluerit, perdidisset cunctos fevos quos ille adquisivit per omnes suos seniores et omnes suas comparaciones, et totum reliquid ad aliut fratri suo preter ipsa casa cum omnibus alodiis, sicut continet de ipsa ri-

era de Calidis in amonte et vadit ad ipsa Serra et sicut continet de rio Aguti in avalle et vadit ad ipso torrente qui discurrit⁴ per ymbrem per ipsas Loberas in avalle, quod concessit Petrus filio suo per melioracionem. Qualisque ex illis obierit sine infante de legitimo coniugio, omnes ereditates suas remansissent ad alium fratri suo. Dimisit ut sint solutos ipsos debitos in comune quod debebant ille et uxor sua de illorum mobile, et dimisit uxor sua et filiis suis et omnem suam honorem in baiulia domino Deo et sancte Marie et omnibus sanctis et consanguineis suis et amicis et omnibus suis. Postquam predictus auctor hec omnia hordinavit, aliter voluntatem suam non mutavit, nobis scientibus, set sic stare mandavit, deinde ingravescente langore dicessit ab hoc seculo in mense ianuarii, anno XVIII regnante regis Lodoyci.

Late huius condicionis VIII kalendas aprili anno XVIII regnante prefati⁵ regis.

Sig+num Berengarii, Sig+num Bernardi Arnalli, nos sumus huius rei testes et iuratores.

Sig+num Raimundi Gauperti, Sig+num Berengarii Ysarni,⁶ Sig+num Ermeniardis, nos sumus manumissores.

Sig+num Guilelmus Arnall de ipsa Turre, Sig+num Raimundi Bernardi de ipsas Fexas, Sig+num Raimundi Guilelmi de Vakerices, nos qui presentes testes adfuimus.

Signum Guilielmi iudicis* (*senyal*).

Guilelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. nio afegit a la interlínia. 2. uxori repetit. 3. s afegida a la interlínia. 4. s afegida a la interlínia. 5. i corregeix e. 6. Manca la puntuació a les subscripcions de Ramon Gaupert i Berenguer Isarn.

579

1126, març, 31

Establiment. *Berenguer, Pere i Guillem Arnau estableixen a Pere Guilem uns molins blanquers a Calders, a canvi d'un cens anual de cinc quarteres d'ordi i dos pernils.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 277a, 105 × 380 mm. Bon estat de conservació.

a SERRA, *El molí*, p. 148.

b *Catalunya Romànica*, XI, p. 55.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 674. — BONNASSIE, *Catalunya*, II, p. 290.

Aquest document precedeix el text d'un altre document copiat a continuació en el mateix pergami i en el qual intervenen els mateixos actors. Vegeu el document núm. 580.

In nomine Domini.¹ Ego Berenger Arnall et Petrus Arnad et Guillem Arnall donatores sumus tibi Petrus Guillem, emtori.² Per hanc scriptura donacionis meę domamus nos vobis ipsos mulinos blanchers cum suis pertinenciis ab ipso mansum ab suis pertinenciis. Advenit ad nos donatores per parentorum nostrorum sive per ullasque voces. Et est ipsum mansum et ipsos mulinos in comitatu Minorisa, in chastrum Chalers, in locum que vocant Molinos Blanchers. Et afrontad ipsum mansum et ipsos mulinos de parte orientis in flumine Chalers, de meridie in ipso bosco, de [parte]³ vero circii in ipso pug supra mansum, de hocciduo en Falconera. Quantum infra istas quatuor afrontaciones includunt et is termini ambiunt, sic donammus nos vobis totum ab integre, cum exiis et regresiis earum. Donamus nos vobis Petrus Guillem,⁴ ad te et ad proximos tuos, in tale racione⁵ quem vos et illis ad qualicumque iacuerit volueris post obitu[m]⁶ t[u]m;⁷ sciatis bene nostrum simile cum erit⁸ Fulco de nos et proenita nostra ad nostrum servicium post obitum Fulco. Et est⁹ ipsum censum quarteres V de ordii et II^{as} pernas per unumquemque annum. Et est manifestum. Quod si nos donatores a[ut]¹⁰ ullusque homo qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat in duplo cum omnem suam melioracionem. Et non sit dirupta et in antea ista [carta]¹¹ firma et stabilis¹² [permaneat]¹³ modo vel omnique tempore.¹⁴

Facta ista carta donacione¹⁵ II kalendas aprilii, anno VIII^o regni Ledovici reg.

Sig+num Berenger Arnad,¹⁶ Sig+num Petrus Arnalli, Sig+num Guillem Arnad, Sig+num Folc Raimon, Sig+num Ermetruit, nos qui ista¹⁷ charta fecisemus scribere et¹⁸ testes firmareque rogavi[mus].¹⁹

Sig+num Bernad Ramon.

Ermengallus sacer, qui hoc scripsit die et anno prefixo (*senyal*).

1. Domini *afegit a la interlínia*. 2. emtores *al text*. 3. Manca. 4. Guillem *afegit a la interlínia*. 5. *ne afegit a la interlínia*. 6. Manca. 7. Manca. 8. *erit amb un signe d'abreviació volat a la e per error de l'escrivà*. 9. *est afegit a la interlínia*. 10. Manca. 11. Manca. 12. *bilis afegit a la interlínia*. 13. Manca. 14. *Segueix Hactum est hoco (sic) sense cancel-lar*. 15. *La segona o afegida a la interlínia*. 16. *r afegida a la interlínia*. 17. *i volada a la q que la precedeix, la qual ja porta el signe d'abreviació corresponent per al relatiu qui*. 18. *Segueix i sense cancel-lar*. 19. Manca.

580

1126, març, 31

Establiment. *Berenguer, Pere i Guillem Arnau estableixen a Pere Guillem el mas d'Olivera, situat al castell de Calders, a canvi d'un quart de la collita pels conreus actuals, la tasca pels altres i un parell de gallines per les cases i els horts.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 277b, 105 × 380 mm. Bon estat de conservació.

Aquest document està a continuació del text d'un altre document, en el mateix pergami, i en el qual intervenen els mateixos actors. Vegeu el document 579.

In nomine Domini. Ego Berenger Arnad et Petrus Arnad et Guillem Arnad donatores sumus tibi Petrus Guillem, emtori.¹ Per hanc scriptura donacionis meę donamus nos tibi ipsum mansum de Olivera cum suis pertinenciis que abet et abere debet in cunctis locis per bene laborare et bene complantare, et donetis vos ad nos seniores et ad nostra progenita de ipsos aladios² laborativis ipsum quartum et de alios alaudios fiunt tascales,³ et de ipsas chasas et ipsos orts donetis pro unumquemque annum⁴ parilios II gallinas. Advenit ad nos donatores per genitores nostros sive per ullasque voces. Et est ipsum mansum in comitatu Minorisa, in chastrum Caller, in loco que vocant Olivera. Et afrontat ipsum mansum de parte orientis a ca Portela, de meridie in estrada publica, de [parte]⁵ vero circii in escala, de hocciduo a Pertegas. Quantum infra istas quatuor⁶ afrontaciones includunt et is[ti]⁷ termini ambiunt,⁸ sic donamus nos tibi ipsum mansum totum ab integrum, cum exiis et regreis earum, in tale conveniencia que mitatis in ipsum mansum parilio I de boves et oves et chapres et laboradore. Et est manifestum. Quod si nos donatores a[u]d⁹ ullusque omo vel femina qui con[tra]¹⁰ hanc charta ve[ne]rit¹¹ pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat in duplo cum omne suam melioracionem. Et in antea ista [carta]¹² firma et stabilis [permaneat]¹³ modo vel omnique tempore.

Facta ista carta donacione II kalendas aprilii, [anno]¹⁴ VIIIIX^o regni Ledovici reg.

Sig+num Berenger Arnall, Sig+num Petrus Arnadli,¹⁵ Sig+num Guillem Arnad, nos qui ista carta fecisemus scribere et¹⁶ testes firmareque rogavi[mus].¹⁷

Sig+num Folc Raimon. Sig+num Bernad Raimon.¹⁸

Ermengallus sacer, qui hoc scripsit, literas suprapositas vel indamnatas vel damnata, die et anno quod supra.

1. emtores *al text*. 2. aladios *afegit a la interlínia*. 3. tastcales *al text*; c *afegida a la interlínia però sense corregir la segona t*. 4. annum *afegit a la interlínia*. 5. Manca. 6. La segona u *afegida a la interlínia*. 7. Manca. 8. u *afegida a la interlínia*. 9. Manca. 10. Manca. 11. Manca. 12. Manca. 13. Manca. 14. Manca. 15. *Segueix Guillem ratllat*. 16. *Segueix i sense cancel·lar*. 17. Manca; *rogavimus al text*. 18. *Segueix un senyal similar al de l'escrivà Ermengol, que clausura aquest document, i al que, en el mateix pergami, el precedeix*.

581

1126, abril, 13

Establiment. *Berenguer, abat de Sant Joan de les Abadesses, estableix a Guillem Sunifred una peça de terra que aquest havia obtingut de Ramon Esteve, regent del monestir, per vuit sous de Besalú, sense subjecció a cens, i, a més, una altra situada a Capite Male Iornalade, a canvi de dotze diners d'entrada i un cens de la meitat del vi, així com delmes i primícies.*

A [Original no localitzat.]

B Trasl·lat del 10 de setembre de 1234. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 278, 110 × 200 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Notícies històriques*, XV, pp. 352-353.

Cognoscant cuncti presentes atque futuri quod ego Berengarius, abbas Sancti Iohannis, comparavi Guilelmo Senfredi quandam petiam de terra quam sine censu diu tenuerat, considerans non esse rectum ut terram censualem absque censu teneret. Sed audiens quod hanc terram dederat ei Raimundus Stephani, qui tempore Bisullunensis comitis Bernardi ecclesiam Beati Iohannis cum Dei servis ibidem Deo servientibus clericis regebat, propter solidos VIII Bisullinensis monete. Hanc donacionem ego ipse laudavi statuens cum consilio regularium fratrum ut ex predicta terra Guilelmus Sinfredi censum faceret, hoc est de¹ una t[e]rra² medietatem de vino ipse et sui omni tempore darent Sancto Iohanni. Igitur laudo et concedo illi hanc terram propter denarios XII^{cim} quos dedit michi, ut habeat semper ipse et sui, et de alia terra quam vocant de Capite Male Iornalade donet semper decimum et primitiam et sit illi et suis in chasalagge. Affrontat autem hec terra ab oriente in torrente de Ballomar et ab occidente de Estanclar. Si quis hanc cartam violaverit, in dupplo componat. Et in antea firma persistat.

Que est facta idus aprilis, anno XVIII^o regni regis Leudovici.

Sig+num Berengarii abbatis, qui hanc donacionem laudavi, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Arnalli prepositi. Sig+num Arnalli Lucianensis. Sig+num Kavaroches. Sig+num Berengarii chamberarii. Sig+num Bermundi cappellani.

Guilelmus presbiter, qui hanc cartam scripsit sub (*senyal*) die et anno quo supra.³

1. de *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. *B acaba*: + Bertrandi de Bianna, gerentis vicem Berengarii levite, publici scriptoris Sancti Iohannis, qui hoc anno Domini M CC XXIII, III idus septembris, fideliter translatavit die et anno quo supra.

582

1126, juny, 25

Donació. *Berenguer Arnau, abat de Sant Joan de les Abadesses, dóna en feu a Perella, a la seva muller Cordovana i a llur fill un mas a Sant Pau de Segúries, a canvi de setanta morabatins i de tenir-lo al servei del monestir.*

A ACA, Cancellaria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 279, 85 × 475 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, p. 354.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 29. — BISSON, *L'impuls*, p. 52.

Notum sit homnibus hominibus tam presentibus quan futuris quoniam ego Berengarius Arnaldi, abas Sancti Iohannis cenobii Rivi Pollentis, cum consensu homnium clericorum ibique adstancium dono tibi Perelle et uxori tuę Corduvane nomine et filio tuo, ad fevum, mansum I de Planes cum homnibus suis pertinenciis, quem abuit Arnaldus Raimundi de Pontos, propter septuaginta moabitinos quos a te abui, tali condicione ut tu et homnis tua posteritas libere abeas vel abeat ad servicium tamen Sancti Iohannis et homnium clericorum ibique Deo serviencium. Quod est in comitatu Bisildunensium, in parrohecia Sancti Pauli, in valle Rivi Pollentis. Et afrontat ipsum mansum ex parte orientis in Rocha Gissera et de occiduo in Redunella et de meridie in serra de Pinosa, et etiam ex parte circi in Bel Sula. Si quis contra hanc donacionis serięm venerit ad irrumpendum, agere non valęat quod temptaverit, set pro sola presu[m]pcionis¹ temeritate quicquit ibi leserit vel inde abstulęrit in duplo tibi componat cum sua melioracione. Deinde et in posterum firma hec permaneat.

Actum est hoc VII kalendas iuli, anno XVIII regnante Ludovico rege.

Sig+num Berengarii Arnaldi abatis, qui hanc cartam fieri fecit firmarique rogavit.

Sig+num Arnaldi prepositi. Sig+num Bernardi sacriste. Sig+num Mironis cambararii. Sig+num Ulivarii. Sig+num Bernardi Arnalli. Sig+num Bernardi Adalberti prioris. Sig+num Bernardi Iohannis. Sig+num Cava Rrocas.² Sig+num Raimundi Mironis*. Sig+num Bertran*. Hoc signavit ita Bernardus et archilevita* (*senyal*).

Petrus ipodiaconus, qui anc donacionis scripturam rogatus scripsit die et an(*senyal*)no quo supra.

1. Manca. 2. A les subscripcions de Bernat Joan i Cava-roques manca el punt que la resta de subscriptors posen en el quadrant inferior dret de la creu.

583

1126, juliol, 8

Donació. *Berenguer Renard, vescomte de Carmençó i senyor de Peralada, dota la seva muller Elvira amb tots els béns situats als bisbats de Girona i Elna que havien estat de Dalmau Berenguer, pare de Berenguer Renard.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 289 (*olim arm.* 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1023), 160 × 240 mm. Bon estat de conservació malgrat que manqui tot el marge esquerre del text pel fet que el pergamí ha estat tallat verticalment.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

[...]¹ quoniam ego Berengarius Renardi hac indicante scriptura dono tibi Elvire femineꝝ totum illum honorem quem Dalmacius Berengarii vicecomes [...]unes per illum in episcopatu Girundensi sive Helenensi, scilicet castrum de Cabannes cum universis que ipse pater meus habuit vel ego habeo in parrohe[chia ...] totum honorem quem habeo in parrohechia Sanctę Eulalię de Noves et Sancti Felicis de Villa Iudaicha, cum ipso castro de Carmenzo et univer[...]ul cum omni ipso honore quem predictus pater meus habuit in parrohechia Sancti Martini de Petra Lata vel ego habeo cum omni dominacione et serv[...] H]ucbertus de Petra Lata habet per me vel per patrem meum habuit. Castrum quoque de Rocha Berti et castrum de Ordal et ipsum² de Mulins et de Cersed cum omnibus [...] honoribus sicut tu aut aliqua persona per te ad utilitatem tuam melius intelligere vel suscipere potestis. Sic dono

tibi predictę Elvirę femine [... ha]beant infantes qui de me et te superstites fuerint secundum tuam helectionem vel ordinacionem. Si vero defuerint, habeant ipsi vel ipse quibus [...]. Si quis hanc scripturam³ disrumpere te[m]ptaverit,⁴ nichil proficiat, set pro sola presumpcione duplam compositionem tibi persolvat. Et hec scriptura [firma permaneat omnique] tempore.

Que est acta VIII idus⁵ iulii, anno XVIII regni Ledovici regis.

[Sig+num Berengarii Renardi, qui h]anc scripturam donacionis fieri feci, firmavi testesque rogavi.

Signum+ Bernardi Adalberti. Signum+ Umberti. [...]. Signum+ Petri Raimundi de Rabedos. Signum+ Paladol. Signum+ Bernardi de Mulins. Signum+ [... Signum+] Raimundi de Torreies. Signum+ Arnalli Ioffredi de Lercio. Signum+ Dalmacii de Vila Nova. Signum+ [... Signum+ P]oncii Guilelmi de Val Guarnera. Signum+ Ramon de Solans. Signum+ Bernad de Canta Lobs. [...] episcopus.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis.

1. Els nombrosos passatges il·legibles a causa de la mutilació del marge esquerre del pergami els indiquem amb punts suspensius entre claudàtors. Alguna de les parts il·legibles ha estat restituïda tot seguint el formulari típic d'aquesta tipologia documental.
2. i afegida a la interlínia.
3. La primera r afegida a la interlínia.
4. Manca.
5. Segueix ianua ratllat.

584

1126, juliol, 20

Convinença. *Oliver de Pedra infeuda a Ramon Guillem de Viladecavalls la tercera part d'uns esplets a canvi que defensi els seus béns i d'altres serveis.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 280 (*olim* Segona Caixa, sac B, núm. 110), 95 × 405 mm. Carta partida traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergami, de l'esvaniment de la tinta i d'un estrip a la part superior dreta.

Era millesima C^a LXIII^a, XIII kalendas augusti. Hec est conveniencia facta inter Olivarius de Petra et Raimundus Guilelmi de Vila de C[av]als. Donat namque iamdicto Olivario ad predictus Raimundus Guilelmi terciam [par]tem de ipsos explets de [...]bed¹ de hoc quod Olivarius ibi abet, exceptus ipsa sua pignora. Ita ut ipso baiulo de prefato Olivario² ibat cum ipso de Raimundus Guilelmi et liberet iamdictam terciam partem de expletos ad baiulo Raim[undi] Guilelmi, et donet de ipsos estacaments quando

Olivarius aut uxor eius ibi non erunt, ita ut faciat affidare cum baiulo de iamdicto Olivario et non abeat lice[n]ciam³ placitare sine Olivario aut uxor eius aut sine illis p[re ... et per sui ...]⁴ donum vel fevum. Convenit Raimundus Guilelmi ad prefato Olivario et uxor eius et filii eius ut de ista ora in ante adiuvet illis honorem tenere et defendere ipsam honorem quod hodie abent et in antea adquisierint cum eius consilio [...]⁵ Guilelmus de Terraza et Gerallus Gonballi et filiis suis contra cunctos homines et feminas per fidem rectam, sine engan. Et si Raimundus Guilelmi erat cum Guilelmo de Terraza aut cum supradictus Gerallus liberet Raimundus Guilelmi ad prefato Olivario [...]⁶ iratus a servicio suo et faciat eis curtes et placitos et prestat eis cavallos aut mulo uno mense per unumquemque anno. Et convenit eis ut ista honore ubi eum colliget bene custodire, gubernare, defendere et meliorare ad illos et a sseipso. Et hoc suprascriptum convenit tenere et atendere et que non auferat eis ullam res nec tollat. Et si illis auferebat et infra XXX dies quo amonitus erit [...]⁷ debat aut non emendabat, adapertum illis fuisset suprascriptum fevum.

Sig+num Olivarius, Sig+num Raimundus Guilelmi, nos qui ista conveniencia facimus, firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+[num]⁸ Raimundus Iocbert. Sig+num Petrus Gerberti. Sig+num Raimundus Mir. Sig+num Guilelmus de Terraza.

Sig+num Guilelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quod supra, cum literis suprapositis in linea II ubi dicit «Olivario».

1. Espai de sis lletres aproximadament, il·legibles a causa de la tinta esvanida.
 2. Olivario afegit a la interlínia. 3. Manca. 4. Espai de deu lletres aproximadament, il·legible a causa del pergami esquincat i de la tinta esvanida. 5. Espai de cinc lletres aproximadament, il·legible a causa de la tinta esvanida. 6. Espai de dotze lletres aproximadament, il·legible a causa de la tinta esvanida. 7. Espai de cinc lletres aproximadament, il·legible a causa de la tinta esvanida. 8. Manca.

1126, agost, 5

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon, senescal, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, per totes les possessions que havien estat del difunt Udaldard II, vescomte de Bas.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 281 (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 667), 210 × 150 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 355-356.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 383, 384. — KOSTO, *Making agreements*, p. 244. — SHIDELEK, *Els Montcada*, p. 98.

Iuro ego Guilelmus Raimundi senescalc, fili qui fui Agnetis femine, tibi seniori meo Raimundo comiti, filio qui fuisti Mahaltis comitisse, quod ab hac ora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie habes vel in antea adquisieris cum meo consilio per fidem rectam, sine engan. Et dabo tibi potestatem de castro Malan et de castro Castellionis et de castro Munt Ross et de castro Beuda et de castro Castlar et de castro Munt Agud et de omnibus forticiis et podiis et rochis condirectis vel discondirectis que sunt vel erunt in omni honore qui fuit de Udalardo, vicecomite de Bass, per quantas vices michi demandaveris per te aut per nuncium vel per nuncios tuos. Et non me vetabo inde videri vel comoneri, et nuncius sive nuncii tui per quos michi hoc demandaveris securi et sine regard poterint venire ad me et loqui mecum et redire ad te. Et adiuvabo te manutenere et defendere totum tuum honorem quem hodie habes vel in antea adquisieris per meum consilium ubique locorum et guereiare contra cunctos homines vel feminas qui tibi inde aliquid tulerint aut tollere¹ voluerint. Et hoc faciam tecum et sine te, cum opus fuerit, per fidem, sine engan. Conveniencias quoque quas tibi feci pro hoc honore Udalardi, vicecomitis de Bass, attendam tibi. Omnia superius scripta faciam² et atendam per fidem, sine engan. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc nonas augusti, anno XVIII regni Ledovici regis.

Poncius subdiaconus, qui hoc scripsit.

1. t afegida a la interlínia. 2. Segueix una lletra raspada.

586

1126, agost, 5

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, la seva muller Dolça i el seu fill Ramon atorguen a Guillem Ramon, senescal, la tutoria de tots els béns de Pere, fill del difunt Udalard II, vescomte de Bas, durant quinze anys; a canvi, Guillem Ramon dóna al comte deu mil sous i l'església de Sant Julià de Boada.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 282 (*olim* arm. 4 Girona, sac D, núm. 333), 330 × 380 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, pp. 411-414.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 456. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, p. 55. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 39. — CAULA, *Orígenes*, p. 299. — KOSTO, *Making agreements*, p. 244. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 98.

Sciant omnes homines quod ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis, Bisullunensis atque Ceritanie comes et marchio, cum uxori mea Dulcia et filio meo Raimundo dono tibi fideli meo Guilelmo Raimundi, senescalc, baiuliam de Petro, filio Udalardi vicecomitis de Bass, et de omni honore quem pater eius tenebat ad diem mortis suę, scilicet de castro Malan et de castro Castilionis et de castro Munt Ross et de castro Beuda et de castro Castlar et de Monte Acuto et de omnibus forticiis et podiis et rochis, condirectis vel discondirectis, cum omnibus suis terminis et de omnibus alodiis cultis vel incultis et de omni fevo et alodio quod ipse habebat in omnibus locis aut aliquis homo vel femina per eum ad diem mortis suę. Hec omnia suprascripta dono tibi per baiuliam ut habeas ea et teneas et possideas usque ad terminum XV annorum ab hac die in antea. Ita ut de ipsis omnibus castris, rochis, podiis et forticiis dones michi potestatem sine engan quodcumque eam tibi demandavero per me aut per meos nuncios, iratus vel pacatus, cum forifectura et sine forifectura. Et non vetes te videri vel moneri de hoc, et nuncius sive nuncii mei per quos tibi hoc demandavero securi et sine regard possint venire ad te et redire et loqui tecum. Accepi namque a te pro hac baiulie donacione decem milia solidorum denariorum Barchinonensium et ecclesiam de Buada, sicut melius pater tuus habuit eam cum suis pertinenciis per patrem meum; et quiquit habes in Osor vel in suis terminis tu vel homo aut femina per te aliquo modo. Si autem, quod absit, ipsum puerum Petrum infra predictum XV annorum terminum mori contigerit, reducas in potestatem meam totum predictum honorem, fevum et alodium quod tibi superius dono per baiulia sine ulla contradiccione vel diminucione et sine ira aut aliqua tristicia, ad meum causimentum. Et hoc facto¹ reddam tibi ipsam ecclesiam de Buada aut convalentem tibi emendacionem sine tuo engan. Si vero transacto XV annorum termino antequam tu redderes ei prephatum honorem ipsum puerum mori contingerit, omnem prephatum honorem, fevum et alodium reddas michi et reducas in potestatem meam pacifice, sine ulla contradiccione et diminucione, et ecclesiam de Buada ab illa die vel deinceps tu non requiras a me vel aliquis homo per vocem tuam. Unde et ego Guilelmus Raimundi senescalc fidelis tuus homo convenio tibi seniori meo Raimundo comiti et

filio tuo Raimundo quod ab hac ora in antea fidelis homo vester ero² et solidus per fidem, sine engan, et faciam tibi domino meo Raimundo comiti ostes et cavalcades super paganos et christianos et seguimentis et curtes et placitos quando michi mandaveris, et adiuvabo te manutenere et defendere totum tuum honorem quem odie habes vel in antea adquisieris per meum consilium ubique locorum et guerreiare contra cunctos homines vel feminas qui tibi inde aliquit tulerint vel tollere voluerint; et hoc faciam tecum et sine te, cum opus fuerit, per fidem, sine engan. Et donabo tibi potestatem de omnibus castris, podiis, forticiis, rochis, condirectis vel discondirectis predictis, quandocumque michi demandaveris ipsam potestatem per te aut per tuum nuncium vel nuncios, iratus et paccatus, cum forifectura aut sine forifectura. Et non vetabo me inde videri vel comoneri et nuncius sive nuncii tui per quos michi hoc demandaveris, securi et sine regard poterint venire ad me et loqui mecum et redire ad te. Et predictas condiciones super quibus michi donas per baiuliam predictum honorem, tam in vita pueri quam in morte, observabo et atendam tibi per fidem, sine engan. Convenio quoque vobis quod si de aliquo homine meo vel femina feceritis mihi querimoniam, faciam vobis de eo iusticiam. Et si per me noluerit vobis stare ad iusticiam, desfidabo eum et adiuvabo vos vindicare de eo per fidem, sine engan. Si autem, quod Deus avertat, interim te obire contigerit, ego filio tuo, domino meo Raimundo, vel illi cui honorem tuum dimiseris in hac fidelitate et conveniencia et servicio que prescripta sunt permanebo et atendam ei omnia que hic tibi convenio, per fidem, sine engan. Et ego Raimundus comes predictus dono fratri tuo Otoni et auctorizo predictum baiulię donum sicut et tibi in prephata conveniencia et condicione, si te intra prescriptum terminum, quod absit, mori contigerit.

Actum est hoc nonas augusti, anno XVIII regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes, s+ Raimundus comes, qui hoc donum fecimus, firmavimus firmarique rogavimus.³

Signum+ Guilelmi Raimundi senescalc, s+ Otonis fratris sui, qui hanc⁴ convenienciam facimus et firmamus.

Signum+ Poncii de Capraria.⁵ Signum+ Berengarii dapiferi. Signum+ Bernardi Guilelmi de Luciano. Signum+ Gocerandi de Sales. Signum+ Petri Raimundi de Vila de Man. Signum+ Petri de Taradel. Signum+ Berengarii de Vila de Vilamuls.⁶

Poncius subdiaconus hoc scripsit cum literis superpositis in linea XI.

1. et hoc facto *afegit a la interlínia. Segueix et sense cancel·lar.* 2. *ero precedit d'una h expuntuada.* 3. *mus afegit a la interlínia.* 4. *h afegida a la interlínia.*
5. *Aquesta subscripció apareix en el text abans de les dues anteriors.* 6. *Vila afegit a la interlínia.*

587

1126, octubre, 17

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon de Castellvell jura fidelitat a Ramon Berenguer III i a Dolça, comtes de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 284 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 335), 275 × 200 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 261.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber Feudorum*, I, doc. 238.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 147, 190, 222, 226. — PEDEMONTE, *Notes*, p. 105.

Iuro ego Guilelmus Raimundi, filius qui fui Ermessendis femine, vobis senioribus meis domno Raimundo comiti, qui fuisti filius Maaltis comitisse, et uxori tue Dulcie comitisse quod ab hac hora et deinceps fidelis ero vobis sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione, sicut homo debet esse fidelis ad seniores suos cui manibus se comendat. Et ego predictus Guilelmus non vos dedebre prescriptos seniores meos, videlicet Raimundum et uxorem eius Dulciam, de vestra vita neque de membris vestris que in corporibus vestris se tenent; neque de omni terrestri honore neque de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalie, cum suis terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis, rocas aut poios, condirectos vel eremos, que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, neque de ipsis abbaciis¹ cum illorum terminis et pertinentiis omnibus que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt; neque de ipso castro quod dicunt Olerdula neque de ipso comitatu quem dicunt Penitensem neque de ipsis [castris]² aut castellos, rocas aut podyos,³ condirectos vel eremos, qui in predicto comitatu sunt vel erunt; neque de ipsa civitate que dicitur Minorisa neque de ipso comitatu qui dicitur Ausona neque de ipso episcopatu Sancti Petri de Vicho neque de ipsos castros aut castellos, rochas vel podios, condirectos vel eremos,

qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt; neque de ipsa civitate quam dicunt Ierunda neque de ipso episcopatu Sancte Marie neque de ipsos castros de Ierondela neque de ipsos castros aut castellos, rocas aut podios, condirectos vel eremos, qui in predicto comitatu sunt vel erunt neque de ipsis abbaciis cum illarum terminis vel pertinentiis omnibus que in predictis comitatibus sunt aut erunt, neque de ipsos castros aut castellos, alodios vel fevos, terras et honores quas vos⁴ hodie habetis vel in antea, Deo dante, adquisieritis; neque de comitatu Bisuldunensi, cum terminis et pertinentiis omnibus, neque de ipsos castros aut castellos, rocas aut podios, condirectos vel eremos, qui in predicto comitatu sunt vel erunt neque de ipsis abbaciis cum illarum terminis et pertinentiis omnibus que in predictis comitatibus sunt vel erunt; neque parias de Ispania quas debetis⁵ habere et adhuc adquisieritis, Deo dante. Et ego predictus Guilelmus prescripta omnia no la us tolré ne us en tolré, nec ego nec homo vel femina per meum consilium neque per meum ingenium, sed aiutor ero vobis ad tenere et ad habere et defendere iamdicta omnia contra cunctos homines vel feminas qui iamdicta omnia tulerint vobis a[u]d⁶ aliquid de iamdictis omnibus inde tollere voluerint vobis. Et hoc adiutorium⁷ sine vestro engan lo faré et comunir non me'n desvedaré et ipse nuncius qui me inde comunerit regardum non habebit ibi. Et ego predictus Guilelmus non dedebré vos predictum comitem senioremeum Raimundum et Dulciam comitissam de ipso Castro Vetulo de Barchinonam, quod est super ipsam portam, neque de ipso castro quod dicunt Castel Bel neque de ipso castro de Odena et de castro de Pontons et de castro de Ben Viure et de castro Far, sed potestativos inde vos faciam per⁸ quantas vices predictos castros requisieritis ad me per vos ipsos aut per vestros missos vel missum. Et comunir no me'n desvedaré nec videre, et hoc totum faciam sine engan. Sicut superius scriptum est, ego iamdictus Guilelmus si o tenré et o atendré ad vos prescriptos seniores meos comitem et comitissam, et post obitum vestrum⁹ similiter attendam ad illum cui vos dimiseritis Barchinonam testamento vel verbis. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc X^o VI^o kalendas novembris, anno X^o VIII^o regnante Ledoyco rege.

1. La segona b afegida a la interlínia. 2. Manca. 3. y corregeix e. 4. vos corregeix tu. 5. s afegida a la interlínia. 6. Manca. 7. La segona u corregeix o. 8. per corregeix et. 9. Segueix ad ratllat.

1126, novembre, 8

Venda. *Ramon Bernat, clergue, ven a la seva germana Ermessenda un hort situat al burg de la ciutat de Barcelona i una peça d'alou a la Torre d'Hostal, pel preu de quaranta morabatins.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 285 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 950), 265 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Tratado comercial*, p. 157. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 162.

Notum sit¹ cunctis omnibus quod ego Raimundus Bernardi vendo tibi Ermesendis, sorori mee, ortum meum quod habeo in burgo civitatis Barchinone, iusta regum, et unam petiam alodii quod habeo in loco vocitato Turrem d'Estal. Advenit mihi iamdicta homnia per ienitorum meorum sive aliis vocibus. Terminatur autem suprascriptum ortum ab oriente, ab occiduo et a circii in ortos Sancti Petri Puellarum, a meridie in orto chanonice Sancte Crucis² Sancteque Eulalie. Et affrontat iamdictam petiam alodii ab oriente et a circii in alodio qui fuit Guiribertus Guitardi, a meridie in alodio et in vineireis³ Arberti⁴ Poncii, ab occiduo in riera. Quantum isti termini concludunt sic vindo tibi, cum ingressibus et regressibus earum, et de meo iure in tuum trado dominium et potestatem ab homni integritate ad⁵ quodcumque volueris facere ad tuum alodium francum. Accepi tibi pro hac vindicione moabitinos XL per precium. Et est manifestum. Hanc igitur scripturam istius mee vendicionis, si ego venditor aud aliquis homo utriusque sexus qui contra hanc vindicione pro inrumpendum sive infringendum venerit,⁶ componat seu⁷ componam prephata vindicione in duplo et postmodum hoc maneat firmum.

Actum est hoc VI idus novembris, anno XVIII regni regis Ledoyci.

Sig+num Raimundi Bernardi clerici, qui hanc vindicionem feci, firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Guilelmus*.

Sig+num Geralli Bernardi. Sig+num Bernandi*. Sig+num Arbertus Poncii. Sig+num Arnal Compan*.

Signum+ Ademarus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Segueix o expuntuada.* 2. *Crucis expressat en el text per mitja d'una creu:*
+. 3. *La primera i corregeix e, la segona i corregeix a.* 4. *Entre la t i la i l'escrivà*

va traçar, lleugerament volat, el signe d'abreviació d'us, amb la intenció d'escriure Arbertus, a continuació va escriure la i i no va cancel·lar el signe d'abreviació. D'altra part, volat a la primera r apareix un traç vertical que tampoc no ha estat cancel·lat. 5. aud al text. 6. it corregeix e. 7. ceu al text.

589

1126, novembre, 27

Establiment. *Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, i llurs fills Ramon i Berenguer estableixen a Arnau Boteller diversos béns situats a Cervera, que els esposos Arsèn i Arsenda havien empenyorat a Alemany de Rabassa. Arnau Boteller haurà de redimir l'empenyorament per vint-i-cinc morabatins d'or i estarà subjecte a fadiga de trenta dies.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer II, carp. 32, núm. 283 (olim arm. 13 Cervera, sac B, núm. 122), 210 × 215 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 164.

In nomine Domini. Ego Raimundus, Dei gracia Barchinensium comes et marchio, et Dulcia comitissa atque Raimundus comes, filio nostro, atque Berengarius filius noster, nos sumus donatores tibi Arnall Botler. Donacione nostra donamus nos tibi et cuncte tuę posteritati ipsas nostras casas et casalibus, cum solis et supraposotis illorum usque cacumine celi et alaudes cultis et ermis et ortis et terris et vineis, totum hoc qui fu[i]t¹ de Arseu et de uxor sua Arseua quomodo Alaman de Rabaza tenebat de illos in pignora infra terminis kastrum Cervarię. Advenit ad me donator et filiis meis prenominata omnia per parentorum meorum et ad me Dulcia comitissa per vocem viro meo iamdicto. Abent affrontaciones predictas casas et casalibus a parte orientis in casas de Pere de Rosseth, de meridie in carrera, de occiduo in obrador de Bernard de Sanauga, circi vero parte in casas de Ospital et in casas de Arberto et in ipso fossar. Predictas vero casas prenominatas cum supranominatis alaudes et vineas quas iamdictus Arseu et Arseua,² uxor sua, abebant et tenebant et in pignora miserint ad Alaman, sic damus nos tibi et tue cuncte posteritati ad tuum proprium alaude, cum egressis et exitibus earum, ad facere quo vultis. In tali conventu damus nos tibi ut redimas suprascripta omnia prenominata morabetins XXV in auro de filios de Alaman cum consensu nostro et nostra licentia et ut abeas tu et tuis ad nostrum servicium et de nostris. Si vero vindere volueris prenominata omnia tu et tuis vindetis ad nos donatores et ad nostris infra spacio de triginta dies et noctes. Et si nos nec nostris comparare

noluerimus infra spacio de iamdicto, tamen licentiam abeatis ad facere quo vultis totas vestras voluntates.³ Et ibi non eligatis neque aclametis alium seniorum vos nec vestris nisi nos donatores et nostris.⁴ Si quis autem hanc nostra donacione cartam violare presumpserit, nullo modo facere valeat, sed quod temptaverit in duplo componat ac deinceps firma permaneat.

Facta hec carta donacione V kalendas decembris, anno XVIII regni Ledovico rege.

Signum+ Raimundi comes, Sig+num Dulcia comitissa, Sig+num Berengario Raimundi, qui hoc fecimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Archimball. Sig+num Pere de Rosset. Sig+num Bernard⁵ Brochard. Sig+num Berenger Dalmaz. Sig+num Pere Bernard.

Arnallus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo sup(*senyal*)-pra.

1. Manca. 2. r corregeix una lletra anterior. 3. Segueix un punt i a cap. La línia següent comença amb un espai d'unes quinze lletres aproximadament, raspat.
4. Segueix la subscripció del comte atorgant, que transcrivim a continuació de la clàusula cronològica. 5. La segona r afegida a la interlínia.

590

1127, març, 22

Empenyorament. *Pere Odalguer empenyora a Ermessenda i als seus fills Pere i Galceran Ricard la part del delme de la parròquia de Sant Martí de Cerdanyola del Vallès que té en feu per ells, per raó d'un deute de trenta morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 286 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 880), 200 × 265 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 588.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Petrus Udalgarii inpignorator sum tibi Ermessendi et filiis tuis Petrus Ricardi et Gaucerandus, ambo fratris. Impignoro namque vobis propter triginta moabetinos quos vos michi acomodatis in auro, scilicet partem illam quam habeo propter vos per fevo in omnibus decimis parroçhiæ Sancti Martini de Cerdanola. Tali quoque modo et ordine depono vobis hoc pignus ut teneatis secure et possideatis quiete et sine ulla diminutione habentes omnia quecumque exierit de ista hora in antea usque de ista festa sancti Michaelis prima que venit usque

ad aliam. Et si ad hunc terminum ego persolvo vobis triginta moabetinos in simul in auro recipientes et legitimæ¹ pensatos sine vestro engan, vos reddatis michi hec scriptura sine mora. Quod si minime fecero, teneatis hec pignora tantum donec² ego in die quod erit festivitas sancti Michaelis reddam vobis pretaxatum³ debitum ab integro. Et non sit licitum mihi ullo modo predictum pignus redimere nisi in festivitate sancti Michaelis omnibus annis. Servicia quoque et conventu si quod ego vobis prephatum fevum facere debeo, non vobis minuem nec auferam, sed sic vobis faciam et atendam⁴ sicut facere debuero si in dominium eum tenebo. Quod si ego vel aliquis homo vel femina hoc vobis disru[m]pere⁵ voluero vel voluerint, nullo modo facere possim vel possint, sed co[m]ponam⁶ aut componant vobis predictum debitum in duplo. Et insuper hec scriptura maneat firma donec hec pignora ut dictum est sit redempta.

Quod est actum⁷ XI kalendas aprilis, anno XVIII regni Leoyci regis.

Sig+num Petri Udalgarii, qui hanc inpignorationem feci, firmavi et teste firmari rogavi.

Sig+num Guilelmi Udalgarii.⁸ Sig+num Petri Bagnariarum. Sig+num Iozfredi Fari. Signum+ Guilelmi subdiachoni*. Signum+ Arnalli subdiachoni*. Sig+num Gaucefredi Sancte Columbe.

Sig+num Petri Bernardi clerici, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

1. Volat a æ una s sense cancel·lar. 2. L'escrivà traçà un signe d'abreviació sobre la d que no cancel·là posteriorment, amb la qual cosa el terme que cal transcriure és deonec. 3. u corregeix t. 4. autendam al text. 5. Manca. 6. Manca. 7. Segueix un espai de tres lletres aproximadament, raspat. 8. Manquen els punts a les subscripcions de Guilelmi Udalgarii i de Gaucefredi de Sancta Columbe.

591

1127, abril, 5

Convinença. *Fortún Dat, Beatriu i Deudat infeuden a Ponç Pere el castell de Cubelles. A canvi, aquest es fa home soliu d'ells.*

A [Original no localitzat.]

B [Trasllat de l'11 de novembre de 1258 perdut.]

C Trasllat de B del 25 d'agost de 1271. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 287 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac Magí, núm. 233), 220 × 320 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 389-390.

Hec¹ est conveniencia facta inter Fortunum Atonem et Beatricem, matrem Deo Dati, et Deusde, et Poncium Petri, de castello de Cubeles. Nos quoque predicti comendamus tibi Poncio Petri castrum de Cubeles, tali conveniencia et retentu, quod predictus Poncius Petri infra X^m dies quibus a nobis vel a nostro tredendo² nuncio amonitus fueris dones nobis potestatem sine enguan nobis omnibus aut unicuique nostrum singulariter a quo amonitus fueris; quod retinemus nobis staticum ipsius castri sine nostro enguan quamdiu voluerimus. Cum comendatione predicti castri damus tibi Poncio Petri quinque kavellerias terre, tres siquidem de decima et unam de gueytes et aliam de locidis, et ipsam pariliatam et ferregenales et domos et pernas³ que omnia fuerunt de fevo de Artallo et terciam partem placitorum que Artallus tenebat per fevum, que stacamentos placitorum sic damus tibi. Quod si nos fuerimus in predicto castro et voluerimus stacamentos, accipiamus de illis placitis quorum querimonie ibi nobis venerint, salva tua tercia parte. Propter hec omnia suprascripta sum ego Poncius Petri homo vestrum trium, scilicet Fortuni et Beatricis et Deusde, de vestris manibus contra cunctos homines et feminas, et convenio vobis suprascriptis Fortuno et Beatrici et Deusde quod faciam vobis hostes cum militibus quos per vos teneo. In illis hostibus quibus ego Poncius Petri non fuero, mittam unum de fratribus meis cum militibus quos per vos teneo cum uno de vobis tribus qui in hoste erit. Et ego habeam asinos et homines quos Artallus tenebat per fevum de ipsa host et faciam vobis placita et curias et sequimenta et kavelcades et sum vester solidus contra cunctos homines et feminas; et adiuvem vobis cunctum vestrum honorem quem hodie habetis et deinceps meo consilio adquisieritis defende[re],⁴ tenere, demandare et guarreiare contra cunctos homines et feminas per fidem rectam, sine enguan vestro. Precipimus namque tibi Poncio Petri, Fortunus et Beatrix [et]⁵ Deusde quod si quis nostrum frerit convenienciam que inter nos est et infra triginta dies quibus amonitus fuerit non emendaverit, tu Poncius Petri adiuves eos qui dampnum sustinuerint donec emendatum fuerit.

Facta est ista conveniencia nonas aprilis, anno XVIII regnante Ledoyci rege.

Sig+num Fortuni Atonis, Sig+num Beatricis, Sig+num Deusde, nos pariter qui hanc facimus convenienciam et firmamus testibusque firmari rogamus.

Sig+num Poncii Petri. Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Guilelmi Clari Montis. Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Raimundi Petri.

Sig+num Bernardi subdiachoni, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea V^a, die et anno quo supra.⁶

1. C *comença*: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam alio translato cuius tenor talis est. 2. *En lloc de tradendo*. 3. *perneas al text*. 4. *Manca*. 5. *Manca*. 6. C *acaba*: Actum est hoc translatum III^o idus novembris, anno Domini millesimo ducesimo L^o VIII^o. Sig(*senyal*)num Gerardi de Valle Molli, presbiteri, testis translati. Sig(*senyal*)num Petri Iordani, presbiteri, testis huius translati. Sig(*senyal*)num Ferrarii Olivarii, notarii, qui hoc confirmat. Sig(*senyal*)num Mathei Ferrandelli, qui hoc translatum fideliter translatavit mandato Romei de Monte Olivo, clerici Ville Franche, et Ferrarii Olivarii, notarii eius, cum litteris suprapositis in VIII^o linea^a ubi dicitur «et homines». Actum est hoc translatum VIII^o kalendas septembris, anno Domini millesimo ducesimo LXX^o primo.

592

1127, juliol, 23

Donació. *Ramon Ponç de Milany, la seva muller Arsenda, el seu germà Guillem Ponç i els seus fills Guillem i Dalmau donen al monestir de Sant Joan de les Abadesses la meitat dels plets de l'honor que el monestir posseeix a la castellania de Milany, a més de les deixes dels difunts, el lluïsmo dels alous que s'hi venguin, el delme del Colell i el mas de Carcasses.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 299, 170 × 335 mm. Bon estat de conservació.

a MONSALVATJE, *Notícies històriques*, XV, pp. 359-360.

Cit. ROVIRA I VIRGILI, *Història nacional*, IV, p. 41. — JUNYENT, *El monestir*, p. 51.

Notum sit omnibus hominibus presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus Poncii et uxor mea Arsendis et Guilelmus Poncii, frater meus, et filii nostri Guilelmus atque Dalmatius, nos simul unum, non quoacti sed nostra propria voluntate, dimitimus et evacuamus domino Deo et Sancto Iohanni Baptiste medietatem placitorum de ipsa honore Sancti Iohannis, qui est in castellania de castro Melan; et omnes dimissiones defunctorum; et terciam partem de omnia precia alodiorum qui ibi venditi fuerint; et ipsum decimum de Colel, quem Petrus Uzalgarii pro nos iniuste tenebat; et ipsum mansum de Carcasses, quem Arnallus Bernardi et fratres eius tenuerunt per nostram vocem. Hec omnia superius scripta dimittimus iterum et evacuamus libere et solide domino Deo et Sancto Iohanni Babtiste, qui est vocatus Abbatissarum, et sanctimonialibus ibi manentibus, recognoscentes nos hec omnia iniuste abstulisse Deo et sanctis. Iterum dimitimus et evacuamus omnia¹ placita homicidiorum qui fuerint in supradictam castellaniam sine ullo retentu vel sine engan.

Actum est hoc scriptum X^o kalendas augusti, anno XX^o quo Ledovicus cepit regnare.

Sig+num Raimundus Poncii, Sig+num Arsendis uxor eius, Sig+num Guilelmus Poncii, Sig+num Dalmacii Poncii, Sig+num Guilelmi Raimundi, Sig+num Dalmacii Raimundi, nos simul in unum hoc scriptum laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Bertrandi. Sig+num Raimundi Donucii. Sig+num Petro Donucii. Sig+num Olivarii. Sig+num Bernardus Arnalli. Sig+num Bernardus Adalberti.

Rodegarius levita, qui hoc scriptum scripsit et sub die et (*senyal*) anno quo superius resonat.

1. omnia *afegit a la interlínia*.

593

1127, agost, 4

Establiment. *Guillem Bonfill, la seva muller Adelaida i Arnau Bonfill estableixen als esposos Berenguer i Ermessenda dues cases i una peça d'alou, tot situat al terme de Cardona, en el lloc anomenat Gradels, a canvi d'un cens d'un parell de gallines.*

A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 290, 70 × 335 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Guilelmi Bonefilii et uxori Azaled et Arnalli Bonefilii donatores sumus tibi Berengarii et uxori Ermessendis posteritatieque vestre. Per hanc scripturam donacionis nostre damus vobis mansiones II in terminis Cardone, in loccum que vocant Gradels, qui nobis advenit per parentorum aud per ullasque voces. Affrontant autem prefixas mansiones de parte orientis in alaude de vos donatores, de meridie in carrera, de occiduo in alaude Bernardi Bone Filii, a parte aquilonis in alaude Sancti Petri. Quantum autem iste affrontaciones includunt et hii termini ambiunt sic damus vobis prenomintas mansiones, cum introitibus et exitibus suis, cum ipsa fexa alaude qui ibi est. Et faciatis nobis servicium per unumquemque annum par I gallinarum. Et est manifestum. Si quis contra istam cartam donacionem inquietare vel dirrump[er]e¹ voluerit, non hoc valeat vindicare, set componat in dupplo.

Actum est hoc II nonas agusti, anno XX^o regni regis Ledovici.

Sig+num Guilelmi Bone Filii, Sig+num Azaled, Sig+num Arnalli Bone Filii,² nos qui hanc cartam donacione mandavimus scribere testibusque firmare iussimus.

Sig+num Guilelmi Ramundi. Sig+num Guilelmi Ieralli. Sig+num Petri. Sig+num Guila. Sig+num Maria.

Bernadus presbiter, qui hoc rogatus scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Manca. 2. Segueix S sense cancel·lar.

594

[abans de 1127, agost, 17]

Jurament. *Ponç II, comte d'Empúries, jura que no ha trencat el jurament de fidelitat fet al comte de Barcelona Ramon Berenguer III.*

A [Original no localitzat].

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 66d.

C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241c (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 690), 570 × 390 mm. Bon estat de conservació.

D Trasl·lat del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241 dupl. c (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 699), 480 × 430 mm. Bon estat de conservació.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 522.

Aquest jurament apareix copiat a C i D en un mateix pergami, juntament amb tres documents més (vegeu els documents núms. 539, 595 i 628).

Datem considerant que el jurament respon a una primera requesta de Ramon Berenguer III després de l'atac de Ponç II contra Peralada, abans de la derrota i empresonament del comte d'Empúries (vegeu el document núm. 595). Transcrivim l'exemplar C.

Iuro¹ ego Poncius Ugonis, filius Sancie femine, quod de reptir quod mihi facit dominus meus Raimundus, comes Barchinonensis, de baudia et de periurio ego ei non baudo² et suus periurus non sum. Per Deum et hec sancta.³

1. D comença el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. baudio D. 3. D acaba el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots: Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui haec translata sumpta fideliter transcribi fecit et clausit et cum originalia instrumenta fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in ea quam in originalia invenit, cum litteris rasis et emendatis in secundo ac ultimo translato in XVIII^a et XXI^a lineis, idus decembris, anno Domini M^o CC^o septuagesimo quarto.

1127, agost, 17

Pacificació. *Ponç II, comte d'Empúries, i Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, signen un acord de pau i concòrdia. El comte d'Empúries accepta les condicions imposades per Ramon Berenguer III, entre les quals hi ha la restitució a l'església de Girona de la seva honor de Castelló d'Empúries, la destrucció de les fortificacions noves que havia construït en aquesta població i no bastir-ne en tot el comtat.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del darrer quart del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 292 (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 678), 240 × 310 mm. Bon estat de conservació, malgrat dues taques que dificulten però no impedeixen la lectura d'algunes paraules.

C Còpia del final del segle XII, incompleta. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior; f. 66d.

D Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241d (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 690), 570 × 390 mm. Bon estat de conservació.

E Trasllet del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241 dupl. d (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 699), 480 × 430 mm. Bon estat de conservació.

a MARCA, *Marca*, cols. 1264-1266.

b MIQUEL ROSELL, *Liber Feudorum*, II, doc. 523.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 351-352, 408, 487, 653. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 244 i 256.

Aquest document apareix copiat en els exemplars D i E, en un mateix pergami, juntament amb tres documents més (vegeu els documents núms. 539, 594 i 628). Datem per l'any del rei Lluís, que no coincideix amb el de l'Encarnació pel sistema florentí.

Hec¹ est pacificationis et concordie scriptura que est facta inter Raimundum, comitem Barchinonensem, et filium eius Raimundum et Poncium Ugonis, comite[m]² Impuritanensem. Convenit namque predictus Poncius comes iamdicto Raimundo comiti et filio eius quod honorem quem Gerundensis ecclesia habet in parroechia Sancte Marie de Castilione et iamdictus Poncius aufert Gerundensi sedi, reddat et confirmet ac quiete dimitat prephate sedi et eius canonicis, sicut in scripturis resonat que facte fuerunt inter iamdictum comitem Poncium et patrem eius Ugonem comitem et Gerundensem episcopum et eius canonicos. Deinde convenit predictus Poncius comes iamdicto Raimundo comiti et filio eius quod vallos de Casteion et fortitudinem novam quam ibi fecit postquam fuit homo eius totum destruat et³ repleat et vallos

in Casteion de cetero non faciat aut fortitudinem novam, et in toto honore sui comitatus fortitudinem novam non faciat, preterquam ibi habuit Ugo pater eius, et predictos vallos repleat per laudamentum Petri et Bernardi de Belog⁴ et G[alcerandi] de Pinos et Bernardi de Luciano.⁵ Et convenit predictus Poncius iamdicto comiti et filio eius quod recuperet feuda que dedit comitoribus⁶ Bisullunensis comitatus, scilicet Arnallo de Lercio et Bernardo Adalberti de Navata et Raimundo Adalberti de Avinion, et solvat eis; hominium et iuramentum et sacramentalia eis reddat et eos contra iamdictum comitem et filium eius non manuteneat, et in hominio et iuramento nunquam eos recipiat vel habeat et homines Bisullunensis comitatus et Gerundensis⁷ non manuteneat et caminos non frangat per mare vel per terram, nec aliqua persona per eum, et habitatoribus Barchinonę nichil consuetudinis requirat et aliis iterantibus debitam consuetudinem requirat. Et iamdictus Poncius comes convenit prephato comiti et filio eius quod placitum firmiter teneat quod fecit cum comite de Rosseion et de treva quam ei dedit, quod inde fregit, si recognoverit iamdictus Poncius emendet comiti de Rosseion et si non recognoverit eam fregisse, expiet se per unum militem de terra sua ad alterum militem comitis de Rosseion. Et de hac treva iamdictus Poncius comes mittat iamdicto comiti et⁸ filio eius Raimundum Renardi, Bernardum de Valle Guarnera, Petrum Raimundi de Pedred, Bernardum Petri de Trebais, Bernardum Sendredi, Bernardum Seger,⁹ Bernardum Ioberti. De his VII militibus mittat III obsides per tria¹⁰ milia solidos comiti et filio eius, quod quando exierit de capcione iamdictus Poncius iamdictam trevam modo prescripto emendet aut expiet. Et hoc faciat Poncius quando comes aut¹¹ filius eius ei mandaverit. Et predictus Poncius donet Berengario Renardi honorem suum sicut Dalmacius pater eius per eum habuit, et Berengarius faciat conveniencias Poncio comiti quas pater suus ei fecerat et iamdictus Berengarius non donet potestatem de castellis que per eum habet Poncio comiti iamdicto usque ad V annos, et predictus Poncius non requirat ei inde potestatem, et predictus Poncius¹² iamdicto Berengario non tollat neque¹³ tollere faciat prephata castella, nec homo vel femina per suum stabilimentum vel consilium. Et convenit predictus Poncius comes prephato comiti et filio suo quod non vetet ire homines suos¹⁴ ad mercatum¹⁵ de Peralada et die sabati mercatum¹⁶ de Casteion non faciat. Cum Umberto et Reamballo¹⁷ in laudamento de amicis eorum placitum faciat, et si facere non poterit, in laudamento comitis

inde stet. Et si navigium maris venerit, eat in hostem iamdictus Poncius comes cum prephato comite Barchinonensi et stet¹⁸ cum eo et inde non revertatur sine eo aut sine suo mandamento. Et quando predictus Poncius comes exierit de capcione donet comiti III cavallos nominatos et III civos argenti nominatos et V milia solidos in cavallos et mulos et V milia solidos ad unum mensem quod ipse exierit de captione in cavallos et in mulos ad precium G[alcerandi] de Pinos, Arnalli Berengarii de Anglerola et Umberti et Guilelmi Iofrei¹⁹ et Bernardi dapiferi et Petri Bertrandi, duo²⁰ de istis vel tres²¹ mittant precium iamdictis cavallis et mulis. Et mittat comiti Poncius iamdictus pro X milia solidis ensem cum toto suo garnimento et comes comendet ipsam espadam cum isto garnimento Petro Raimundi de Villa de Man, qui eam teneat ab hoc Pascha usque ad aliud; et si interim predictus Poncius vel quandocumque usque ad prephatum terminum redimere eam voluerit, si dat comiti X milia solidos in cavallos et in mulos ad precium de prephatis militibus, reddat eam Petrus de Villa de Man predicto Poncio comiti. Si de cavallis et mulis non se convenerit, donet iamdictus Poncius comiti VIII milia solidos²² melguriensis monete²³ recipientes et predictus Petrus reddat predicto Poncio prescriptam espadam. Et si ad prephatum terminum Poncius eam²⁴ non redimerit, Petrus iamdictus de Villa de Man reddat espadam cum toto suo garnimento comiti Barchinonensi. Et comes convenit predicto Poncio Ugonis ut quando ipse Poncius potuerit eam²⁵ redimere ipse vel homo per eum, comes Barchinonensis recipiat predictos VIII milia solidos et reddat espadam predicto Poncio. Et si predictus Poncius mortuus fuerit, reddat comiti Barchinonensi VIII milia solidos ille cui Poncius espadam dimiserit verbis vel testamento et, debito hoc persoluto, comes Barchinonensis reddat ei predictam espadam. Et pro securitate huius placiti et prescriptę convenientię Bernardus Renardi, per preceptum domini sui iamdicti Poncii, comitis Impuritanensis, convenit Raimundo, comiti Barchinonensi, et filio suo Raimundo quod si de prescri[p]-tis²⁶ convenienciis aliquid Poncius eis infregerit vel homo per eum et infra LX dies quibus inde ammonitus fuerit per eos vel per eorum nuncium emendare noluerit, sit eis adiutor per fidem,²⁷ sine engan, cum omni honore quem per predictum Poncium tenet donec quod infregerit eis emendet et taliter dum vixerit eis attendat; et predictus Poncius comes non vetet se inde videri nec commoneri. Et nuncius comitis Barchinonensis quando ierit ad prephatum comitem Poncium sit securus in eundo et redeundo.

Et Bernardus de Monte Eschivo facit comiti et filio suo similem convenientiam et Bernardus de Voltreria hoc eis cum fratre suo similiter convenit, et vicecomes de Tedzon similiter, Umbertus de Taiada similiter, Petrus de Torredela similiter, Guilelmus Seniofredi cum filiis suis similiter,²⁸ Ramon²⁹ Ademar similiter, Petrus Raimundi³⁰ de Pedred similiter, Guilelmus Raimundi de Pedred similiter, Raimundus Renardi similiter, Bernardus Guilelmi de Valle Guarnera similiter, Dalmacius de Petra Taiada similiter. Petrus de Villa de Man sit inde adiutor comiti et filio suo per fidem, sine engan. Si hoc fregerit prephatus Poncius et hoc cum honore et potentia quam habet, prephatus Petrus, Guilelmus de Rupiano et Raimundus Dalmacii de Midiniano cum fratre suo Artallo, omnes isti conveniunt comiti Barchinonensi et filio eius quod si prephatus Poncius Ugonis hoc placitum infregerit eis, fideles adiutores sint comiti et filio suo per fidem, sine engan, et cum honore et potentia quam habent adiuvent eos. Predictas autem convenientias facit prephatus Impuritanensis comes et predictam pecuniam donat prephato comiti Barchinonensi et filio suo, quia non potuit emendare hoc comiti nec voluit pro quo se ipsum miserat in manu sua. Ego iterum prenominatus Poncius Ugonis, comes Impuritanensis, convenio tibi Raimundo, comiti Barchinonensi, filioque tuo Raimundo quod omnia superius scripta propter hominiu[m]³¹ quod vobis feci spontanea voluntate fideliter vobis attendam et tenebo, sicut bonis senioribus [meis]³² quandiu vixero sine engan.

Actum est [hoc]³³ XVI kalendas septembris, anno Dominice incarnationis C XX VIII post millesimum, anno XX regni Ledovici regis.³⁴

1. E comença el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. Manca; comitem D i E. 3. et manca a D i E. 4. Bel Log D; Belloch E. 5. Lucan D i E. 6. comitoribus afegit a la interlínia. 7. Gerundinsis al text. 8. aut D i E. 9. Bernardum Seger, Bernardum Sendredi D; Bernardum Seguer, Bernardum Sendredi E. 10. III^a D i E. 11. vel D i E. 12. Poncius comes D i E. 13. nec D i E. 14. suos homines ire D i E. 15. merchad D i E. 16. sabbati merchatum D i E. 17. Riemballo D i E. 18. La primera t corregeix s. 19. Gaufredi D i E. 20. II^o D i E. 21. III D i E. 22. solidos afegit a la interlínia. 23. malguiriensis recte monet D i E. 24. Segueix eam, ratllat. 25. eam manca D i E. 26. Manca; prescriptis D i E. 27. Segueix per fidem, ratllat. 28. s afegida a la interlínia. 29. Raimundus D i E. 30. R afegida a la interlínia. 31. Manca; hominium D i E. 32. Manca; senioribus meis D i E. 33. Manca; Actum est hoc D i E. 34. D i E segueix: (senyal) Petrus Martini diachonus hoc rogatus scripsi die annoque prefixo. E acaba el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots: Sig(senyal)num Bernardi de Caderita, Barchinone notarii, pro teste subscriptentis. Signum (senyal) Bernardi Veheyani, notarii Barchinone, pro teste subscriptentis. Sig(senyal)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (senyal) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui

haec translata sumpta fideliter transcribi fecit et clausit et cum originalia instrumenta fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in ea quam in originalia invenit, cum litteris rasis et emendatis in secundo ac ultimo translato in XVIII^o et XXI^o lineis, idus decembris, anno Domini M^o CC^o septuagesimo quarto.

596

1127, agost, 17

Definició. *Ponç Hug II, comte d'Empúries, presoner de Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, renuncia a favor de la seu de Girona a tots els drets sobre l'església de Santa Maria de Castelló i la catedral de Girona.*

- A ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 291 (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 685), 305 × 445 mm. Bon estat de conservació.
- B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 17.]
- C Trasllat del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 291 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac. N, núm. 663), 265 × 410 mm. Estat de conservació regular.
- a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 376, cols. 1266-1268.
- b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 524.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 464. — KOSTO, *Making agreements*, p. 244.

Pateat¹ hanc legentibus et audientibus scripturam quoniam ego Pontius Ugonis, Impuritanensium comes, profiteor et recognosco qualiter Ugo, bone memorie pater meus, de honore quem Gerundensis aeclesia habet in parroechia Sancte Marie de Castilione vel habere debet multo tempore litigavit cum Berengario Guifredi, Gerundensi episcopo, et eius canonicis. Tandem de plurimis malefactis et violenciis quas prefatus pater ibi faciebat iniuste, virorum² nobilium curie sue consilio, Pontii Guilelmi et Raimundi Guilelmi, Petri Pontii et Raimundi Ademari ac Gaucefredi Bastonis et aliorum multorum quorum nomina longum est ennarrare, per diffinitionis scripturam universa que auferebat usurpando ob remissione peccatorum suorum et propter XL uncias auri Valentie quas inde accepit, prefato episcopo et eius canonicis presentibus ac futuris perpetuo possidenda dimisit. Post iamdicti vero patris mei discessum, ego iamdictus Pontius comes in illius honorem succedens diffinitionis scripturam violenter transgrediens et alia mala quam plurima perpetrans in excommunicationis crimen deveni, de quo per Dei gracia ab Gerundensi episcopo Berengario Dalmacii et eius canonicis absolutus sum quia per laudamentum Pontii Guilelmi de Turredela et Guilelmi Seniofredi ac filii eius

Berengarii et Raimundi Renardi, in aecclesia Sancte Marie de Castilione, coram omni populo, prelibatam diffinitionis scripturam laudavi ac manu propria signo puncti firmavi. Que omnia ego prenominatus Pontius comes licet sub sigillo bone fidei tenere ac servare promissem, inverecunda fronte irrationabiliter fregi ac violavi. Sed quia vim vi repellere leges et iura concedunt, Raimundus dominus meus, Barchinonensis comes, cui ego totum suum honorem per manus proprie sacramentum iurando firmaveram, propter hoc fecit mihi guerram quia tandiu Gerundensi aecclesie suam iusticiam denegaveram. Unde quia iusticie quisquam diu resistere non potest, in potestatem prefati Raimundi comitis, domini mei, deveni atque per illius preceptum et multorum fidelium hominum meorum consilium prescripte diffinitionis et evacuationis scripturam quam pater meus fecerat et ego firmando laudaveram iterum reformando corroborare procuro. Diffinio namque et evacuatio ob remissionem delictorum meorum eidem gloriosissime Dei genitrici Marie eiusque canonice in perpetuum omnes forcias et toltas et malas persones³ et omnes malos usaticos quos pater meus Ugo et Pontius, avus meus, bone memorie comites, habuerunt vel tenuerunt in decimis aecclesie Sancte Marie Castilionis et in omni alodio quod Gerundensis canonica quocumque modo habet vel habere debet in omni villa Castilionis vel in omni terminio parrochie eiusdem aecclesie, scilicet in domibus vel etiam in ceteris rebus usui hominum congruentibus. Non solum hec superius scripta diffinio et derelinquo, sed etiam omnia illa que post mortem eorum quocumque modo male usurpavi vel adempravi in decimis eiusdem aecclesie et in omni alodio Gerundensis canonice quod habetur in eadem parrochia, scilicet ipsam albergam quam ego et mei faciebamus in dominica domo Gerundensis canonice et ipsam domum quam construebam in cimiterio Sancte Marie supra ipsum cigar et ipsos IIII^{or} sextarios quos accipiebam in decimis Sancte Marie et ipsam messereriam quam accipiebam ex hominibus Sancte Marie, et ipsum receptum quem baiulus meus accipiebat ex baiulo Sancte Marie non accipiat nisi se tercio et sine cibaria; et propter hoc faciat fideliter donari Sancte Marie omnes decimas ex toto alodio comitis. Hec omnia predicta diffinio et dimitto, evacuatio atque derelinquo vel etiam hoc diffiniendo addo sive promitto atque convenio quod non vetabo vel et vetare non faciam prepositis vel clericis Gerundensibus vendere quandocumque vel cuicumque voluerint omne ipsum expletum quod Gerundensis canonica habeat in villa Castilionis, tam vinum quam etiam

aliud cuiuslibet annone genus, vel ferre vel transmutare alicubi si voluerint vel dare alicui si elegerint vel facere omnem eorum voluntatem. Sed ita solide et libere Gerundensis canonica habeat et teneat omnes decimas et omnia alodia que habet in villa Castilionis vel in⁴ futuro habebit, sicut privilegia regalia continent, in quibus eadem collata sunt Dei genitrici Marie virgini beate scilicet quod nullius servitutis vel subiectionis vinculo subdantur vel nullum placitum ibi celebretur nisi a preposito Gerundensis sedis vel nulla violentia in alodio eiusdem canonice hominibus ibi manentibus ab aliquo ingeratur, sed omnia maneant solida et libera in potestate eiusdem canonice in aeternum et ultra. Quam diffinitionem facio eidem canonice propter XL uncias auri Valentie, quas pater meus Ugo accepit a clericis Gerundensibus ex rebus eiusdem canonice et propter diversas et multas violentias atque iniurias, propter plurima etiam sacrilegia et obprobria que ego nimis incaute in aecclisiis, in clericis, in honoribus aecclasiasticis sepe intuli Deo et aeccliesie Gerundensi. Quam ita volo esse firmam ut neque ego neque aliquis mee posteritatis nec aliquis quislibet meus successor in his que diffinio valeam vel valeant aliquid requirere vel expetere neque per meam vocem aut successionem quicquam obtinere, sed sit hec diffinitio stabilis et inconvulsa omni tempore. Quam siquidem diffinitionem ego prefatus comes Pontius facio domino Deo et canonice sancte Gerundensis aeccliesie et domno Berengario, Gerundensi episcopo, et omnibus canonicis suis et cunctis eorum successoribus in perpetuum. Si quis vero, quod absit, hanc irru[m]-pere⁵ temptaverit, sacrilegii summam componat et insuper anathematis vinculis subiaceat. Et postmodum hec scriptura diffinitionis firma maneat et stabilis omni tempore.

Acta scriptura huius diffinitionis XVI kalendas septembris, anno XX regni Ledovici regis, Dominice etiam incarnationis anno C XX VIII post millesimum.⁶

Sig+num Pontii Ugonis comitis, qui hanc diffinitionem et evacuationem feci, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Berengarii Renardi vicecomitis. Sig+num Bernardi Guilelmi de Monte Eschivo. Sig+num Bernardi de Vultraria. Sig+num Guilelmi, fratris eius. Sig+num Dalmacii de Petra Incisa. Sig+num Bernardi Berengarii, vicecomitis de Tedzon. Sig+num Umberti de Taiada. Sig+num Guilelmi Raimundi de Pauo. Sig+num Petri de Torredela. Sig+num Geralli de Rupiano. Sig+num Berengarii de ipsa Garriga. Sig+num Guilelmi, fratris eius. Sig+num Raimundi

Renardi. Sig+num Petri Raimundi de Petred. Sig+num Petri Raimundi de Villa de Man. Sig+num Raimundi Dalmacii de Midiniano.

(*Senyal*) Petrus⁷ Guilelmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.⁸

1. C *comença* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius series sic se habet. 2. *Segueix* virorum *ratllat*. 3. *presones al text*. 4. *Segueix in expuntuat*. 5. *Manca*. 6. *L'any del rei Lluís VI el Gros i l'any de l'Encarnació pel còmput florentí no són coincidents; sí que ho són si utilitzem el còmput pisà de l'Encarnació*. 7. Petrus *monograma*. 8. C *acaba* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Bernardi Veheyani, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, idus decembris, anno Domini M° CC° LXX° quarto.

597

[c. 1127, agost, 17]

Memòria. *Relació dels hostatges donats pel comte.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extraintentari, núm. 3259 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac B, núm. 292), 172 × 113 mm. Bon estat de conservació.

Datem igual que el document núm. 595, del qual considerem que aquest és complementari.

De treva tenenda.

Arnallus de Lercio est in manu comitis per mille solidos. Bernardus de Voltrera, similiter. Guilelmus Gaufredi, similiter. Raimundus Renardi de Olivis, similiter. Petrus Raimundi de Pedred, similiter. Bernardus Sendredi de Casteio, similiter. Raimundus Ademar de Rabedos, similiter. Berengeri de Terrades,¹ similiter. Guilelmus Raimundi de Pedred, similiter. Gerallus de Rupiano.

De directo faciendo.

Bernardus Adalberti de Navata firmavit per C morabitanos. Dalmacius de Pera Taiada, per C. Guilelmus Ademarii, per C. Guilelmus Iofredi de Cerviano, per C. B. de Pelafols, per C.

De mercato de Peralata.

Goceran de Sales, in manu comitis per mille morabetinos.² Bernardus de Monteschiu, similiter.

1. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament cinc lletres*. 2. morabetinos *escrit sobre raspat*.